NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
13
17
A
6
ROMA

Digitized by Google

11. 23. B. 74.

Digitized by Google

IESVITA SICARIVS:

Hoc eſt

APOLOGIA

RO IOHANNE CASTEL-
LO Pariſienſi mortis ſupplicio affecto,

Et pro

PATRIBVS, AC SCHOLASTICIS
Societatis Ieſu olim Galliæ regno
exterminatis

Contra.

Edictum Parlamenti olim Pariſiis in illos latum;

In V. *partes tributa.*

A

FRANCISCO DE VERONE Conſtantino.

Deus conteret dentes in ore ipſorum molas leonum confringet Dominus. *Pſal.57.*

CAVSSA EDITIONIS HVIVS IN omnibus & per omnia primæ conformis, ex præfatione ad lectorem, & tractatibus in fine additis cognoſcitur; ex quibus, ut & ipſorum ſcriptis luculentiſſimè demonſtratur

IESVITAS ESSE SICARIOS,
& parricidas.

LVGDVNI.
MDCXI.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Syllabvs Librorvm, qvi hoc volumine continentur.

1. *Apologia pro* Ioanne Caſtello *Pariſienſi mortis ſupplicio affecto, & pro Patribus, & Scholaſticis Societatis Ieſu, Galliæ regno exterminatis; contra Arreſtum Parlamenti Pariſiis in illos latum 29. Decemb. anno 1594. per* Franciſcum de Verone Conſtantinoe.

2. *Effecta excommunicationem* Henrici Valeſii, *&* Henrici Nauarri *inſecuta. vbi continuatur hiſtoria de morte Henrici Valeſii, & quod Henricus Nauarræus ſit incapabilis coronæ Franciæ.*

3. *Litteræ Illuſtriſſ. Cardinalis Montalti, ſcriptæ iuſſu patris noſtri Pontificis Maximi; Etiam cõſiliis generale ſanctæ vnionis; ex lingua Italica in Gallicam; & iam ex Gallica in Latinam verſa.*

4. *Diſcurſus, quo probatur, non licere ſubdito de Rege ſuo male loqui, nedum in perſonam ipſius aliquid intentare.*

5. *Suſpiria Galliæ, ad mortem* Henrici IV. *& fidelitatem Gallorum.*

AD LECTOREM.

MIRVM cuipiam videri poſſit, amice Lector, denuò in vulgus emanare Apologiam Fräciſci Veronenſis, Conſtantini; quam, Regum pro parricidis & ementita ſocietate Ieſu, non plures ante annos conſcripſit: in qua docetur, permiſſum eſſe perſonis etiã priuatis, hoſtiliter inuadere & necare ceu tyrannos, Reges & Principes; qui ad Pontificum Romanorum voluntatem, imò priuatorum etiam hominum iudicium atq; nutum, ſe totos non conformant. Quæ doctrina tantæ abominationi eſt Deo & Hominibus, vt hoc nomine etiam antehac, à multis Conciliis, & nominatim Conſtantienſi, damnata, adque Inferos cum architectis ſuis relegata ſit: vnde tandem in terræ ſuperficiem prorupit iterum, quando Ieſuitæ, interpolatores veteris tyrannidis Romanæ, in perſona Apollyonis

Digitized by Google

ſui, inde eam reduxerunt, ceu pręſens medium emancipandi ſe ex Regum & Principum iure, renouationi Monarchię iſtius aduerſantium. Quam doctrinam & ſcholarum ſuarum iuuentuti, & populis, ſibi ad paſcendum cõcreditis, concumulandæ impudentiæ ſuæ ergò, litterarũ etiam monumentis tradere, typiſque vulgare non dubitârunt. Veruntamen veriti, ne commemorata Apologia nimis inuiſos & deteſtabiles ipſos redderet Regibus ac Principibus, qui non aditu tantùm ſuo & congreſſu (vt in quos machinæ illorum potiſſimum diriguntur) ipſos eſſent præcluſuri, ſed omnib. etiam regnis ſuis, & rebuſpublicis exterminaturi, velut & ante eos Templarii exterminati ſunt: idcirco in rem ſuam fore iudicârunt, dictam Apologiam ſupprimere atque ſepelire: non quòd ipſos puderet aut pœniteret, ſceleratiſſima iſta parricidia, impudenter adeò defendiſſe ac propugnâſſe: ſed tantùm, ne horror, quem Reges & Principes iuſtiſſimè inde concipere poterant, aditu ad Curias & Conſilia ſua, conficiendæ voluntatis

Apol-

Apollyonis eorum ipſos prohiberet. Etenim perprobè ipſis conſtat, hanc horribilẽ ſuam doctrinam in quatuor Mundi cardines iam ſparſam atque diſiectam eſſe, tam altiſq; defixam radicibus in animis eorum, qui aures ei præbuerunt, vt noua cudere Præcepta, aut etiam exuſcitare ſcripta, ab eis antè publicata, neceſſariũ haud eſſe exiſtimârint: ſed ſepelire potius ea conſultum duxerint: quò celatis coram oculis hominum, & potiſſimũ Regibus ac Principibus deteſtandis conſiliis & malitia ſua, ſub bello admodum prætextu, eò liberiorem ſibi ad ſpoliandos & trucidandos illos acceſſum reſeruarent, impuriſſimorum lenonum & procorum meretricis inſtar: quibus nihil prius, nihil antiquius eſt, quàm vt ex ruderibus eorum monarchiam dicti ſui Apollyonis releuent ac reſtaurent. Etenim quis inter homines ratione præditos adeò vilis & abiectus eſt, qui ſpiritus tam fallaces ac ſceleſtos accedere ad ſe patiatur, ſi ſciat conatũ eorum eſſe expilandi homines, & reddendi eos per cæcam quandam & plus quam brutam

obedientiam, mancipia nequiſſimorũ & maledictorum conſiliorum ipſorũ: quibus deſtituti, latrociniis & parricidiis eorum ſubiiciantur, quæ in camera Machinationum ipſorum, aliter dicta MEDITATIONVM, exercitata & cõprobata ſunt?

Quandoquidem igitur, Amice Lector, proditiones & parricidia adeò enormia contra perſonas ſacratiſſimas Regum & Principum, quaſi ἀδιαλείπτως perpetrari, nemo clariſſimè non videt: prætereaque Ieſuitæ ſcripta ſua, quibus toti Mundo ad oculum demonſtrant, ſe ſolos authores & pręceptores eſſe doctrinarum tam deteſtabilium, alio fine non ſupprimunt, quàm vt impietatem ſuam coram hominibus magis magiſq; occultent, & minùs ſuſpecti ſint Regibus, quibus cumprimis bene volũt: maximi quinetiam ipſorummet Romano-Catholicorum intereſt, probè nouiſſe originem, architectos & artifices dogmatum ſic portetoſorum: idcircò neceſſarium iudicatum eſt, ſupra commemoratam Apologiam recudi: idq; hanc potiſſimùm ob cauſſam, quòd,

quòd, non obſtante ſuppreſſione eius, vniuerſus poſtea Mundus compertum habuit, per horrendas non paucas proditiones, præcepta illic contenta radices adeò altas in animis Ieſuiticorum diſcipulorum egiſſe, vt ea non tantùm aduerſus Reges & Principes; qui, vt Deo obedirent, è ſpirituali Sodomâ egreſſi ſunt: ſed aduerſus eos etiam, qui, etſi ſub obedientia Paparum conſtituti, omnia, quę potuerunt, fecerunt, quò Ieſuitis & carnificibus eorum placere poſſent, in actum & effectum producerentur: adeò vt vel hi quoq; morti adiudicati, miſerabiliterq; ab hominibus priuatis mactati fuerint, opinatis, Illos hæreticis & rebellibus Papæ fauiſſe, & auxilium tuliſſe. Quod non ita pridem accidiſſe nimis notum eſt Principi omnium totius Chriſtiani orbis maximo HENRICO IV. Regi Chriſtianiſſimo Françorum & Nauarrorum; qui 14. die Maii nuper elapſi, mediâ in Pariſiorum vrbe, inſidens lecticæ ſuæ, circumſtipatus optimis ſuis amicis, ſumma inter gaudia auguſtiſſimorũ triumphorum Coronationis Reginæ ſuæ, deploran-

dum in modum trucidatus & mactatus fuit à Franciſco Rauaillac, Angulemenſi Gallo: qui quum Ieſuitæ cuipiã confeſſus eſſet, quòd ſocrum ſuam veneno ſuſtuliſſet, præter alios pœnitentiæ actus, Monachatus ſemeſtris ei imperatus fuit. Hoc finito tempore, cùm ordinẽ quidem iſtum deſeruiſſet, at doctorum ſuorum præcepta retinuiſſet, Regem naturalem ac legitimum ſuum necare non dubitauit: inter alia doctrinã Apologiæ huius ſecutus; per quam, *hunc Principem, ſi maximè à Papa abſolutus eſſet, tamen Regem eſſe poſſe negatur*, & inſuper diſertis verbis docetur, *Hæreticos & fautores eorum, potiſſimùm verò relapſos, tum diuino, tum humano iure morti addictos, ab hominibus priuatis, ſiquidem aliter fieri nequeat, occidi poſſe:* ſicuti apparet ex cap. 8. & ſequentibus Partis ſecundæ.

Hæc, inquã, inter multas alias, cauſſa potiſſima eſt, cur hæc Apologia iterùm publicetur, quò Mundus luculentiſſimè perſpiciat, quomodo Ieſuitarũ ſchola, quæ ſicarios hoſce nefarios promouet, comparata ſit: neque tam ſpectãdas eſſe miſellas iſtas animas maledictas,

ledictas, quæ falſis & execrandis iſtis opinionibus imbuuntur, quàm præcipuè authores & præceptores earum: qui, vtut contrariũ præ ſe ferant, iſtiuſmodi tamen latrociniorum ictus quaſi cœlitùs committi, Deoq́; gratiſſima & ad ſalutem eorum, qui ea committunt, meritoria ſacrificia præſtari, ſibi perſuadent. Cęterùm, amice Lector, hanc præfationem hiſce pauculis verbis cõcludam.

Ex quo Ieſuitę prauis & externis p̃ceptis hominum mentes inficere cœperunt, eoſdem, velut furialibus ſtimulis, ad omne ſcelus & ad omnẽ libidinẽ impulſos vidimus. Minus tamen eſſet, ſi flagitiis tantùm effœminati forent (ipſorum hoc magna ex parte dedecus erat) & à facinoribus manum, à fraudibus mentem abſtinuiſſent. Nunquam tantum malum in Republ. fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. Quicquid his annis libidine, quicquid fraude, quicquid ſcelere peccatum eſt, ex vno illo Ieſuitarum ſacrario ſcitote ortum eſſe. Necdum omnia, in quę coniurarunt, facinora edita habent; adhuc

priuatis noxiis (quia nondum ad Rempublic. opprimendam ſatis virium eſt) coniuratio ſeſe impia tenet. Creſcit & ſerpit quotidie malum. Iam maius eſt, quàm vt capere id priuata fortuna poſſit: ad ſummam Reipubl. ſpectat, niſi præcaueatis Chriſtiani. Iam diurna legitimè à Magiſtratu vocata Concilia, ſuperant ipſorum aſſidua nocturna diurnaque, quibus conſultant quotidie de ſua ſalute, ſimul ac veſtra pernicie. Quare ſingulis vobis, maximè Regibus, vniuerſi illi timendi ſunt. Optare igitur vnuſquiſq; veſtrum debet, vt bona mens ſuis omnibus fuerit, neque vos libidine aut furore in illum gurgitem abripi ſinatis. Nihil enim in ſpeciem fallacius, quàm praua Religio. Vbi Dei numen prætenditur ſceleribus, nullus ſubeat animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis diuini iuris aliquid violetur. Hac vos Religione innumerabilia Patrum Decreta, Imperatorum ſtatuta, & diuina inprimis Mandata liberant. Quoties hoc Patrum Auorumque ætate negocium eſt Magiſtratibus datum, vt ſacra illa ſcelerum Collegia fieri

fieri vetarent, ſacrificulos illos regnis & vrbibus prohiberent, improbos illorum libros conquirerẽt, comburerentque atq; omnem illorum diſciplinam domi foriſq; abolerent? Iudicabant enim prudentiſſimi viri omnis diuini humaniq; iuris, nihil æq; diſſoluendæ Religionis eſſe, quàm vbi Cuſtodes iuris diuini & humani non patrio ritu colerentur, ſed nefario priuatorum ſcelere Inferis ſacrificarentur. Cæterùm quum Deus, qui ſuum numen ſcelerib. tam nefariis contaminari indignè ferebat, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerit, nec patefieri, vt impunita eſſent, ſed vt vindicarentur & opprimerentur, voluiſſe credendus eſt.

ANno 1594. poſtquam Lutetia Pariſiorū tradita fuit in manus HENRICI Bourbonii, quum is, è reditu ſuo ex Picardia, eſſet in cubili Dominæ de Liencourt, amicæ ſuæ, vulgo dictæ la Gabriele, ad 27. diem Decemb. Iohannes Caſtellus Pariſienſis, Petri Caſtelli mercatoris & ciuis Pariſienſis filius, annos natus nouendecim, Zelo permotus Religionis & iuſtitiæ, in illud irrepit. Et cultro, quem habebat, iugulum illius petere volens, in os illum impingit, horâ circiter ſeptimâ veſpertinâ, confracto ei dente. Ille comprehenſus, facinus deteſtatur, & diligenti de eô quæſtione habita, fatetur conſtantiſſimè, non ab alio, quā à ſe ipſo adductum ſe fuiſſe. Quum verò palàm fieret, illum curſum litterarium in Ieſuitarum confeciſſe Collegio, & Præceptorem ibi habuiſſe Iohannem Gueretum (qui in quæſtionem propterea datus inſons deprehenſus eſt:) Decretum, ad 29. diem menſis ſequentis, tam contra vniuerſam Ieſuitarum ſocietatem, quàm contra dictum Caſtellum, huiuſmodi eſt latum, quod ſequitur.

EXTRACTVM EX REGISTRIS PARLAMENTI.

POSTEAQVAM Curia, & Præpoſitus Aulæ regiæ, proceſſum inſtituerunt & perfecerunt criminalem, ad ſupplicationem Procuratoris generalis Regis, interrogatoris & accuſatoris contra Iohannem Caſtellum, Pariſienſem, ſtudioſum litterarum, quarum curſum confecerat in Collegio Claremontano, captiuum in vinculis cuſtodiæ Palatii, ob ſummè execrandum & abominandũ parricidium, quod machinatus erat in ſacrum caput Regis: poſteaquam etiam idem Caſtellus in commemorata Curia ſuper eodem parricidio examinatus & auditus, confeſſionem ſuam edidit: auditi quinetiam illic fuerũt non tantùm Iohannes Gueretus ſacrificulus congregationis & ſocietatis Ieſu, habitans eodem in Collegio, & poſtmodum Præceptor dicti Iohannis Caſtelli: ſed etiam Petrus Caſtellus & Dionyſia Hazarda eiuſdem Iohannis parẽtes: conſideratis concluſionibus Procuratoris generalis Regis, & ceteris; commemorata Curia DECLARAVIT & DECLARAT dictum Iohannem Caſtellum attentum & conuictũ Criminis læſæ Maieſtatis diuinæ & hu-

manæ, in primo capite, propter ſceleratiſſimũ & ſummè deteſtãdum parricidium, tentatum in perſonam Regis. In cuius criminis reparationem dictum Iohannem Caſtellum condemnauit & condemnat, vt honorariam ſuſtineat pœnam, in principali porta Eccleſiæ Pariſienſis, nudus in camiſia, tenens facem cereã ardentem, duas libras grauem: vbi in genua procidens profiteatur & declaret, quòd infeliciter & proditoriè inhumaniſſimum, & ſummè abominandum parricidium illud machinatus ſit, Regemque cultro in ore vulnerârit: quodque ex falſâ maledictâ inſtructione in cõmemorato proceſſu aſſeruerit, Permiſſum eſſe occidere Reges: Regemq; Henricum IV. hoc tempore regnantem, in Eccleſia non eſſe, tantiſper dum à Papa approbatus ſit: cuius quidem facti pœnitentiâ ducatur, veniamque ob id petat à Deo, Rege & Iuſtitia. Hoc præſtito, vehi tradatur ad ſupplicii locum Greueſem, vbi forcipib. candentib. inuſtis brachiis & coxis eius, manus dextera, tenens cultrum, quo parricidium deſignare in animo habebat, amputetur. Tum corpus quatuor equis diſtractum dilanietur: membra verò & corporis truncus in ignem coniecta redigantur in cineres, & hi diſiiciantur in aerẽ. Declarauit quinetiam & declarat omnia ac ſingula bona eius acquiſita & confiſcata Regi. Ante quam executionem idem Iohannes Caſtellus applicabitur quæſtioni ordinariæ & extraordinariæ,

ad

ad cognoſcendam veritatem de compliciibus ipſius,& certis caſibus,ex eodem proceſſu manantibus. Fecit & facit inhibitionem ac prohibitionem omnibus perſonis, cuiuſcunque qualitatis & conditionis, ſub pœna Criminis Læſæ Maieſtatis, ne dicant vel proferãt, quocunque loco, publico ſiue priuato, commemorata dicta vel Propoſita, quæ Curia declarauit & declarat ſcandaloſa, ſeditioſa, pugnãtia cum verbo Dei, & à ſanctis Decretis condemnata vt hæretica. Decernit,vt ſacrifici & Scholaſtici Collegii Claremontani, & omnes alii, qui ex dicta ſocietate ſe cognominant, tanquam corruptores iuuentutis, perturbatores tranquillitatis publicæ, hoſtes Regis & Status, intra triduum, à ſignificatione præſentis Decreti,exeant Lutetiã, & aliis vrbibus atque locis, vbi ſunt Collegia ipſorũ,& quindecim intra dies ex vniuerſo diſcedãt Regno: ſub pœna, vt quicunque reperiantur, poſt dictum tempus,ceu rei criminis læſæ Maieſtatis eiuſdem puniantur & mulctentur. Bona deinde eorum cùm mobilia, tum immobilia, in opera impendantur miſericordiæ; quorum diſtributio ita,vt Curia ordinabit,inſtituatur. Præterea imperat omnibus ſubditis Regis, vt Scholaſticos ſuos in Collegia ſocietatis iſtius, quæ ſunt extra Regnum,ad diſcendum, deinceps ne mittant,ſub eadem pœna criminis læſæ Maieſtatis. Decernit dicta Curia,vt exempla pręſentis Decreti mittantur ad prouincias

Digitized by Google

& magiſtratus huius Circi, quò iuxta formam & tenorem ſuum in effectum producatur. Iniungit quoque præfectis & ſeneſchallis, locumque tenentibus illorum generalibus & particularibus, vt ad executionem procedant intra dies iuſtos, in Decreto præſcriptos: item ſubſtitutis Procuratoris generalis, vt dictæ executioni diligenter inuigilent, transgreſſores obſeruent, & commemoratam Curiam de diligentia ſua menſtruatim certiorem faciant, ſub pœnà priuationis ſtatuum ipſorum.

Signatum à Tilleto. Et inferiùs. Pronunciatum in Iohannem Caſtellum, ſupplicio affectum die Iouis.
29. Decemb.
1594.

CONSPECTVS
OMNIVM CAPITVM
huius operis.

PRIMA PARS.

De origine erroris, quæ cùm hîc, tum alibi conſpicitur.

Similitudo mater erroris. Cap. 1.
Aſtutia Diaboli, fallendi per ſimilitudinem triplex. 2.
Inſtructio ex Scriptura; qua error de ſimilitudine eripi poſſit. 3.
Praxis aſtutiæ huius contra unionem Catholicorum, coniuncta cum triplici errore: & 1. circa primum errorem 4.
Praxis circa ſecundum errorem 5.
Praxis circa tertium errorem 6.
Praxis ſpecialis circa facinus Caſtelli, & decretum in illud latum 7.

SECVNDA PARS.

Facinus Caſtelli iuſtum eſſe.

Actus heroicus iniuſtus eſſe nequit 1.
Perſonæ Regum ſunt inuiolabiles 2.

Caſtellus non habuit in animo occidere Regem 3.
Henricus Bourbonius rex appellari nequit ob conuerſionem prætenſam. 4.
Neq; in præiudicium excommunicationis. 5.
Cenſura temeraria Parlamenti in Sorbonam; quoad hunc articulum. 6.
Idem Bourbonius non poteſt ſe defendere aduerſus excommunicationem, exemplo Regum Galliæ 7.
Neque etiam à Papa abſolutus, Rex poteſt eſſe. 8.
Neq; poteſt Rex dici ex ſucceſſionis iure. 9.
Neq; propter obedientiam, quæ ei præſtatur. 10.
Hæretici, & potiſſimùm relapſi, iure diuino & humano morte ſunt afficiendi. 11.
Iidem è medio tolli poſſunt ab hominibus priuatis: ſi aliter fieri nequeat. 12.
Idem iudicari debet de tyrannis. 13.
Multò verò magis de tyranno & hæretico ſimul. 14.
Rationes & vtilitates ſingulares machinationis Caſtelli. 15.

TERTIA PARS.

Actum Caſtelli heroicum eſſe.

ACtus Caſtelli heroicus eſt in ſubſtantia ſua. 1.
Idem heroicus eſt in ſua confeſſione. 2.
Techna contra Caſtellum, & abuſus ſacramenti Pœnitentiæ. 3.
Exſecratio eiuſdem abuſus in Parlamenti Curia 4.
Impudentia calumniarum contra Caſtellum. 5.
Impoſtura in ſacramento vt per Caſtellum detecta ſit. 6.

Conſtantia Caſtelli in examine. 7.
Conſtantia eiuſdem inter quæſtiones ac tormenta. 8.
Conſtantia in perferenda pœna honoraria. 9.
Conſtantia in ſupplicio. 10.
Actus permanet heroicus, licet conatus finẽ ſuum non aſſequatur. 11.

QVARTA PARS.

Decreti contra Caſtellum vitia & abſurditates.

Abſurditas in cenſura facinoris. 1.
Abſurditas in condemnatione perſonæ: & ſpeciatim quoad pœnam honorariam. 2.
Falſitates notoriæ contra Caſtellum. 3.
Hæreſis manifeſta in Decreto. 4.
Medium excuſandæ hæreſeos nullum. 5.
Abſurditas inhibitionis, ne propoſita Caſtelli proferantur. 6.
Propoſita Caſtelli neutiquam ſunt ſcandaloſa, aut ſeditioſa. 7.
Neq; etiam pugnant cum verbo Dei, aut condemnata ſunt à ſanctis Decretis, vt hæretica. 8.
Exemplum infidelium Imperatorum nequaquam patrocinatur Principibus hæreticis. 9.
Neq; etiam exemplum Imperatorũ hæreticorũ. 10.
Et minus in Gallia. 11.
Neq; ſanctorum patientia patrocinatur. 12.
Nec exemplum Nabuchodonoſoris, & præceptum ei obtemperandi, 13.

QVINTA PARS.

Vitia & abſurditates Decreti contra Ieſuitas.

Animoſitas iudicum notoria & ocularis contra Ieſuitas 1.
Præcipitantia & confuſio iudicii 2.
Maturandi iudicii huius nulla ratio valida. 3.
Calumniæ & impoſturæ in Decreto. 4.
Contra crimina Decreti defenſio ſocietatis. 5.
Defenſio contra actionem forenſem Arnoldi. 6.
Iniuſtitia & tyrannis in condemnatione. 7.
Iniuſtitia contra Patrem Iohannem Gueretum. 8.
Crudelitas & ſacrilegium, in Patre Guygnardo commiſſum. 9.
Martyrium Patris Guygnardi Ieſuitæ, per omnia puncta iuſtificatum. 10.
Admonitio ad Catholicos de facti huius conſequentia. 11.
Admonitio de cooperando cum Deo, ad ſupprimendam tyrannidem hæreticam. 12.
Exhortatio finalis ad exterminandum hoſtem Dei & Eccleſiæ ſuæ. 13.

PARS

Pars prima.

De origine Erroris; qui cùm hîc, tum alibi conſpicitur.

Similitudo mater Erroris.

Cap. I.

NON incongruè dixit is, qui SIMILITVDINEM, *Erroris matrē* eſſe pronunciauit: quandoquidem hæc ita cōparata eſt, vt plurimùm nos fallat, ſenſus obſtruat, rationem noſtram labefactet, & tantùm in errorem rapiat, vt vnum accipiamus pro altero. Sic per ſimilitudinem lupus pro cane, ſerpens pro anguilla, cicuta pro apio, cuprum pro auro, ſtannū pro argento, & vitrum pro ſmaragdo accipiuntur. Sic racemus, ſeu vua à Zeuxo picta, aues decipit: bucula Myronis in ſe tauros illicit: & canis Æſopicus vmbrâ vehementer fallitur. Sic perdix & coturnix ſibilo aucupum falluntur, & terriculis à cannabo pelluntur columbæ. Accenſendæ huc ſunt inſomniorum vanitates, incantatorū phantaſmata, bellorum ſtra-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

tegemata,& impoſturæ omnis generis, deteriores impoſturâ duûm gemellorum,de quib. *Æn.10.* Virgilius teſtatur, magnam illorum ſimilitudinem parentes etiam decipere, verùm errore grato & iucundo. Huc pertinent præſtigiæ eorum, qui ſimilitudine lineamentorum corporis,verborum,& nominis,in nobiliſſimis ſe familiis ſuppoſuerunt, imò in ſummas quoq; dignitates,thorumque caſtiſſimorum connu- *Herod.l.3.* biorum intruſerunt. Qualis fuit exauricularis ille Smerdis, qui in Monarchiam Perſarũ irrepſit,Cyri ſe filium ſimulans,cui nomine ſimilis fuit atque facie. Propalus quidam,cùm ſe Antiochi filium dictitaret, hoc aſtu Syriæ *Ioſ.antiq.l.17. cap.14.* regno eſt potitus. Iudæus quidam,Sidone natus, cùm Alexandrum, filium Herodis ſe nominaret,cui non abſimilis erat,effecit,vt à Iudęis rex reciperetur:at ab Auguſto Cæſare per ruditatem manuum cognitus, ad triremes re- *Val.M.l.9.c.16.* legatus fuit. Aliorum apud Veteres Valerius *Fulg.l.9.c.16.* Max.& Fulgoſus meminerunt. Tempore Ludouici VII. Regis Gallorũ, *is*, qui Balduinum Flandriæ Comitem ſe dicebat,cui ſimilis erat, effecit, vt tota patria Nobilitas eum ſequeretur. Hac ſpecie Ixion apud Poëtas ab Idolo *Æn.10.* Iunonis deceptus nubẽ amplectitur. Et Turnus Æneæ phantaſmate, ab Iunone ei propoſito, æſtuat illud inſectari: vnde & è prælio egreditur. Apud Plautum metamorphoſis Iouis,in Amphitruo,& Mercurii in Soſia,infinitis deceptionib. feſtiuis materiam ſuppeditat.

Et

Et ſacra ſi licet cōponere profanis, ſupplantatio Iacobi, quam erga patrem Iſaacum, impetrandę benedictioni fratris adhibuit, callidior dari non potuit, quam per manuū ſimilitudinē, quas, de matris conſilio, hœdorum lactentium pellibus induebat. Hoc ſe colorare fuco ſolent falſi amici, falſi Chriſtiani & Catholici: adeò vt hypocritas inuenias, qui lupos pellib. ouinis egregiè tegant. Breuiter, ea eſt ſimilitudo; quæ ſumit turpia pro pulchris, lepida pro honeſtis, curua pro rectis, carnem pro ſpiritu, mendacium pro veritate: ita bonum pro malo fugere, & malum pro bono ſectari docens. Omnia, inquit Philoſophus, naturaliter bonū appetunt: verùm quæ plurimùm nos fallit recti ſpecies eſt, ait Poëta, quæ efficit, vt vitium accipiatur pro virtute, virtus pro vitio, & generatim vnum pro altero. *Gen. 27.* *Ariſt. 1. Eth.* *Hor. in arte.*

Hunc in modum peruerſa hominum de rebus iudicia fieri ſolēt. Hinc prædo pro valido, Zelo æſtuans pro ſeditioſo, vindictæ cupidus pro animoſo, patiens pro homine triobolari, prauus pro ingenioſo, iuſtus ac ſeuerus pro crudeli, indulgens pro rationali, callidus pro prudenti, ſimplex pro ſtupido, ſordidus & auarus pro rei familiaris ſtudioſo, & prodigus pro liberali accipiuntur. Vſurarius in crudelitate ſuâ, ſub ſpecie opitulādi neceſſitati proximi ſui, cùm publicè, tum priuatim, nominari vult officioſus: vnde omni contentione iniquitatem ſuam, ceu opus pium ac laude dignū

propugnat. Qua ratione nihil tam bonum eſt, quod non condemnari, nihil tam malum eſt, quod non defendi, patronumq́; ſuum reperire poſſit.

Diaboli aſtutia fallendi per ſimilitudinem, triplex.

CAP. II.

I. HOc medium ſi Diabolo excuſſeris, omnes actiones eius irritas eſſe deprehenderis. Hoc ille vtitur medio ad homines tentandos, fallendos, ſeducendos: idq́; tribus potiſſimùm modis. Primus eſt; quòd eis malum obtrudere conatur pro bono: & quidem hominibus etiam ſummè ſpiritualibus: immò Ieſu Chriſto ipſi; cui ſub neceſſitatis ſpecie perſuadere tentauit, vt lapides tranſmutaret in panes: & ſub fiducia in Deum; vt ſeipſum deorſum demitteret. Sic transfigurans ſe in Angelum lucis, ſub pietatis, aut alterius deuotionis, quam inflammare ipſe facilè poteſt, vmbrâ, hæreticos, & vanitate turgentes, ſuiq́; nimium amantes homines ad ſe trahit: adeò vt martyres etiam eos efficiat, quò ſimpliciores faciliùs ab eis ſeducantur. Talis quondam Adamitarum ſecta fuit, vtut ſordida, vilis & abiecta ſuperſtitio & ſtultitia eorum fuerit, ſicut teſtatur S. Bernardus. Tales poſteris temporibus fuerunt Lutherani & Caluiniſtæ; qui

medias inter flammas Pſalmos cecinerũt, quò impietatem ſuam meliùs celare, pluresque ſeducere poſſent.

II. Hic ſi non procedit modus, alter paratus eſt; quo verſutus ille generis humani hoſtis efficit, vt ſub mali ſpecie veritas vim patiatur, & per conſequens contemnatur & condemnetur. Quo altero artificio vtitur erga bonos, tanquam ſi mali, & erga malos, tanquã ſi boni eſſent: vt ita confundendo iudicium conuitiis proſcindat veritatem, honore verò afficiat malitiam. Sic Martyres interficit, & I. Chriſtum crucifigit, ſub ſpecie hominum maleficorum. Et in innocentiam quidem huius, tanquam ſi ſceleratiſſimus Mortalium fuiſſet præ omnibus aliis, effudit omnis generis, blaſphemias, opprobria, ignominiam, contemtum, & immanitatem ſuppliciorum.

Et quandoquidem conſtat, Improbis bene eſſe: probis verò malè; ſeruoſque Ieſu Chriſti, magiſtri ſui more tractari: inde natus inter homines eſt error, quibus myſteria Dei ignota ſunt, vt hos quidem condemnent: iuſtos verò pronuncient illos: iuxta tritum ſermone prouerbium, Miſerum iniuriâ affici, & percuſſum mulctam pendere. Quæ illa ipſa vanitas eſt, quam ſuper terram fieri dicit ſapiens, qũ inquit: *Sunt iuſti; quibus obtingit ſecundùm opus improborum: & ſunt improbi; quibus obtingit ſecundùm opus iuſtorum.* In quo equidem Mundus iners fundamentum ſuum vulgò ponit; Eccleſ. 8.

ſiue vt condemnet bonos (ſicut amici Iobi fecerant propter afflictionem, quâ conflictari eum videbant: & incolæ inſulæ Melitenſis; qui S. Paulum homicidā iudicabant eſſe, quia viperam è manu eius pendentem viderant: & qui Machabæos condemnauerant, propter calamitates, quibus premebantur: & Constātius poſtero tempore; qui Catholicos in gratiam Arianorum, quibus reſiſtebant, malis affecerat, vt teſtatur Lucifer:) ſiue vt iuſtos declaret improbos, ſicut Idololatræ Iudæ in Ægypto Ieremiæ tempore fecerant, qui, quum Cœli reginam Lunam adorarent, eiq; adolerent, ſibi imaginabantur, impietatē iſtam veram religionem eſſe, illudentes Prophetæ, à quo contrarium edocti erant: *Quandoquidem* (dicebant) *ſatiabamur olim cibo, & eramus hilares, ac malum non experiebamur.* Quo idiomate Aulicos Henrici VIII. Anglorum Regis vſos non pridem, teſtatur Cardinalis Polus; qui, vt ſchiſma ſuum, & cenſurarum contemptum comprobarent, dicere ſolebant, A tempore excommunicationis Regis, Angliæ regnum malo nullo conflictatū, terram fructus produxiſſe, ex ſententia omnia ſucceſſiſſe, hoſtes victos eſſe, &c. quo ipſo idiomate hodieque in Inſula iſta vulgò vtuntur, in eius, qui ad Regni clauum illic ſedet, gratiam. Ex quo diuturno & magno ſucceſſu impietatem & cetera ſcelera ſua probant atque laudant. Qui longiſſimus ille & latiſſimus locus communis eſt,

Lucif. contr. Conſt.

Ier. 44.

eſt, quem Prædicantes regni illius tantopere voluunt & agitant, vt prædicationes ſuas eo impleant ac farciant, tum ſeipſos, tũ miſellum populum turpiſſimè decipiẽdo: ſine quo muti ſæpiùs exiſterent.

Sed, quod magis mirum videatur, ipſa etiam ſuperſtitionis mancipia, & qui ſortilegiis vtũtur, adeoque Athei omnes, iuſtificãdæ impietati ſuæ argumentũ iſthoc adhibent. Pro primo genere teſtes ſunt illi; qui characteres ferunt, incantationibus vtuntur ac verbis, tum in Schedis certis conſcriptis, tum verbalibus, quæ pronũciant, ad ſanandos homines & beſtias: qui moti ſpecie ſanationum quarundam accidentariarum (non conſiderantes, quantopere ſeipſos implicẽt, & quanti ſoluere tandem cogantur) ſibi perſuadent, bellè omnino & præclarè ſe operari. Pro vltimo genere teſtãtur, hi, qui, cùm ob impietatem ſuam à Deo deſerti ſint, vt afflictionem, quâ Deus vulgò ſuos afficit, ne ſentiant, imaginantur ſibi, longè beatiores & prudentiores ſe eſſe aliis. Talis erat Selius ille, cuius Martialis meminit, lib. 4. Epigram. his verbis:

Nullos eſſe Deos, inane cœlum
Affirmat Selius, probatq; quod ſe
Factum, dum negat hæc, videt beatum.

III. Quòd ſi vſu venit, vt boni & mali res efficiant aut perpetiantur eaſdem: tum Satan tertium inde errorem creat, nempe, vt de his & illis idem iudicium feratur, omneſq; ſimul

condemnentur, pœnâ quandoquidem eâdem afficiuntur. Ita Ieſum Chriſtum cum duobus latronibus & in medio eorum, crucifigit. Ita primos Chriſtianos é medio tollit cum ſceleratiſſimis quibuſque. Ad eadem ſupplicia, eadem patibula, gerras eaſdem rapit, tam veros martyres Catholicos, quàm falſos hæreticos: quod in Anglia, tempore Henrici VIII. accidiſſe nouimus. Ita igitur idem de vno ac de altero iudicari ſolet, quo modo callidus hoſtis abuti non dubitat ſimplicitate eorum, qui inter perſecutionem Iſaaco per Iſmaelem inflictam, & inter eam, quam Agaræ Sara intulit, diſtinguere non poſſunt, aut volunt. Vnde prior tam iniuſta eſt, quàm poſterior eſt iuſta & ſancta, quod innuit S. Auguſtinus, quum inquit: *Quicunque boni malique pariter afflicti ſunt, non ideò pariter diſtincti non ſunt, quia diſtinctum non eſt quod vtrique perpeſſi ſunt. Manet enim diſſimilitudo paſſorum etiam, in ſimilitudine paſſionum. Et licet ſub eodem tormento, non eſt idem virtus & vitium. Nam ſicut ſub vno igne aurum rutilat, palea fumat; & ſub eadem tribula ſtipulæ comminuuntur, frumento purgantur; nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem prœli pondere exprimitur.*

Gen. 21. Gen. 16.

Lib. 1. de Ciuit. D. c. 8.

Inſtructio ex Scriptura: qua Error de ſimilitudine eripi poſſit.

Cap.

CAP. III.

SI vſpiam alibi, certè hoc loco inſignis occaſio offertur in effectum producendi illud, quod I. Chriſtus nos monet, Prudentes nos debere eſſe ſicut ſerpẽtes. Quò pertinet, quòd ſcriptura diligenter diſcernere nos iuſſit animantia munda ab immundis, vngulam habentia ſciſſam ab habentibus non ſciſſam, & ruminantia à non ruminantibus. Etenim per ſciſſionem vngulæ indicare vult diſcretionem neceſſariam perſcrutandi cauſſæ intimum ac meritum: per ruminationẽ verò accuratam & profundam horum meditationem. Et alibi, quum dicit, *Hominem videre ea, quæ ſunt ante oculos, ſed Deum reſpicere cor*; exemplum Dei nobis proponit ceu regulam de omnibus rectè iudicandi, quoad quidem à nobis fieri poteſt, adeò vt non iudicemus ex cortice, ſed factum ipſum examinemus. Hoc deficiente, veriſſimum deprehẽditur id, quòd pro mundanis, & non niſi exteriora ſpectantibus, ſapiens dixit, *Creaturas factas eſſe, vt ſint offendicula animis hominum, & laqueus pedibus inſipientium*. ſicut è contrario S. Paulus dicit de *Homine ſpirituali, quòd iudicet omnia*, puta, vt decet. Sed & exemplum nobis huius rei ſuppeditauit Ieſus Chriſtus. Iniquè enim percuſſus, tanquam ſi maledixiſſet Pontifici, reſpondit, *Si malè locutus ſum, teſtificare de malo: ſin bene, cur me cædis?* Redarguens errorem horum, qui

1. Reg. 16.

Sap. 4.

1. Cor. 2.

Ioh. 18.

condemnant aut reprehendunt ob ſpeciem duntaxat mali, nec in ipſam rei naturam intuentur.

Praxis aſtutiæ huius in Catholicorum vnionem triplex.

CAP. IV.

SI, quæ dicta iam ſunt, ipſo facto demonſtrare oporteat, vnica ſtatûs vnionis Catholicorum in Gallia, & Aduerſariorū eius conſideratio, (vt longiùs ne abeamus,) quid ſit, ſatis ſuperque declarabit: pro diuerſis videlicet & peregrinis iudiciis, quę de eo hactenus ſunt facta, & adhuc fiunt, tam ſuper cauſſæ merito & naturâ, quàm euentis ruinoſis parte vnâ, & commodis parte alterâ: nec non ſuper effectis communibus, quæ ſunt mala & calamitates bellicæ: dici quandoquidem nequit, vbi nam ſimilitudo plus cauſſæ erroris habeat ſumendi bonum pro malo, & malum pro bono, quā hac triplici, quæ ſequitur, formâ, & nominatim quidem pro commemoratâ Vnione.

Praxis circa primum genus. Etenim ad cauſſæ meritum quod attinet, manifeſtus ibi error apparet, ſiue generatim eam conſideres, ſiue in ſpecie eos; qui inde ſe nominant: generatim quidem ideo; quòd rebellionem indigetant id, quod eſt religio: crimen

men læſæ Maieſtatis id, quod Maieſtatem ſeruat ſartam & rectam: legum infractionem id, quod eas cuſtodit: innouationem id, quod antiquitatē tuetur: ſeditionem id, quod propriè protectio eſt, maloque futuro medetur. Quod totum fieri videamus propter oppoſitionem factam à Catholicis ex vna parte, non regiæ dignitati, ſed tyrannidi: nec tyrannidi occultæ, aut quoquo modo tolerandæ, ſed apertæ, & primi gradus; quæ religionem opprimit: nec religionem quamuis, aut à triennio natam, ſed quæ ſola vera eſt, & antiqua Gallis, & per quam hic honor eis habetur, vt Chriſtianiſſimi appellentur. Quo ipſo ſanè medio ipſa dominium obtinet in Hæreticos; quod à longo tempore, iuxta generalem corruptelam fidei, & morum, apertamque perniciem animarum, delineatum fuit: non ad Hugenotorum formam; qui vt hæreſes, inuentiones abominabiles, & Satanicas ſynagogas ſuas plantarent ac ſtabilirēt, ſacrilegia illa ſua religionis pallio obuelare non dubitârunt: in manifeſtis quinetiam rebellionibus ſuis Gallorum regibus perſuaſerunt, id omne in ſeruitium eorum fieri; verùm vt reges intra ſepta officii ipſorum continerent, vt Eccleſiæ obedirent, vt cenſuras & excommunicationes euitarent, vt conſeruarent exiſtimationē Gallorum, authoritatem Statuum, & leges fundamentales Regni. Alterâ deinde ex Parte id factum, propter prætenſionem iuris, factam ab

hoſtibus, vbi ius non eſt: ordinis, vbi ordo peruertitur; maieſtatis, vbi hoſtilitas eſt: & authoritatis legitimæ, vbi nec eſt talis, nec eſſe poteſt. Vnde tandem ob ſimilitudinem, quæ in motibus illis, & pluſquam iuſtâ oppoſitione, factâ iis, quæ ſunt prorſus illicita, inerat, progerminauit error eorum; qui condemnant per exterius, id, ex quo meritum iudicari nequit aliter, quàm ex iuſtitia ipſa rei, quæ hos & illos impellit.

Et quod in ſpecie attinet ad eos, qui Vnionis ſocios ſe vocârunt, & reuera tales non fuerunt, niſi vt eam labefactarent ac deſtruerent, quâ proinde digni haud erant, quippe ambitionem ſuam deuotionis pallio tegentes, abuſi cauſſâ ſanctâ ideò, vt affectibus ſuis, & cupiditatibus inſatiabilibus indulgerent, ſicque cauſſam illam prorſus perderent: notus eſt inde natus error; quo alii iudicantur per alios, & condemnantur generatim omnes ob delictum paucorum: tanquam ſi propter Iudam vnum, qui fur fuit & hypocrita, vniuerſum Apoſtolorum Collegium repudiare aut calumniari oporteret.

Ex aduerſo, quod attinet ad hoſtes: notum eſt, vti perfidia, perduellio, vis hoſtilis & oppreſſio eorum, qui pluris fecerunt terram cœlo, hominum gloriam Dei gloriâ, factum hominibus promiſſum contra Deum promiſſo facto Deo in ſacro baptiſmate; qui protectores

res ſimul tyrannidis & hæreſis, hoſtes apertos Fidei & Eccleſiæ Catholicæ, patriæ ſuæ & fratrum ſuorum parricidas ſe fecerunt: ſub ſpecie conſeruandæ eius Maieſtatis, quæ Maieſtas amplius non erat: ita Maieſtatem cudentes, quæ Maieſtas nequit eſſe, contra Eccleſiæ & Statuum ſanctè factum & pronunciatum, conuenienſq; legibus diuinis & humanis iudicium: vti, inquam, hæc tanta perfidia bonũ ac fidele ſeruitium, officium bonorum Gallorum & fidiſſimorũ ſeruorum Regis & Regni appellata fuerit: verùm tantâ cum abſurditate, vt vel ſola facti natura, ſi cetera argumenta omnia prætereamus, Mundo vniuerſo eam clariſſimè ob oculos ponat. Ceterùm pluribus quùm non ſit opus, velo contracto, totam rem in lucem proferemus, vt de turpitudine eius meliùs iudicari queat.

Praxis circa ſecundum Errorem.

CAP. V.

AD ſecundum quod attinet punctum, Aduerſariorum reſpectu, notæ ſunt variȩ de hac re habitȩ collocutiones: & quomodo vnâ parte aduerſitates, miſeriæ, afflictiones, confuſiones, opprobria, excõmunicationes, proſcriptiones, paupertates, captiuitates, quæſtiones, patibula, crudelitates ſuppliciorum eorum; qui nequiſſimè proditi & traditi fue-

runt ab iis, in quibus confidebant: parte verò alterâ, quomodo proſperitates, ſucceſſus, ſplendores, victoriæ, honores, fruitiones bonorum, ſecuritates, libertates, abundantiæ, iucunditates & delectationes omnis generis, argumento ſeruierint imprudentibus condemnandi primos, & iuſtificandi vltimos: imò arguendi atheiſmicos; qui contrarium dictu-
Matth.27. ri eſſent. Quo modo olim Iudæi, quũ in cruce pendentem Chriſtum viderent, vehementiùs, quàm vnquam antè, ei illudebant, ſeque ipſos in opinione ſua confirmabant, quaſi iuſti eſſent ipſi: iniuſtus verò & improbus, homo ille crucifixus. Homines ſunt ſine iudicio, inquit S. Bernhardus, qui cruces vident afflictorum, & ſuas non vident vnctiones: de qui-
2.Cor.6. bus S. Paulus teſtatur, *Illos ſpecie externa triſtes eſſe, intus verò lætos*: quandoquidem ſe dignos
Act.5. animaduertunt eſſe, *qui pro nomine Ieſu contu-*
Hebr.10. *melia afficiantur. Recipiunt igitur cum gaudio direptionem bonorum ſuorum, vt qui ſciunt ſe habere apud ſe potiorem ſubſtantiam in cœlis, & quæ permaneat*. Quibus etiam ſummo honori eſt, cooptari in contractum initum & iuratũ cum
Luc.14. Deo; qui eſt, Non parcere bonis, facultatibus, commoditatibus, vxoribus, liberis & amicis: immò vitæ ipſi: quæ deſerere parati ſunt omnia, fidem ſaltem vt retineant, religionemq; conſeruent. Hoc promiſſum ſi ratum faciant ipſi: tum Deus ſuo promiſſo haud deeſt: ve-
Eccl.3. luti Scriptura dicit, *Sapientē ſeruare legem Dei,*

& legem ei fidelem eſſe. Paßionis huius temporis pares non eſſe gloriæ illi, quæ futurum eſt vt reuelatur in ipſis per eum; qui ipſis dicit, vti Abrahamo, patri eorum: Ego clypeus ſum tibi, merces tua ampla valde. Et licet filius externus hominis corrumpitur; attamen internum remorari de die in diem; afflictionemq́ ipſam huius temporis paruã & exiguam, gloriam nobis præparare, quæ non finitur in ſecula ſeculorum. Rom. 8. 2. Cor. 4.

Et ſi vel maximè ob peccata ſua malis conflictentur, ab abſurditate tamen & intollerabili ignoratione cauſſam confundendi cum perſonis, & condemnandi vnum pro altero, ſibi cauebunt: vt qui neutiquam neſciunt, erratum eſſe, non ideò, quòd cauſſam ſuſceperint agendam; ſed quòd egerint eam malè: quodque, vt nulla fuit vnquam ſanctior aut iuſtior cauſſa, ita nulla vnquam fuerit ab aliis quidem peius acta, ab aliis verò ſubtiliùs & artificioſiùs colorata, vt certè huius generis delicta, eorum, quibus incumbit meliùs agere, & ſpeciatim in dignitate conſtitutorum, qui tantas in corda bonorum inſtillârunt lachrymas, coram illo, qui preces eorum æternum non repudiabit, lippis & tonſoribus ſunt nota.

Ac velle ob id afflictos condemnare, aliorũ reſpectu, & iuſtos declarare aduerſarios; hoc quidem non niſi ad eos ſpectat, qui iudicia Dei ſecreta non perpẽdunt. Qui vt omne purum peccatum, etiam eorum, qui de ſuo ſunt

Ezech.9. grege, *incipiens à ſanctuario ſuo*; ita ponderare nouit in peccatis illud, quod magis pendit aut minus. Admirabili quinetiam ſapientiâ vtitur operâ hominum ſceleratorum ad puniendos alios; & è ſummis peccatoribus flagella efficit minorum. Et vt peccatum nullum eſt, quod comparari poſſit cum hæreſi, & fautore hæreſeos, & ſchiſmatis cuiuſvis in Eccleſiam, cuius quidem aſſeclæ proſperâtur ad tempus, non alium in finem, quàm vt exitio ruant æterno: ita è contrario Deus caſtigat eos, quibus in æternum miſericordiam exhibere vult, propinans eis ſummitatem poculi iræ ſuæ, cuius fundum ac fæcem reſeruat iis, à quibus affliguntur. Quod omne fit ex Scripturæ iudi-

Leu.24. cio, de eo, *qui blaſphemat Deum, & eo, qui maledicit Deo*; de quorum priore dictum, *Eum morte moriturum*; de poſteriore verò, *Portaturum peccatum ſuum*. Vt enim, inquit Origenes, poſterior deterior eſt priori, ita cùm pœnam in hoc Mundo non habeat ſufficientem peccato ſuo, neceſſe eſt, illud portet in alio, vt qui æternæ obligatus eſt morti, velut alter tulit temporalem.

Hom.14.inLeu.

Praxis circa tertium Errorem.

CAP. VI.

AD tertium & vltimũ punctum quod attinet, ſatis notũ eſt, belli incommoda, homici-

micidia, incẽdia, famem, direptiones, ſacrilegia; demolitiones ædium, neglectum cultus diuini, & ſimilia, nominata fuiſſe fructus ſanctæ Vnionis, aut ſaltem eius ſociis imputata. verùm id quidem adeò ἀπροσδιονύσως, vt conuitium iſtarum rerum imputari non niſi illi poſſit, qui dat manus, & neutiquam illis, qui defendunt Eccleſiam, & pugnant pro ea (niſi fortè bonam cauſſam malè defenderint,) velut è contrario, nec fuit vnquam, nec vnquam ineſſe poteſt vllum ius, vllá ve ratio in iis, qui eam perſequuntur. Quæ cauſſa, cur Eccleſiæ hoſtes in Scriptura vulgò deſcribãtur irrationalium & immanium beſtiarum typis, veluti leonum, vrſorum, leopardorum, ſerpentium, draconũ, aprorum, luporum, vulpium, ranarum mortiferarum, è puteo abyſſi prorepentium, & aliarum. Tales ſanè calumniæ & opprobria contra ſanctam Vnionem euomi ſolita non niſi ſputum ſunt exſputum in cœlum, quod recidit in faciem eius, à quo exſpuitur; quo modo primorum Chriſtianorum calumniæ comparatæ quondam fuêre, quibus Gentiles, vt S. Cyprianus teſtatur, morbos, ſterilitatem, & terræ defectus alios attribuere non dubitârunt. Tale quiddam in Macchabæos dici poterat, ob bellum, quod cum R. Antiocho gerebant, & ob incommoda varia inde orta: quos tamen S. Paulus canoni inſerere, & in ſanctorum numero recenſere nõ noluit: prætterquam quòd S. Scriptura expreſsè teſta-

Apoc.12.
Pſal 79.
Matt.7.
Cant.2.
Apoc.9.

Digitized by Google

1.Macch.5. tur, *fuiſſe homines, qui ſalutem Iſraeli impertiuerunt*. Et de Iuda quidem Macchabæo, qui præcipuum Iſraelitarum caput fuit à Matathia, patre eorum, conſtitutum, quique aliis etiam
1.Macch.3. de ſe nomen dedit, nominatim dicitur, *In manu eius ſalutē fuiſſe: eum oblectaſſe Iacobū: memoriam eius in benedictionem eſſe in ſempiternū: eum iram Dei ab Iſraele auertiſſe, &c.* Quum abſurdum non ſit, temporalia profundere pro eo, cui debemus vitam, & qui poſtulat vnum &
Luc.14. alterum. Qui etiam de mandato, quod dedit Abrahamo de immolando ſibi filio, non vult quidquam reſeruari, in iis, qui appellant ſe fi-
Gen.22. lios Abrahami, hoc eſt, Chriſtianos: Siquidē nihil tam pretioſum eſt, quod propter eum non deſerere, imò ei ſacrificare non debeamus. Præterea commemorata incommoda ſanctæ Vnioni, & ſocijs eius non magis in opprobrium imputari poſſunt, quàm feminæ ſapienti, virtutibus præditæ, & pudicæ, ſi quis eam vi vellet rapere, imputare poſſis morſuras, ſuggillationes, gibbos, plagas, liuores, veſtium dilacerationē, euulſionem capillorum, confractionē vaſorum pretioſorum, ſubuerſionem bonorum mobilium, & ſimilia, quæ aut alteri intuliſſet ipſa, aut in ſua perſona paſſa eſſet, propugnando honorem ſuum, & defendendo id, quod ſecundùm Deum habet, pretioſiſſimum.

Huc etenim omnino deueniendum eſt, videlicet vt de merito partis ne iudicemus ex ſimili-

militudine tam vana, infantum inſtar, qui crepundiis & rebus fictis omnis generis ducũtur: aut inſtar felium paruarum; quæ cum mobili vmbra ludere ſolent, tanquam ſi ſolidi quidpiam eſſet: aut paraſytorum Heliogabali more; qui cibis pictis ſatiari ſe patiebatur. Quod ipſum & de cane Æſopico, qui vmbrâ deceptus fuit: & de Ixione; qui Iunonis loco nubes amplexus eſt, dictum fuit ſuprà.

Praxis ſpecialis circa factum Caſtelli & decretum in illud latum.

CAP. VII.

CÆTERVM quod in genere hactenus de Errore iſto dictum eſt, id vel clariſſimè in facto Iohannis Caſtelli, & Decreto in illud lato apparet. Etenim vt in applicatione prima reſpectus mali ad bonum, iuxta primum, & boni ad malum, iuxta vltimum, ſpecioſior eſt ad fallendos ſimplices, ita clariori euidentiâ contrarium apparet & detegitur ei, iuxta vtrumque qui attentius in illud intueatur.

Nam ad primum quod attinet, Qui viderit inuadi Regem, & Regem Chriſtianiſſimũ, prætendentem ſe Dominum legitimum ac naturalem, & in domo vel propria, vel Gabrielæ ipſius, vel cubili ipſius, tanto auſu, vt culter in

os eius impingatur, & dens ipſi confringatur ab eo, qui guttur ipſum petere & abſcindere cogitabat: hic certè, ſi commemorata omnia comprobet, facilè iudicauerit, iſthoc crimen læſæ Maieſtatis eſſe, ac omnino actum dignũ iis titulis, quibus in Decreto inſignitur, videlicet ſceleratiſſimum, inhumaniſſimum, ſummè execrandum, abominandum, & deteſtandum parricidium. Verùm qui ſimul viderit, non id, quod dicitur, ſed quod reuera eſt & exiſtit, & perpenderit iudicio, non iudicum affectibus indulgentium, ſed Eccleſiæ, & Statuum, & legum omnium cùm diuinarũ, tum humanarum, & fundamentalium Regni, ab omnique memoria receptarum, publicatarũ, reuerenter cultarum, & ſtudioſè obſeruatarũ in Gallia, videlicet excommunicatum, hæreticum, relapſum, profanatorem rerum ſacrarum, declaratum hoſtem publicum, oppreſſorem Religionis, &c. ab omni iure perueniendi ad Regnum excludi: ac propterea tyrannũ eſſe, non Regem; vſurpatorẽ, non naturalem Dominum; criminis reum, non legitimũ Principem: is ſanè (niſi inſanus ſit & deſtitutus omni humano ſenſu, & amore in Deum, Eccleſiam & Patriam) aliter ſentire ac dicere haud poſſit, quàm facinus Caſtelli *eſſe generoſum, cũ*
NB. *virtute coniunctum & heroicum, comparandum cum maximis, & ſumma laude dignis factis*; quorum antiqua, ſacra & profana hiſtoriarũ monumenta,

numenta meminerũt. Vnicum ſupereſt, quod improbare poſsit, nempe quòd Caſtellus iſtũ non penitus è medio ſuſtulit, ad mittendum ſceleſtum *in locum ſuum*: vt Iudas miſſus fuit: quo ſectarii Caluiniſtæ nituntur. Act. 1.

Quemadmodum igitur inde, quòd Caſtellus ictu ſuo fruſtratus fuit, prior ille dixerit, Id manifeſto Cœli fauore accidiſſe, & atheum eſſe, qui de eo dubitet (quod Narrator quidã recens ſcripſit:) ita pronunciauerit poſterior, & maiori quidem cum iudicio, demonſtrationem hanc eſſe non fauoris, ſed furoris, non compaſſionis, ſed indignationis Dei in populum ſuum: *ſupra quem nondum ceſſare velit virgam Aſſur*, quam alibi deteſtatus eſt: *& qui necdum conterere velit iugum oneris illius, & virgam humeri illius, & ſceptrum opprimentis illum, vt die Madianitarum*. Tyranni deinde reſpectu, hæc nõ tam conſeruatio eius eſt, quàm dilatio ad tempus opportunius, & horã, quam Deus elegit, illum furioſiùs in altero Mundo puniendi, quum malitia eius conſummata, & populus caſtigatus fuerit. Velut ipſemet Henricus id agnouit ad Caudebecum, in obſidione Rhotomagi, anno 1591. Deum illum ipſum in finem, vitam ſibi prolongare affirmans, his verbis: *O quàm cupidè deſideraret populus hic, mortuum me eſſe! ſed is adhuc ſceleratus nimis eſt, &c.* Porrò reſpectu eius, qui ictum commiſit, vti prior dixerit Conſtantiam illius (modò ita illam indigetet) furiam potiùs eſſe, & ſup- Eſa. 9.

plicium, quod ſubiit, iuſtam pœnam, ſiue, vt loquitur Decretum, *reparationē iniuriæ:* ita alter affirmauerit, Perſeuerantiam iſtam in perpetrãdo facto, & iuſtitiam eius, in iuuene illo, tam animoſo machinatore, tum in Interrogatorio, tum in ſupplicio ipſius, ad mortem vſq; NB. incluſiuè, vt paulò pòſt dicetur, *Fortitudinem plusquam humanam*, imò heroicam ac diuinam fuiſſe: ſupplicium etiam eius nonniſi verum martyrium appellauerit.

Idem de Decreto iudicari poſſit. Etenim qui conſiderauerit magnificentiam Parlamẽti, & Maieſtatẽ Sedis huius, nec vlterius proceſſerit; is certè dixerit, Oraculum ipſum eſſe Themidis, iudicium ſacratiſſimũ, Deos ipſos hîc locutos, ac recipiẽdum illud eſſe, ceu Dei ipſius vocem, iuſtitiæ præſidentis. Econtrariò qui viderit conuenticulum hæreticorum & ſchiſmaticorũ, ſeruos Themánis, filios Agárę, Terræ ſapientes, filios & miniſtros Edómi, qui *Baruch.3.* dicunt *in die Ieruſalem*, hoc eſt, tempore ſuo iucundo & opportuno, contra Eccleſiam, *Nudate, nudate, quantiſper fundamentum eius erit in* *Pſal.136.* *ea:* antiquos item viderit criminis reos huius ſedis, quæ titulo iſto ſuſpendẽdos & cremandos curauit patres ſuos, quorum adhuc ignis Odorem perſentiſcunt, & laqueos poſt ſe trahunt, quorum manus inquinatæ ſunt, & coccus tinctus eſt puriſſimo Catholicorum, Sacerdotum & Religioſorum ſanguine: quorũ ſe carnifices cognominârunt ac fecerũt: quod idem

idem erga Patres Ieſuitas hîc continuāt; quos ipſâ hac occaſione, ſine cauſſa & ratione ex Regno propulerunt,bonis eorum cùm mobilibus tum immobilibus cōfiſcatis, nonnullos crudeli morte affecerunt, alios tormentis ac quæſtionibus (niſi Deus robore ſuo in pœna ipſos confirmâſſet) excruciârunt,ſine mandato aut ſpecie vlla: declarantes hoc modo,extirpatam ſe velle religionem totam,arreptâ ad committendum ictum illum Occaſione tam tenui, vili & abiectâ: vnde feneſtra aperitur patentiſſima in exilium eiiciendi Sacerdotes, Monachos,Catholicos omnes,ad facilius obtinendum id, quod in pectore ſuo verſant ac fouent: breuiter Angliæ iuſtitiam qui viderit, hoc eſt,impietatis ſedem, lupanaris ſcorti Babylonici ſtabilimentū,Antichriſti cathedram, & perſecutionem manifeſtam ſeruorum Dei translatam ad Gallos: qui, inquam, hæc omnia viderit inſidere Liliorū floribus,qui perſpexerit animoſitatem iudicum ſimul & partium, necnon abſurditatem iudicii tam quoad formam,quam quoad materiam: in quo equidem iniquitas per ſe manifeſtiſſima apparet: huic profectò tam abominabile, execrabile & deteſtabile meritò videatur iudicium hoc, quàm magnum, ſpecioſum & auguſtum videri poſſit per ſe nomen eius. Et omninò in hac qualicunque ſimilitudine diſſimilitudo,imò contrarietas eius,quod prætenditur, adeò ſplendidè refulgebit, vt homines nō niſi

furibundi, & communi ſenſu deſtituti, hoc eſt, ſimiles Iudicibus, qui Decretum illud cuderunt (niſi fortaſſis in conſcientia propriâ ſeipſos iam condemnent:) quidquam ibi reperturi ſint non ſolùm commune, ſed quod ad illud ne quidem vllo modo accedere videatur.

Pars ſecunda.

Facinus Caſtelli iuſtum eſſe.

QVANDOQVIDEM totius rei cardo in his duobus punctis generalibus vertitur: Primò; vt demonſtretur innocentia ac virtus Iohannis Caſtelli, & factum eius planè iuſtum, cum virtute coniunctum, & heroicum eſſe: Altero; vt demonſtretur iniuſtitia & vitium Decreti tam in materia, quàm in forma, quod proinde irritum atque adeò nullum debet æſtimari: ideò in his ipſis binis pūctis immorabimur, quò omnis tollatur fallacia, & aperiantur oculi illis; qui ſimilitudine illâ impulſi, labi in errorem vnum aut alterum poſſent.

Actus

Actus heroicus iniuſtus eſſe nequit.

CAP. I.

VT igitur à primo ordiamur, conſtat ex probata Philoſophia Heroicum appellari illud, quod in perfectione Virtutis excellit, & vulgares hominum actiones ſuperat; imò hominem reddit diuinum in quacunque virtute, ſiue abſtinentia, ſiue continentia, ſiue manſuetudine, ſiue æquanimitate; inprimis tamen magnanimitate, fortitudine, animoſitate & conſtantia. Sic enim Ariſtoteles, & ipſi etiam Theologi loquuntur. Ex quo ſequitur, *Ariſt. 7. Eth.* Ad actum heroicum duo neceſſariò requiri: *Thom. 3. q. 7. art. 2.* vnum; vt ſit iuſtus & cum virtute coniunctus: alterum; vt virtus ibi excellat. Neutiquam enim ſuper aliud fundamentum, quàm ſuper virtutem & iuſtitiam ponere velimus ſubiectũ veræ ac ſolidæ laudis. Et quandoquidem actus, de quo agitur, ad Fortitudinis ſpectat virtutem, propter animum excelſum & generoſum quidpiam moliendi & tentandi, nec non contemptum mortis certiſſimæ: certè aſſentimur Philoſophis, ſi actus per ſe ſit iniuſtus, illum reputari crimen & actum ſceleratum, quamcunque tandem animi fiduciam, & generoſitatem contineat, nomenq; virtutis mutuetur. Approbamus quod Cicero dicit, *Fortitudinis virtutem actionem eſſe animi, quæ obtem-* *Thuſc. 4.*

Digitized by Google

perat Legi ſupremæ ad perferenda omnis generis mala. Vel, vt Stoici loquuntur, *Eſſe virtutem, pugnantem pro æquitate.* Et S. Thomas poſt Ariſtotelem, *Eſſe virtutem moderatricem & audaciam pro bono Reipublicæ.* quandoquidē fortitudo ſine iuſtitia eſt potiùs actus beſtiæ, quàm hominis rationalis.

Offic. 1.

Thom. in ep. ad Hebr. 11.

Perſonæ Regum ſunt inuiolabiles.

CAP. II.

SED vt ad rem adgrediar, & factum ipſum iuſtificē, de quo agitur, neutiquam hîc quēquam opinari velim, me ſtatuere aut docere ſimpliciter (ſicut Decretum Parlamenti id innocentiæ defuncti calumnioſè imputauit) licitum eſſe interficere Reges. Etenim Regibus honorem ſuum eſſe habendum, cum Sanctis haud ignoro: vt qui Maieſtates ſunt ſacratæ, typi & imagines Dei, quos nemini liceat violare, nedum interficere. Non etiam me latet Dauidis religio; quæ ſemper manus ſuas puras cōſeruauit, ne ſanguine Vncti Dei ſe coinquinarent: quaque morte mulctandum curauit eum, qui manus Saulii intuliſſe ſe renuntiârat: & qua mulctauit eos, qui è medio ſuſtulerant Isboſethum, filium Saulis. quanquam S. Auguſtinus ſcripſit, *Iure illum interficere potuiſſe Saulem, licet non voluerit.* Aſtipulatur Optatus Mileui-

1 Reg. 24. & 26.

2. Reg. 1. & 4.

Cont. Adim. c. 17.

Mileuitanus, ſcribens, *Deum pœnituiſſe, quòd Saulem vnxerit Regem: quoniam vnctio* (puta veram & legitimam, qualem Nauarrenus non habet) *illum reddebat inuiolabilem.* Præterea non ignoro canonem quintum Concilii Toletani; qui excommunicat eos, qui Regibus maledixerint: iuxta illud Scripturæ, *Non maledices Principi populi tui.* quanquam interprete S. Paulo, hoc tam de Principe Sacerdotum, quàm Regum dictum ſit. Quin etiam S. Petrus nos hortatur, *vt ſubditi ſimus Dominis, nõ ſolùm bonis & æquis, ſed etiam prauis*; qui ſunt δύσκολοι, hoc eſt, moroſi, & rigoroſi. Neque & hoc ignotum mihi eſt, quod contra licentiam interficiẽdi omnis generis tyrannos, per quẽcunque Vaſallum, & contra fidem iuratam, ſineque ordinatione iudicis, concludit Concilium Conſtantienſe. Ex his, inquam, omnibus probè compertã habeo reuerentiam, quæ Regibus debetur, & patientiam etiam; quando affligunt ſubditos ſuos, & potentiã ſuã abutuntur in eo, quod eſt muneris ipſorum, aq; authoritate horum pendet, modò limites huius ne tranſiliant: & quidem etiam tum, ſi virgis ac flagellis aculeatis, vt Roboam minatus eſt, ſubditos ſuos cæderent.

l. 2. cont. Don. *1. Reg. 15.* *Exod. 22.* *Act. 23.* *1. Pet. 2.* *3. Reg. 12.*

Conſilium interficiendi reges deteſtabile.

Quamobrem deteſtamur non tantùm Hæreticorum Meldenſium nefarium conatum, quo Regem Carolum IX. inuaſerunt: ſed etiam conſilium Miniſtrorum eorum de interficienda matre ac liberis. Non magis appro-

bamus illius ſententiam, qui ſub incunabulis S. Vnionis, quando tyrānis in Gallia nondum eruperat, Regem Henricum III. interfectum voluit; idque vrſit vehementer: & quia à defuncto Duce Guyſio fides ei ſtatim habita nō fuit, ex indignatione, aduerſariam in partem ſe flexit, factionemque mutauit. Neque ſimiliter elumbe argumentum eius approbamus, quo in oratione ad Papam vſus, imputare voluit Vnionis ſociis, id, quod de morte Henrici illius poſtea accidit. Quæ haud obſtante apertâ tyrannide, perinde fortuita & inopinata illis fuit, atque ille, qui de ea verba facit, ad hãc antè paratus erat, quando tyrannis tanta non exſtitit, præcipuum argumentum allegans *lætitiam publicam, quæ ex morte illius naſceretur.* Tanquam ſi neceſſarium ſit, bonum non placere niſi illi, qui facit, & non ei, qui accipit: & qui delectatur alterius operibus, potiſſimùm verò Dei, huic honor inde debeatur, illiuſque author dicendus ſit.

Verumenimuerò dubium hîc inüci poſſit de actu F. Iacobi Clementis, Anne licitus ille fuerit, nec ne? Sanè, quū id temporis intolerabilis factus ſit Rex, condemnatio Clementis neq; de iure, neq; de facto cōprobari potuit, propter violentiæ tyrannicæ, bina extrema in prim. cap. ab Henrico commiſſa, contra Statū & Eccleſiam: tam, quoad homicidium Blæſis perpetratum, contra fidem publicam, & Maieſtatem Statuum (qui Iudices ſunt Sceptri & Regni)

Regni) violatam latrocinio, captiuitate, & omnis generis terroribus diriſſimis: quàm hoſtili impetu hodierno; quo ad oppreſſionem ipſam Religionis eſt prolapſus, mactando Sacerdotes, profanando ſacramenta, repudiando cenſuras, & fauendo Hæreticis. Quibus de cauſſis totum ſe priuatum reddidit, & ſubiectum vtrique iuri, tam ciuili, quàm Canonico: ciuili quidem legi Iuliæ, &c. Canonico verò, Lugdunenſi Concilio ſub Innocentio IV. habito, contra parricidas Papæ Honorii, cap. *Felicis recordationis*, in 6. & Pii V. in 36. *Bulla eius, contra eos, qui offendunt perſonā Cardinalium:* & Concilio Lateranenſi contra Hæreticos, & fautores Hæreticorum. Qui Canones omnes declarant homines eiuſmodi diffiſſos ab Eccleſia & excommunicatos; ac proinde puros putos priuatos, expoſitos obuio cuique, è Mundo tollendos eſſe. Præterea de facto ipſo cōdemnatus erat tum Canonicè ab excommunicatione perſonali Sixti V. tum ciuiliter, à defectione iuſta publica populorum. Vnde ſanè actio Clementis neutiquam illicita eſt facta, quippe perpetrata contra hoſtem publicum, condemnatum iuridicè, in quem omnis obligatio reuerentiæ atq; debiti ſublata fuit. Et certè miracula, quæ viſa ſunt, & facti circumſtantiæ, videlicet loci, temporis, perſonarum, modi, geſtus, & aliæ, ſententia item per os Papæ Sixti V. pronun-

Mors Henrici III. diuina potius, quàm humana.

ciata, qui preces pro eo fundi, vtut antè eum amauerat, prohibuit: ſatis luculenter demonſtrârunt, non tantùm ictum illum ex eo ipſo loco deſcendiſſe, ex quo deſcenderat Apoſtatæ Iuliani ictus, nempe è cœlo; ſed etiam imputare illum velle homini (vt Turonii nuper factum, & Pariſiis hodie fieri ſolet, dum Sacerdotes, Monachi, Doctores, & Prædicatores, inſcii rei, occiduntur, dilaniantur, quaternis equis dilacerantur) præter iniuſtitiam, & immanitatem erga innocentes, & ſacrilegium contra Vnctos Dei, à quibus tamen dominatum ipſi obtinuerũt, ſtupiditatem & inſaniam eſſe hominum, mentis & iudicii expertium; quos affectus perinde abripiunt, atque Canis lapidem mordet, quum proiicientem mordere nequit.

Quò magis ridiculi ſunt illi, qui poſt tot deſignata ſcelera, & ſententias latas in eum, de quo loquuntur, audent condemnare ictũ, quem antea ipſi conſuluerãt; & quidem tanto affectu, tunc, quando nec ſcelera, puta vltimò commemorata, nec ſententiæ exſiſtebant. Quo quidem aliud nihil lucrantur, quàm vt ſe ipſi condemnent, adeoquè implicent, vt ne quidem honorem & exiſtimationem eorum, quibus inuidiam conflare conantur, offendere poſſint.

Caſtel-

Caſtellus non habuit in animo occidere Regem.

CAP. III.

SED & hoc probè conſtat, Caſtellum non in animo habuiſſe offendere aut interficere Regem. Et quantumvis iſte Regem ſe dicat, Regis typum gerat, & ex Regum Galliæ ſanguine pronatum iactitet, vtque Rex à ſuis agnoſci & honorari velit; reuerâ tamen talis ampliùs non eſt, quum non fidei, non virtutum, non meritorum denique Galliæ Regum ſit hæres. Et quandoquidem ob id, hoc eſt, ob impietatem & hæreſin ſuam ab Eccleſia & Statibus iuſtiſſimè excluſus eſt, talis ille omnino eſſe nequit, niſi de facto: de iure verò nequaquam. Quod ipſum tyrannis vocari ſolet; & tyrãnis quidem in capite primo, quum Chriſtianiſſimus eſſe nequeat is, qui nõ Chriſtianus eſt; nec primogenitus Eccleſiæ is, qui in Eccleſia non eſt; nec nobile membrum myſtici corporis is, qui inde, vt putidum & aridum membrum, amputatus eſt; nec Catholicus is, qui Hæreticus; nec dignus agnoſci à Catholicis, is, qui Hæreticorum columna, fulcrum & ſtabilimentum eſt; nec idoneus, cui vt Regi miniſtretur, is, qui leproſior eſt, quàm vtiquam fuit Ozias, quique ob 2.Par.26.

idipſum fuit depoſitus, quum deterior lepra nō ſit ſpirituali, & cumprimis leprâ hæreſeos; & hæreſeos quidem duplicis in eo, qui fœdè relapſus eſt: quum item Rex per Dei gratiam non ſit, qui is per Dei furorem eſt: nec ſacer is, qui ſacerrimus; nec Vnctus Dei, qui à Deo longiſſimè remotus. Dei habet nihil, quum Deum habere patrem nequeat ille, vt docet S. Cyprianus, qui Eccleſiam matrem non habet; nec Vicarius aut ſeruus regni Ieſu Chriſti (quales, iuxta expreſſum Dei verbum, ſunt omnes Reges Chriſtiani, ſiquidem Ieſus Chriſtus ſolus Dominus dominorum eſt, hoc eſt, Rex ſolus propriè, quod qui negat inter hæreticos à S. Iuda recenſetur) qui iuramentum nec Chriſto ipſi, nec Parlamento eius, quod ſupremum in his terris ſtabiliuit, nempe Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ præſtat; id quod Hæreticus præſtare nequit; ac proinde nec Rex Galliæ is, quem prima illa, principalis, & maximè eſſentialis capacitas, ſine qua Rex ille eſſe nequit, prorſus deficit.

Henricus Bourbonius Rex appellari nequit ob conuerſionem prætenſam.

CAP. III.

NEC

NEC verò expedit dicere, Iſtum iam conuerſum eſſe: quandoquidem beſtia ex dentibus & vnguibus cognoſcitur: lupus etiam, agni pelle ſe tegens, haudquaquam mutatâ naturâ, fuco illo, alium in finem, non vtitur, quàm in ouile vt irrumpat, ad rabiem illic ſuam exercendā liberiùs contra agnos Dei, hoc eſt, ad ſubuertendam Religionem, & cōfirmandam ibi hæreſin. Quod ſtudioſiùs exſequitur Iſte hoc tempore, quàm vnquam; quippe promiſſum & conuentum efficere volens, tum Angliæ Reginæ, tum ceteris Hæreticis omnibus, in Regno, & extra Regnū. quæ quidem promiſſa & conuenta ſolus ipſe egregiè efficere poteſt; vt experientia per nouas eius actiones locupletiſſimè reſtatur.

I. Etenim primò Fœderum pacta cum Hæreticis ſarta tectaque ſeruat: quibus vt hactenus nondum renunciauit; ita neque dum renunciare cogitat.

II. Secundò, Ipſi Hæretici in Anglia, Germania, Geneuæ, & alibi, actiones eius cōprobant; qui de conuerſione eius prætēſâ, ne verbulo quidem conqueruntur: Illi, inquam; qui aliàs continere ſe non poterant, quin ſub primam eius conuerſionem, Anno 1572. ingētes in eam libros ſcriptitarent, leuitatem eius deteſtarētur, & mille iniuriis ac conuitiis eum dilacerarent, adeò vt ſpurium etiam, & à Prædicante genitum, proclamitarent.

III. Tertiò, contemnit Catholicos, & pro-

mouet Hæreticos; illos repudiat atque reiicit, hos verò muneribus honorat ampliſſimis & auguſtiſſimis in toto Regno, & alibi, tum bello, tum pace. Teſtis huius rei luculentiſſimus eſt prætenſus Dux de Bouillon, Hugonotus; quem Galliæ Mareſchallum creauit, qui, præter formam, & ſine iuramento ordinario à Parlamento Pariſienſi eſt receptus. Accedit noua Theologia, & impietas pluſquã hæretica; qua Regii ipſi pronunciare non dubitant, *Sufficere ei, qui Chriſtianus velit eſſe, credere articulos Diuinitatis, & Incarnationis filii Dei: cætera acceſſoria duntaxat eſſe*, &c. Quod præſentiſſimum eſt medium recipiẽdi tot, quotquot exſtant, Wicklefiſtas, Huſſitas, Lutheranos, Anabaptiſtas, & Hæreticos omnes, exceptis tantùm Arianis, & Manichæis; quanquam ad hos etiam alia generalior Maxima aditum illis patefacit, videlicet quando cum Turcis ſentiunt ac loquuntur, *Deum ſolum agnoſcendum: nec de tribus Perſonis verba facienda eſſe:* Vel, *Quemlibet fore ſaluũ in Religione ſuâ, quam amplectitur.* quam Opinionem in Parlamento quidam ſequuntur, imitati peruulgatiorem Mahumetanorum opinionem.

Impietas horrenda.

IV. Quartò, Conſilium ſuum è puris putis Hæreticis ſtabilit, veluti Boullionæo, Pleſſeo-Mornæo & Sanſyo Caluiniſtis, Schònbergio verò Lutherano, & aliis.

V. Quintò, Poſt proditionem ſtatim Pariſienſem, Anni 1593. Edictum Anni 1577. exautho-

thorauit, authoritate ſuâ, per omnes Galliæ prouincias, confirmans prædicandi munus Hæreticorum.

VI. Sextò, Ianuarienſe, quod vocant, Edictum, de libertate conſcientiarum, publicauit hoc Anno 1595. quod tamen ſeminarium omnium malorum ac turbarum in Gallia eſſe conſtat, per quod hæreſis in vrbes reducta, & Hæretici æquales facti ſunt Catholicis

VII. Septimò, Edictum hoc in prouinciis Catholicorum publicare non dubitat. quod certiſſimo argumento eſt euertendæ breui totius Religionis Catholicæ, contra voluntaté Catholicorum. Interim ibi, vbi Caluiniſmus rerum potitur, veluti in Bearnenſi prouincia, eandem libertatem, Catholicè ſcilicet viuendi, haud largitur, hoc modo, matris ſuę voluntaté explens, quæ, vt alia Religio, præter Caluiniſticam, in prouinciis ſuis coleretur, teſtamento concedere noluit.

VIII. Octauò, Non veretur irritas facere Beneficiorum prouiſiones, à Papa, & legatis eius Caietano ac Placentino factas; quos *Prætenſos* appellare ſolet, ſicut videre eſt ex Parlamenti decreto Anni 1594. confirmato & renouato poſtmodum ab Edicto de reductione Ducis Guyſiaci, cap. 7. 15. 95. Quod alterū eſt plantandæ & propagandæ hæreſeos, vti Anglia teſtis eſt, medium.

IX. Nonò, Patriarcham ſtabilit, & Antipapam in Gallia, creatum Pariſiis Anno 1594. in perſona Archiepiſcopi Bituricenſis; qui de

facto beneficiis prouidet, & Papã agit in Gallia: quemadmodum fuit in Anglia in perſona Granmeri, Archiepiſcopi Cantuarienſis.

X. Decimò, Prouiſiones diſtribuit hominibus indignis & ineptis, imò etiam cõnubio iunctis & hæreticis: veluti eidẽ Boullionæo; quem Abbatem S. Remigii Rhemenſis creauit, & omnibus aliis; quorum ſumma indignitas non alii rei ſeruit, quàm ſubuertendæ penitus Religioni, & complendæ voluntati Principis ſui, quemadmodum itidem in Anglia ſolet fieri.

XI. Vndecimò, Sanctam ſedem in tantum odium, inuidiam & contemptionem adducit, vt Epiſcopi in litteris Patentibus ac teſtimonialibus, non ſcribant, vt vulgò ſcribi ſolet, *N. per gratiam Dei, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, &c.* ſed, *N. Per gratiam Dei epiſcopus, &c.* Imò nonnulli etiam ſic ſcribant, *N. Epiſcopus N. per beneficium & ordinationem Regis Henrici IV. &c. propter interdictionem Curiæ Romanæ, &c.* Veluti quidam, qui Luſſonenſem Epiſcopum ſe dixit, factitauit. Quod nihil eſt aliud, quàm firmare & ſtatuminare hæreſin Henricianorum, damnatam in Concilio Beneuentano à Papa Victore, & poſtmodum à Gregorio VII. in Synodo centum denũm Epiſcoporum.

XII. Duodecimò, Catholicos perſequitur partim publicis ſuppliciis, tam Sacerdotes, quàm Laicos, ſub ſcelerum prætextu &

colore: partim ſecretò & clam, dum veneno necat omnis generis perſonas, tum Principes, veluti Ducem de Nemours: tum Nobiles, velut Dominum Do. tum prædicatores Catholicos, tam regulares, quàm ſeculares: quorum quatuor, ſaltem hoc anno, è medio tollendos curauit, poſtquam per Parlamenti Curiam, quòd in prædicando contra Hæreticos audaciores exſtitiſſent, ſilentium aliis impoſuiſſet.

XIII. Decimo tertiò, Improbitatem omnem impunè graſſari patitur: & nominatim inceſtus Religioſorum, & omnem Simoniæ in Eccleſia ſpeciem.

XIV. Decimo quartò, Sacramentis etiam vim infert, velut Pœnitentiæ: cuius confeſſiones reuelare non horret, (vt paullò pòſt dicetur) & Matrimonio; cuius vnionem, feminæ eius reſpectu, quâ abutitur, contra expreſſum Dei verbum, diſſoluit, inſtitutâ propterea ſeparatione illius à legitimo marito ſuo: quanquam & multò antè thorum cõnubialem fœdè violauit, & corrupit.

XV. Decimo quintò, Exercitium hæreticæ ſuæ perfidiæ etiamnum hodie perſequitur; quum conſtet, Eum hoc ipſo anno 1595. in ſylua Vincenna, Paſchatis tempore, vnâ cum fidiſſimis Hugonotis ſuis, & Cœnam & feſta Caluini, deuotiones illic ſuas peragentibus, celebrâſſe.

Ex quibus omnibus facillimè iudicari poteſt, qualis tandẽ hæc Conuerſio ſit: aut quo-

mòdo Iſte Catholicus ſit factus: cuius quidem totius rei vniuerſa Gallia, quæ hæc videt omnia, nouit omnia, & tamen patitur, teſtis locupletiſſima eſſe poteſt.

Neque in præiudicium Excommunicationis.

CAP. V.

ACCEDIT, quòd Excommunicatio tam de iure, quâm de facto, illum perpetuò conſtrictum tenens, perpetuò effectum ſuum ſortitur, ad priuãdum ſcilicet eum regno ſuo; cui Abſolutio Sanct-Dionyſiana nihil aliud lucri attulit, quàm vt deteriorem eius faceret conditionem, ob ſacrilegium ibi commiſſum, & iniuriam illatam tam Miſſæ ſacrificio, & ſacramento Pœnitentiæ, quàm authoritati Eccleſiæ totius.

Et nihil hîc iuuat dicere, *Excommunicationem hominem non exuere fortunis, ſed conuerſatione duntaxat hominum*, vt dicit Satyrus Menippeus. Etenim iudex talis magis cum vino congruit, quum purum aut mixtum eſt, quàm vt de rebus ad religionem veram, ſiue ſophiſticam ſpectantibus, iudicare velit; quandoquidem nõ idem ſunt regnum & ſuprema poteſtas cum patrimonio, aut hæreditate; neque cum poſſeſſione priuata idem officium & miniſterium ſacrum publicum, quo ius cuique

ſuum

ſuum tribuitur, leges diuinæ & humanæ cuſtodiuntur, hæreſes exſtirpantur, Populus & Status ab oppreſſione defenduntur: vt quidẽ ex ceremoniis cultus eorum, ac iuramenti formulâ, quod præſtãt, Deo, Eccleſiæ & Populo, ſatis apparet, idque iuxta Scripturam; quæ Reges *miniſtros regni Dei appellat ad iudicandũ rectè, & cuſtodiendam legem iuſtitiæ.* De quo equidem non tanquam de ſuo proprio, ſed vt Paſtores de grege ſibi concredito, rationem aliquando reddent; quandoquidem, inquam, idem non eſt publicum tum ſpirituale, tum temporale, cum eo, quod priuatum eſt & particulare.

Præterea, & error eſt, cogitare, dignitates & dominia Regum naturalia eſſe, & aliunde, quàm ex muneris ratione, conſideranda. ſiquidem dicitur beneficium eſſe propter officium; cauſſa etenim alia non eſt, cur tributa, vectigalia & ſubſidia ipſis pẽdantur, quàm quòd honor, authoritas, obedientia, & cęteræ prærogatiuę eis deferũtur, & fidelitas iuratur, velut viciſſim ad cuſtodienda illa ſe obligant, cùm ipſi, tum populus, quò contractus ſit mutuus, & obliget ęqualiter: idcirco mirum non eſt, Eccleſiam, (quæ communis mater eſt, cui Reges de diuino ſubditi ſunt iure, & quę *amouere debet ſcandala è via populi*, quando abſolutâ vtitur authoritate pro facto ſpirituali) ſubſidiariũ in morẽ, cauſſam ſuſcipere etiã Populi

Eccleſiæ in reges qualis authoritas, & in quo ſundata.

Eſa. 61.
Eſa. 57.

& ſtatus, ad excludendum ab acceſſoria re illum, qui capax haud eſt principalis, quippe qua indignum ſe reddidit ipſe, imò cui è diametro aduerſatur: qualis ante omnes eſt hæreticus. Quod idem in muneribus eccleſiaſticis fieri ſolet: & fieret certè etiam contra Papam ipſum, ſi caſus incideret, vt habent Decreta.

Diſt. 40. c. Si Papa. Vnde quoque maxima illa nata eſt; aliunde equidem, quàm in Varrone & Feſto, inque cuniculo & cellula Polypragmonis; quem diuitem laboratorem, aut improbum potiùs diuitem, vbi Menippeus cuſus eſt, indigitant.

Accedit, quòd priuare hominum communione (quod lepidus ille Grammaticus, qui ſyllabis bellum intulit, annos circa quinquaginta, per excommunicationem factum annuit) eſt neceſſariò priuare poteſtate regiâ: quum hæc qualitas ſit relatiua, non abſoluta, conſiſtens eſſentialiter in conuerſatione & habitudine cum hominibus, vt videlicet imperet alius, alius obtemperet: honoretur alius, alius miniſtret. Qua demũ ratione ſacroſanctę ſunt Maieſtates, ob thronum videlicet perſonæ publicæ, non priuatæ, quem occupant: quũ prorſus ἄλογον ſit, illum, qui priuatus eſt gratia, eiuſdem gratiæ inſtrumentum eſſe: & hũc, qui maledictus eſt à Deo, non ab hominibus, adminiſtrare iuſtitiam, ſicut in Scriptura dicitur.

1. Pet. 2. Adde, quòd hæc ipſa Scriptura, quæ *Reges iubet honorari*, & excommunicatum honorari prohibet, id ſic explicat, quòd excommunicatum

eſſe,

eſſe,& creari aut recipi Regem, ſint planè ἀσύστατα. hoc eſt,res vnâ conſtare haud valentes.

Nota. In quem finem Reges excommunicẽtur.

Neq; inſuper hoc ſupremum cenſurarum eccleſiaſticarum remedium eſt erga Principes & Reges, qui contra Eccleſiã conſpirant, muneris ſui obliti,tam quoad pœnam eorum particularẽ,vtut iure illa eis debeatur,quã quoad gregis Dei periculum, vt is in tuto collocetur, nec à lupis iſtiuſmodi deuoretur:neq; accidat, quod Saluianus quondã dixit, *Vt honor vnius hominis ruina ſit totius Mundi.* Quemadmodum ſanè hoc propriũ munus ſummi paſtoris eſt, vi authoritatis ſuæ, & expreſſæ poteſtatis, ei in terris à Deo traditæ, *paſcere oues ſuas, & agnos ſuos*, excludere verò lupos,&ab ouili propulſare:imò impetum in eos facere. Hoc ſiquidem mirũ videri neutiquam debet, & minus mirũ, quàm ſi furioſis vita adimatur: ſicut adimitur (quamquã nõ pręuaricatis)ex authoritate publicâ,ne aliis noceãt. qui quidẽ caſus ſpecialis efficit,vt,quod alioqui pugnat cum natura,& mandato Dei *Ne occidas* naturæ & mandato Dei conforme reddatur:partim quòd furioſus talis ampliùs homo nõ eſt: partim quòd mors eius eſt neceſſaria,vt conſeruetur vita aliis.

l.4.de Prou.

Poteſtas Papæ ſuper temporalia vt intelligenda.

Innuunt hoc ipſum Theologi, quum aſſerunt, Papam poteſtatem habere ſuper temporalia,ſi non directè, ſaltem indirectè, hoc eſt, in caſu,vt præiudicet ſpiritualibus,& confuſio euitetur: quum non habeat,quod curet,quàm quomodo ſummi Principes,& inter alios Gal-

li...

liæ reges, temporalium ipſorum ratione, hoc eſt, dominii particularis, & rerum merè ciuilium, non exſuſcitent dominum quempiam ſuperiorem, (vt dictum eſt capite *Per venerabilem:*) Papam etiam non magis, quàm alium: atque ita alios iudices & leges, quàm ordinarias Regni, vbi imperant haud agnoſcant: per quas quidem condemnationi obnoxii ſunt, perinde vt alii: & ſic quidem in Galliâ fieri notum eſt, adeò vt aliò prouocare haud liceat. Sic quum crimen quis commiſerit læſæ Maieſtatis diuinæ, quale crimen hæreſis eſt, in perſona Principis, modò qui fuerit legitimus (imò & vſurpator violentus & iniuſtus:) tunc, ſi capacitatem perſonarum ſpectes, in ſpiritualibus quidem, non ſpecialibus, ſed generalibus authoritas in eo ineſt, cui adminiſtratio incumbit ſpiritualiũ, vt temporalia ibi moderetur, prohibeatque damnum inferri ei, quod eſt præcipuum, ſalus nimirum animarum. Quod intelligatur non de hoc tantùm facto, ſed de impetu etiam hoſtili, & læſâ Maieſtate humanâ: non ſine tamen quadam differentiâ. Etenim, vt, iuxta primam inſtantiam, recognitio pertinet ad Status, vel Pares, qui Status referunt: ita, hoc non conſtante medio, ſiue quòd Congregatio eorum impediatur, aut celebrari nequeat, aut vis ei inferatur, vt accidit Blæſis, Anno 1588. ſiue ꝙ corrupti ſint Pares, vt ſceleri faueant, tunc ad eum adcurrere licet populo; qui, pater generalis quum ſit, ius

Recurſus ad Papam contra impetum hoſtilem qualis.

ſus habet, deficientibus omnibus aliis, (imò ad id etiam tenetur) tum procurandi omni ratione authoritatem ſuam, tum implorandi auxilia cæterorum Principum, quò ius inſontibus, & iniuriâ affectis præſtetur.

Sed & quum vtrique poteſtati, cùm ſpirituali, tum temporali, manus auxiliares mutuas præſtare commune ſit, quò vtriuſq; defectus ſuppleantur & reſarciantur, ſicut ſanè certis caſibus fieri ſolet, vt authoritas temporalis reformet ſpiritualem: hoc minùs igitur in dubium reuocari debet poteſtas ſpiritualis ſuper temporalem, quum mutui huius debiti reſpectu inæqualitas non poſſit nō ibi magna eſſe: planè vt in officii mutui relatione patris erga filium, & filii erga patrem, inæqualitas perpetuò manet, quæ eſt, vt pater in filium authoritatem obtineat paternā: filium autē erga patrem comitetur obedientia, & opitulatio filialis. Quod omnes, quotquot fuerunt, Imperatores ritè agnouerunt, dum dignè ſe Eccleſiæ & Eccleſiaſticis reformandis interpoſuerunt: perinde atque filius patrem ex phreneſi laborantem tractat; quem vtcunque vi tenet: id tamen quodam ſemper reſpectu, ad quem à natura obligatus eſt, factitare ſolet.

Cenſura temeraria Parlamenti in Sorbonam; quoad hunc Articulum.

CAP. VI.

HOc ſi probè conſideràſſet, aut conſiderare potuiſſet Parlamentum; quod hoc anno 1592. Baccalaurei Theologiæ cuiuſdam theſis, *Papam ſpiritualem & temporalem in omnes Reges poteſtatem exercere*, tantopere irritauit, vt quadrimeſtre eum captiuum cum Præſide tenerent, cum ſcandalo deinde Collegium Sorboniſtarum ingreſſi, theſin publicè, vt antea bullas Papæ Turonii, dilacerarent, alta voce proclamantes, theſeos authorem, *temerariè & malitioſè illam propoſuiſſe, veniamq́ proinde à Rege petere debere*, &c. Sanè eis tam longis orationibus, tam prolixâ rhetoricatione, & tantâ loquentiæ demõſtratione in dicto Collegio, opus non fuiſſet, ſiquidem Negatiuam, quæ tamen ipſis, ſi ſano ſenſu accipiatur, nec negata, nec impugnata fuerat, nec etiam cum ſenſu eius, qui theſin proponebat, pugnauerat, probare vellent: multò minus opus fuiſſet iſtâ tam feruidâ & acerbâ inuectiuâ in Papã: ſiquidem præſumendum eſt, ſenſum Propoſitionis nó poſſe eſſe alium, quàm vt eſt communis Scholæ ſenſus iuxta diſtinctionem ſuperiorem, ſanus nempe & verus: cum quo quod pugnat, hæreſis eſt, atque dicitur. Hoc, inquam, ſufficere eis debebat: perinde vt ad declaranda & interpretanda Decreta ſua ipſi volunt, quando peccata ſunt palpabilia. Et ſi maximè hoc non ſuffeciſſet, conſultiuſq; fuiſſet, theſin ſuppreſſiſſe: tum alia obuia erant media

media rem tranſigendi placidè, & ſine ſtrepitu ſineq; carcere; & tam euidenti declaratione tyrannidis & furiæ politicæ. Multo minùs opus fuiſſet, tanto apparatu frequentem adeò Scholam ingredi ad cenſurandum temerariè id, quod non intelligunt; aut malitiosè, quod diſſimulant. Vnde occaſionem arripiunt inſultandi & illudēdi Scholæ, quam, à tam longo temporis ſpatio, meritò reformidant, quæque Spinæ inſtar in pede hactenus eos pupugit: quo pacto *Babylonem in mediam Hieroſolymam* introducere, hoc eſt, confuſionem in diſtinctionis ſede collocare non dubitāt: quod eſt Idumæos in Sione, puta homines ſanguinarios & terræ filios, in Contemplationum loco, & animantia immunda, quæ ſciſſam vngulam non habent, puta eos, qui nec poſſunt, nec volunt diſtinguere, in loco ſancto collocare: vt qui non conſiderant, parietes ipſos eius loci, (qui aures omni tempore habent, & Latinum intelligunt Sermonem, vtut tūc muti, Citharæ Dauidis inſtar inter Babylonios, fuerint; cum Pulpito formidabili, quod toti Mundo terrorem incutit;) infirmitatem debilium argumentorum, ſcopum neutiquam attingentium, adeoque maſſam inutilem totam ipſorum obſeruâſſe: quam diſceptationē eorum vel *vnicum diſtinguo* amputaret, velut nouacula Phocionis diſputationes Demoſthenis quondam amputauit. qui non niſi vnum, quod dicant, habent, nempe mortem non op- *Pſal. 136.*

petitam potiùs eſſe; quàm vt nihil demordeatur, ſub iſtoque timore titubetur.

Forma theſeos reprehendi nequit: Neque excuſatio inferri poteſt, quaſi ſenſus theſeos quidem bonus & ſanus ſit: non verò item termini: aut quaſi ſimpliciter theſis ſit propoſita; quandoquidem ſemper tutiùs eſt, in materia propoſitionum mediarum, quarum duo extrema vitioſa ſunt, ad concipiendas & exprimendas eas generatim, vti terminis eiuſmodi; qui ad extremum minus vicioſum adpropinquant: longiùs autem abeunt à deteriori: non aliter; quàm vt virtutes morales propiùs accedunt ad vnum; quàm ad alternm extremum, & ad exceſſum quidem propiùs, quàm ad ἐνέργειαν, ſeu vim effectricem: veluti liberalitas propiùs accedit ad prodigalitatem; quàm ad auaritiam. Quo fit; vt è duobus erroribus alter ſit, aſſerere, *Eccleſiam habere omnem poteſtatem, tam directam; quàm indirectam, ſuper temporalia*, & alter: *Eam neutram habere*, &c. In quorum medio propoſitio vera eſt: & quum poſterior deterior ſit, affirmatiua erat magis propria ad declarandam hanc veritatem mediam, & concipiendam propoſitionem, quàm ſit negatiua: quum affirmatiua illa non magis reprehendi poſſit, quàm illa S. Matthæi, & S. Marci, *Latrones qui crucifixi erant cum Ieſu Chriſto, probris affecerunt eum*. Vbi generalis eſt locutio: quum tamen id non niſi

Matth. 27. Marc. 15.

de vno

de vno verum fuerit, ſicut S.Lucas declarat. *Luc.23.*

Accedit conditio temporis, quo hic error poſterior graſſatus per Galliam, quæ Politicorum eſt hæreſis, negatiuam amplexantium, victoriam illi largiebatur, aut ſaltem indicabat, granum quodpiam linguæ ſubeſſe. Et S.Baſilii regula nota eſt, Quando de Hæreticis agitur, eis ne vnicum iota concedendum, aut vel minimum punctum, quod in litteram influere poſſit, permittendum eſſe. Antiqua etiam regula in Eccleſia vſitata eſt, Abſtinendum eſſe à verbis, & lingua Hæreticorũ, quantumvis veris, quum venenum illic latitet. Hinc ab acini etiam nucleo abſtinebant Nazaræi. Et Moſes præcepit, vt à ſchiſmaticis abſtineamus, adeò vt etiam nihil, quod ad eos pertineat, tangamus. quod idem lex Dei docet, quum vel extremo digito corpus mortuum tangere prohibet, ne homo inquinatus & immundus reddatur. *ad Valent. Im* *Num.16. &*

Neque hoc aduerſatur capiti *Per venerabilem*, &c. quod tantopere iſti exaggerant. Nam, etiamſi ibi dictum ſit, *Galliæ Regem ſuperiorem in temporalibus nullum agnoſcere:* tamen paulò pòſt additur, *Eſſe certos caſus: in quibus Papa in temporalibus iudicet.* Vnde quum caſus dignior non ſit, nec magis neceſſarius, quàm, ſi imperet Hæreticus, aut conetur imperare regno Catholico, vt hic talis excludatur ac deturbetur,

defendere authoritatem Papę, iſto ſenſu tantum profectò abeſt, vt contrarietas inſit Decreto, vt potiùs, qui illud allegant hoc caſu, id penitus ſubuertant.

1.Reg.15. 2.Par.6. 4.Reg.11. Accedunt his omnibus exempla de authoritate Paparum, velut ſacerdotum veteris legis, vt Samuelis, qui Saulem; Azariæ, qui Oziam; & Ioiadæ, qui Athaliam, Principes depoſuerunt. Poſteris temporibus, inter Chriſtianos, Leo Iconomachus priuatus fuit poſſeſſione, quam obtinebat in Italia, à Gregorio II. Græci priuati fuerunt Imperio Orientali, quod translatum fuit ad Gallos & Germanos, à Leone III. Henricus IV. depoſitus fuit à Paſchali II. Otho IV. ab Innocentio III. Fridericus II. ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunenſi: Ludouicus Bauarus, qui ſe Ludouicũ IV. nominabat, à Iohanne XXII. quam ſententiam exſecuti ſunt Clemens VI. & alii. Quæ omnia iuxta excommunicationem ſunt facta, & minora ob crimina, quàm ſint hodierna; per quam quũ ab Eccleſia amputati fuerint, fuerunt & à Statu amputati. Idem accidit in Gallia, & alibi, vt docet exemplum Childerici vltimi, ex Clodouæorũ ſtirpe, quem Zacharias depoſuit: & Ludoici Otioſi, & aliorum.

Idem Bourbonius non poteſt ſe defendere aduerſus excommunicationem, exemplo Regum Galliæ.

CAP. VII.

QVOD ſi allegentur Galliç Reges, vti Philippus I. Philippus II. & alii, etiam extra Galliam, vti Theodoſius Imper. qui licet excommunicati, titulum tamen ſuum non amiſerunt; tum reſpondetur, Si illum nō amiſerunt; ergo neque condemnati fuerunt; & deinde peccata fuerunt imparia, tum quoad numerum, tum quoad ſubſtantiam. Comparatio quādoquidem nulla eſt inter peccatum vnum, ex infirmitate perpetratum, vt fuerunt peccata Principum commemoratorum; & inter peccata infinita omnium generum ac temporum, vt ſunt huiuſce hoderni. Quemadmodum neq; comparatio eſt inter peccatum vnum morale, in quo fides non deſinit eſſe, quæ licet mortua ſit, vt loquitur S. Iacobus, non tamen nulla eſt; & inter hæreſin, quæ fidei radicem prorſus abſcindit, adeoque fidei nihil habet: neque etiam inter membrum ſaucium & ægrum, medicinæ tamen capax, Et inter membrum ſiccum & aridum, in quo nec ſpiritus ineſt, nec vita.

Vnde per conſequens & excommunicationes differunt: quandoquidem quæ ob peccatum morale infligitur excommunicatio, hæc excommunicato eſſe ſolet medicina quędam, & vinculũ, eum in officio conſtringendi: quæ functione quidẽ ordinariâ, ſed non propterea vitâ eum priuat: quæque vigorem fidei, & omnes animę facultates in eo iterum exſuſcitat per conſcientiæ ſtimulos, & calamitatum, in quas adductus erat, conſiderationem, vt ad ſe redeat, & pœnitentiæ verę fructus edat. Quod clariſſimè apparet in ſuprà commemoratis Theodoſio Imper. & Philippis I. & II. Galliæ Regibus. Econtrariò, excommunicatio, quæ ob hæreſin irrogatur, remedium potiùs eſt Eccleſiæ, quàm excommunicato: quò membrum non ſolùm mortuum, ſed & putridum; atque veneno infectum, vt aliis ne noceat, præcidatur. Ac proinde Regia poteſtas in primo excommunicatorum genere haud moritur (neque etiam Cenſura illos eâ priuat:) verùm moritur in vltimo, etiam ſi antea Iſte rex legitimus fuiſſet: quandoquidem illa in ſubiecto planè mortuo, in quo nec vitæ germen ineſt, ineſſe nequit: quæ vita nequit eſſe niſi per fidem, cum qua hæreſis rei nihil habet: neque etiam fides Chriſtiana poteſt eſſe, niſi in eo, qui manet in Eccleſia. Quod per Oziæ, Regis Iudæ, lepram figuratum quondam fuit: qui quum rex eſſet legitimus, totus ea dignitate fuit priuatus; & tan-

Excommunicatio ob hæreſin tollit omne ius regium.

& tanto quidem rigore iudicii diuini: vt pro reuerentia, quæ ei habebatur, concedendi ipſi domum ſeparatam intra Vrbem, ne extra eam collocaretur (ſicut alii leproſi) Deus obſtruxerit os Prophetis, tantiſper dum leproſus ille ſuperuixit. Et poſt obitum duntaxat eius Eſaias iterum viſiones ſuas habere cœpit: vt fusè S. Chryſoſtomus in Homiliis ſuis ſuper Eſaiam declarat. Quod euidenti argumento eſt, iuxta S. Patrum & totius antiquitatis interpretationem, Principem hæreticum non ſolùm iure regiæ poteſtatis excidere: Sed ad aliorum etiam pedes neceſſariò proiectandũ, vtq; hæreticum caſtigandum, eſſe: proindeq; inter eos, qui patrocinium illius ſuſcipiunt, Prophetas veros haud eſſe.

2. Par. 26.

Eſa. 6.
Hom. 4. & 5. in Eſa.

Præterea differunt excommunicatio regiâ poteſtate poſterior, quales fuerunt Regum ſupra dictorum, & anterior ſiue præcedens, qualis eſt hæc hodierna. Nam etiamſi poſterior titulo iam acquiſito, & ſine controuerſia ac ipſo actu geſto, haud priuat; verùm actionẽ ad tempus duntaxat ſuſpendit, tantiſper dum Eccleſiæ obedientia præſtetur, velut accidit ſub Philippo Auguſto, cuius excommunicatione durante dici ſolebat, *Regnante Chriſto, & non, Philippo:* eadem tamen cum anteriore, & quæ Regiam poteſtatẽ præcedit, ratio nõ eſt, & nominatim, quando clauſula priuationis & excluſionis in cenſura comprehenſa eſt; quoniam illa impedit, quò minus titulus ac-

cedat, transferens illum ad excommunicatũ, quum primùm exciderit ſucceſſio, ad quærendum ſubiectum aliud idoneum, in quo reſideat, manente altero priuato, non ſolùm *quoad actum*, ſed etiam *quoad habitum*, quum perinde ſe habeat, vt matrimonii impedimentũ, per cognationẽ *ex fornicatione*, aut aliter. quod impedimentum etſi *contractum non* dirimit (ſiquidem tunc non niſi cohabitationem impedit) ſaltem *impedit contrahendum*, vitandi inceſtûs & coniunctionis illicitæ ergò. Et vltra ſi procedatur, efficit illa matrimonium irritũ, aut nullum.

Atqui certum eſt, in illo, de quo quæritur, excommunicationem præcedere tempus poteſtatis regiæ, cum clauſula expreſſa excluſionis & priuationis omnis iuris Principatus ac Regni, nominatim verò Galliarum, quę talem Iſtum agnoſci ſub excommunicationis pœna prohibet, nec-non cum temporis præſcriptione, ter quatérve repetitâ, quandoquidem annus integer ſufficit præſcriptioni iuris, etiam in illis, qui Reges iam ſunt. Teſtis eſt Henricus de Albert, Nauarrorum rex, pater Iohannis de Albert, auus huius, ex matris latere, qui regno fuit priuatus, ideò, quod intra anni ſpatium obedientiam non præſtiterat. E contrario Henricus IV. Imp. annos ante quingentos & ampliùs, vt excommunicationis ſuæ annũ anteuerteret, aſperrimâ hyeme, & extremo vitæ diſcrimine, imâ cum humilitate, ad Papã Gre-

c. Rurſus & c. Quicunq. 11. q. 1.

Gregorium VII. eſt profectus, vt abſolutionē ab eo peteret. Vbi Cenſura anteuertit ternis, imò quaternis annis, tempus ſucceſſionis prętenſæ: excommunicatio quandoquidem indicta fuit Anno 1585. ad 9. diem Septembr. & mors Henrici III. à qua ſucceſſio prætexitur, accidit Anno 1589. ad 2. diem Auguſt. Quod efficit, vt priuilegiorum pretenſorum vanitas, in gratiam Regum & Regni Galliæ, locū hîc non habeat: ille ſiquidē Galliæ rex tunc non fuit. *Præſcriptio temporis, coniuncta cum excommunicatione.*

Denique particularitas ſpecialis, inſerta Cenſuræ *excluſionis*, *priuationis*, *& inhabilitationis, tam pro ipſo, quàm pro hæredibus eius, in perpetuum ac ſempiternum*; quæ quidèm pręter ſuperiores rationes, apud alios locum non habuit, ſatis ſuperque docet, in exemplis Galliæ Regum nihil ineſſe, quod Iſti patrocinari poſſit.

Neque etiam à Papa abſolutus, Rex poteſt eſſe.

CAP. VIII.

VERVM quod magis notatu dignum eſt, ſi maximè Iſte abſolutus eſſet, & ab eo quidem; qui ſolus abſoluere poteſt: neq; tamen adhuc Rex eſſet, aliter, quàm nunc eſt, videlicet de facto: & neutiquam de iure.

I. Nam primò, talis attributio aut reſtitutio iuris nō eſt de natura & eſſentia abſolutionis; & per conſequēs, non neceſſariò inde pendet: quum non eadem ſit ratio reſtituendi in abſoluendo, quę eſt deſtituendi in condemnando: quemadmodum non eadem facilitas eſt reædificandi, quæ eſt deſtruendi; nec recuperandi, quæ amittendi. Præterea res non caret exemplo, reconciliatos non ad munera ſua remiſſos eſſe: vti nec etiam vice verſâ.

II. Secundò, quū quæritur de dignitate aliqua temporali, hoc non ſimpliciter à clauium virtute pendet: quemadmodum nec vereri oportet, Agentes illius hoc requirere, vel etiam acceptare, ſi maximè eis offeratur, nę Maximæ politicæ vis inferatur, quæ vllo aliquo ſenſu Papam hîc non agnoſcendum eſſe docet: neque Eccleſiæ & Canonibus Conciliorum, qui omni principatus & regni iure hæreticos priuant, quicquā deferre videantur.

III. Accedit tertiò, ꝙ quum Iſte condemnatus ſit, non ſolùm ab Eccleſia, ſed etiam à Statibus, ſi maximè Papa condemnationem eccleſiaſticam tollere poſſit, non tamen poteſt ciuilē: quemadmodū etiam nō conſtat, Abſolutionē Eccleſiæ eximere Criminalē à pœna, cui illum lex & magiſtratus ciuilis addicunt.

IV. Etiam, quando id, quoad conſcientiā, pugnaret cum effectu abſolutionis. quod eſſe nequit, niſi vt partibus offenſis ſatisfiat. Hoc quum nequeat aliter eſſe, quàm vt de Statu

detur-

deturbetur is, qui omnis genera crimina læſæ Maieſtatis perpetrauit, fructus iſtiuſmodi abſolutionis cum dignitate regiâ foret prorſus ἀσύστατος, & incongruens.

V. Quintò, quum, vt luce meridianâ clarius eſt, Iſte impœnitens, hæreticus & adulter eſſe pergat: ego quidem non video, cur vel abſolui, vel ſaltem verba de abſolutione eius fieri debeant: niſi ad caſum deuenire velimus, quem Doctores nõ omiſerunt, & cuius exempla exſtant, impœnitentẽ nempe abſolutum fuiſſe, & illum, cuius hypocriſis nota eſt: quãdo ſcilicet id rei ſeruit publicæ, & vt maius malum euitetur: quemadmodum hic quidem allegant, verendum eſſe, ne ſchiſma exoriatur, & diſtractio Regni à ſancta ſede; quod vel vnum hic cum ſpecie apparentiori obiicere poſſint. At nihil eſt aliud, quàm *redimere velle vexationem*, vt loquuntur Theologi, & non in ipſo ſolidi quiddã operari, niſi vt iudicio Dei relinquatur, diſciplinâ priuetur, & ſanguis ſuper caput eius mittatur: cuius experientia in Ario, & Georgio, Bohemorum Rege, manifeſta eſt: cuius vtriuſq; abſolutio, eundem in modum conceſſa, aliud nihil attulit, quàm mortem terribilem & horrendam, quæ frui bono illo ipſis non permiſit, quo erant indigni, & quod cũ ſimulatione & inſolentiâ flagitabant. Imò argumento hoc foret oppreſſionis Eccleſiæ euidentiſſimæ: quam ſi vi abripere Iſte velit, non plus iuris aut præiudicii

Sum. Ang. abſol.3.nu.7. Sylu. abſ.3. nu.10.

Digitized by Google

pro regia poteſtate obtinere queat, quàm obtinuit Eſauo ſepties repetita adoratio fratris Iacobi: aut quàm obtineret prædoni, abſolutio vi exorta, ad efficiendum eum iuſtum poſſeſſorem eius, quod eripuiſſet alteri.

VI. Adhuc maioris momẽti eſt illud quod quum nõ poſſit eſſe rex iure, niſi aut per comprobationem & corroborationem iuris eius prætenſi, quod eſt de ſucceſſione, aut per acquiſitionem iuris noui, ob amiſſionem & annullationem primi: tunc neutrum abſolutionis vi, eſſe poteſt. Iuxta primum, obſtant leges omnes, cùm Canonicæ, tum ciuiles, quæ hæreticos, multò magis relapſos, ab omni principatus iure excludunt. Et nominatim exſtant in eum iudicia lata cùm ab Eccleſia, tum a Statibus, vt quidem hęc expreſſiſſima verba teſtãtur, *Condemnatum eſſe, vt hoſtem iuratum Eccleſiæ, Regis & Status, vt reum criminis læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ in primo capite, & declaratum inhabilem ad ſuccedendum regno Galliæ, priuatum tum ipſum, tum heredes eius, omni ſucceſſionis iure.* quod tantundem valet, ac Priuatum eſſe non *actu* ſolùm, vt alios Reges, ſed etiam *habitu*: adeò vt ſubterfugere ipſe nullo modo queat: quibus Eccleſia addit verba *In perpetuum*: vt quæ iudicauerit, nunquam tutò ei fidendum fore, ita factitans, quod potuit factitare, iuxta regulam ſuperiorem. Quæ verba omnia quum tantundem valeant, quãtum iuxta Maximam communem ſonant: idcirco

circo neceſſarium eſt, hũc ea effectum produ-
cere. Breuiter, omnia iſta verba prorſus ſub-
tueremus, ſi in præiudiciorum iſtorum omni-
um comprobare vellemus, Regem fuiſſe iure.
Quòd ſi dicamus, ſine offenſione legũ, quę
effectum ſuum ſortitæ ſint, abſolutionē illum
in ius amiſſum reſtituiſſe: tum hîc minus ap-
parentię erit: quoniam ius amiſſum per crimē,
eſſentialiter non redit, niſi per abſolutionem
criminis. Verùm res ſunt ſeparatæ, & actiones
differētes, etiam in rebus ſpiritualibus, & pu-
rè eccleſiaſticis: vt in Simoniaco apparet: cui
abſolutio conceſſa non poteſt firmare proui-
ſionem illicitā, nec legitimum eum poſſeſſorē
efficere: ſed iure opus eſt nouo, iuxta Cano-
nici & ciuilis iuris regulam, *Illud, quod initiò
non ſubſiſtit in iure, neque poſſe redire tempore.*
Quod ſi eò progrediamur, vt omnem hu- *De reg. iuris in*
manam legem tranſiliamus: tum ipſa lex na- *6. reg. 18. ff. de*
turalis reſtiterit, per quam & iuxta quā, quum *reg. iur l. 29.*
ius illi ademptum ſit, locum hîc habebit Ma-
xima phyſica, *A priuatione ad habitum non fit
regreſſus.* quum eadem proportio ſit ad ius il-
lud ſemel amiſſum, quæ eſt amiſſi ſemel viſus,
aut membri amputati vel mortui, quod redire
nequit, niſi gratiâ merè ſupernaturali: & in na-
turâ haud fundatâ. Argumentum quandò-
quidem pro naturâ hîc fallere nequit, ſi fun-
damentum iuris amiſſum ſit, tum neceſſariò
etiam ius ipſum perire. Atqui fundamentum
iuris de Regiâ poteſtate in eo periiſſe, id qui-

dem probatione indiget. Etenim quum fundamentum iſtud non aliud ſit, quàm eſt cuiuſlibet dominii generatim; videlicet non niſi contractus mutuus & obligatio reciproca, inter dominum & vaſallum; in quo ius ſucceſſionis ſubſiſtit, quodque ipſum regit & moderatur: ideò populi, iuxta terminos, & cum præſuppoſitione illius in recognitionem conſenſerunt eorum; qui ex linea vel trunco Regum ipſorum deſcenderunt. Prætereà, aliunde conſtat, ſi alterutra pars contraueniat, obligationem fieri nullam, ob æqualitatem iuris illic contentam: hic autem quum adeò contra venerit, vt vehementiùs quiſpiam contrauenisse nec dici nec cogitari poſſit: (quod docent tot impetus hoſtiles & turbæ, quas concitauit, non contra Reges tantùm, ſed etiam contra Statum: tot item crudelitates; quas exercuit in omnis generis homines, & cunctas leges, cùm ciuiles, tum bellicas; adeò vt perfidiæ & nequitiæ ſpecies nulla ſit, qua eum nõ tinctum aut coinquinatum videas:) idcircò neceſſariò ſequitur, obligatione hoc modo ampliùs non exiſtente, neque fundamentum ampliùs eſſe, & per conſequens ius ſimiliter periiſſe.

Fundamentum iuris regij quale.

Taceo, quòd omnis violentus poſſeſſor, qui vi & præter leges iuſtitiæ ſeipſum ſtabilit, etiã in eo, quod proprium eſt ipſius, lege poſſeſſione ſuâ priuatur. Quo fit, vt tanto minùs vſurpatoris huiuſce violentia poſterior, qua inua-

dit

dit quod ſuum non eſt, ad adquirendum ius quodpiam, comprobari poſſit; quum ſit noua iniuria, & capacitas cum præcedentibus. Hinc conſequitur, iuxta regulam ſuperiorem, vt ius, ſi vllum vnquam habuit, quando ſemel ademptũ eſt, ad illum redire omnino nequeat.

Nec iuuat dicere, *Ablatâ cauſſâ*, quæ eſt cōdemnatio, *ceſſare etiã debere effectũ*. Nam etiam ſi Maxima vera eſt de effectu, qui eſt in actione continuâ, vt quum ædificamus, pingimus, ſcribimus (In hoc etenim caſu ablatâ cauſsâ neceſſario ceſſat effectus,) id tamē de effectu dici nequit, qui eſt opus ſemel conſummatum & perfectum: ſiue poſitiuum ſit, vt ædificium, tabella, liber, &c. ſiue priuatiuum, vt amiſſio viſus, vitæ, virginitatis; quæ, etiam ablatâ cauſâ, non ceſſant eſſe: nempe, iuxta primum genus, ædificium poſt architectum, tabella poſt pictorem, liber poſt ſcriptorem, & filius poſt patrem: &, iuxta poſterius genus, cœcitas poſt curatum malum, ob quod viſus amiſſus fuerat. Sic vita aut virginitas non redeunt, etiamſi ille punitus ſit, qui vnum aut alterum ademerat. *Cauſa ceſſante ceſſare effectum, vt intelligendum.*

Vt igitur ad rem veniamus, Quemadmodum Maxima locum haberet in materia ſuſpenſionis ſimplicis, vt in Galliæ Regibus de quibus ſuprà dictum, factitatum nouimus, Siquidem tunc cauſsâ ſublatâ, quæ eſt

excommunicatio, ceſſaret etiam effectus: ita in cauſſa iuris amiſſi, vt in ipſo hoc facto accidit, illa locum habere, vt videlicet rediret, nõ poſſet. Quandoquidē hic congruentia quædam eſt cum eo, quod diſtinguunt Theologi inter *opus mortuum, & opus mortificatum*: intelligentes per *opus mortuum* id, quod extra gratiam, veluti in hæreſis aut excommunicationis ſtatu, eſt perpetratum; & per opus mortificatum id, quod quum factum ſit in ſtatu gratiæ, per peccatum conſequens redditum eſt inutile, infructuoſum & ſine merito vllo authori. E quibus duobus veluti vltimum per pœnitentiam & gratiam ſubſequentem redit: ita primum haud redit, vt vtcunque moraliter bonum eſſe poſſit.

D.Th.3.p.q. 89.ar.5.& 6.

Quòd ſi quæratur, quid ergo abſolutio præſtet, ſi ius amiſſum non redeat? Reſpondetur, quòd vt, ſi Abſolutus impœnitens exiſtat, effectus alius non foret, quàm is, de quo ſuprà; ita, (ſi quod Deus velit) pœnitentia foret vera, certè effectus propterea non exiguus eſſet futurus: vtpote in ſpiritualibus; remittendo illum in Eccleſiæ gremium, & regni cælorum capacem reddendo: temporalium verò reſpectu, quicquid illa operari poſſet, foret ad reddendum eum compotem noui iuris, & per electionem, auferendo impedimentum in *foro fori*: quo durante, is ille eſſe non poſſet: Verùm vt nihilominus ratio ſuperioris iuris prætenſi, tanquam rei non amplius ſubſiſten-

tis,

tis, habeatur: idque tum vt exemplo ſeruiat, tum vt propugnetur iudiciorũ, & legum tam Canonicarũ, quàm fundamentalium Regni authoritas.

Atque ita quum nouo iure opus ſit, quæritur, quis nam illud ei dederit? Is quidem Papa nequit eſſe, iuxta regulam ſuperiorẽ, quum id quidem nõ ſimpliciter pendeat à clauibus. Neq; etiam Agentes iſthoc titulo niti vellent. Et neq; ſanctitas eius ſine commemorata Statuum electione poſſet. Imò nec Status poſſent eſſe: vt qui congregati haud erãt. Si dicamus, Conſenſum publicum ſupplementũ hîc præſtare, interpretatio hęc potius eſt praua libertatis publicæ (ſine qua ius nequit eſſe,) quàm capacitatis violentæ: voluntatis item Catholicorum potius, quàm potentiæ hęreticorum: & conſenſus populorum, quàm virium hoſtiũ, & miniſtrorũ tyrãnidis: ſiquidem ex lacrymis & ſuſpiriis eorum, qui ſub perſecutione manifeſta & continua ingemiſcunt, hanc ipſorum voluntatem non eſſe, facilè colligitur.

Cæterùm, quod adhuc lõgiùs progreditur, res non eſt; quæ effici queat in præiudicium eius, cui ius eſt acquiſitum, & ad quem, quum primùm incapax redditur, excluditur, & in foro proclamatur, illud irreuocabiliter eſt deuolutum: quum ratum ſit inter iuriſcõſultos, *Incapacem haberi vt mortuum, & non impedire ſequentes.* *Ius acquiſitum alteri.*

Neq; huic obſtat, quòd in abſolutione eius,

aut vtut hoc negotium Romæ tractatum ſit, Regis Galliæ quædam qualitas irrepſit, imò admiſſa, prolata, & proceſſui inſerta fuit: quādoquidē ex iuris diſpoſitione qualitates prætenſæ non præiudicant partibus. Neque poſſet hoc per omnia impedire ius, tam eorū, qui ſunt offenſi, & iuſtè proinde ſeſe opponunt, quàm eius, quicunque ius habet: neq; ſi maximè præſentes, contrà proteſtati ſint; *quum, & per legem ipſam, proteſtatione opus non ſit ad infirmandam actionem, per ſe nullam.* Saltem conſenſum ibi non dare ſufficit. quod proindè lōgè minus fieri poſſet in præiudicium tot hominum abſentium, & detentorum in captiuitate, qui animo & ſpiritu, adde & conſcientiæ vinculo, ſeſe opponunt. Si vel Dauid ipſe vt Sauli tanquam Regi ſuo ſeruiret, talemq; eum agnoſceret, etiam quum iniuſtè ab eo perſecutionem pateretur, ſolam defenſiuam propugnauit, ac tum quoque, quum in poteſtate ſua illum haberet, ei pepercit, proteſtatus manum Vncto Dei ſe inferre nolle, imò corā eo ſe proſtrauit, dominum ac regem ſuum illum, ſe verò, reſpectu illius, canem mortuum appellans: ſi, inquam, omnia hæc obſtare ei non potuerunt, quin ius regni, ad ipſum deuolutum, vel Saulis hoſtis ſui confeſſione, integrum ei permaneret: quanto valentiori argumento ſilentium in hac actione, de qua agitur, etiam abſētium, præiudicare nequit illis, aut ſeruire prætendenti?

l. cuius ff. de pignorat. act.

1. Reg. 18.

1. Reg. 24. *& 26.*

Simi-

Similiter, quod ad Sanctitatē ſuam attinet, ſi maximè hęc commemoratā Regis qualitatem admitteret, imò in medium afferret, id quidē maius pondus non haberet, quum ad factū nō pertineat, de quo agitur: pręſumi quandoquidem nequit, iudicem plus pronunciaſſe, quàm quod fuit poſtulatū: quemadmodum neq; ex diſpoſitione iuris id valeret. Et, vt dictum eſt, vereri non oportet, Agentes eò deuenturos: veluti neque recipi deberent, inauditis partibus. Multò minus rationis habet, ſi ſimplicē enunciationē ius tribuere dicamus: ſiquidem, eodem tradente iure, *Verba enuntiatiua non diſponunt*: quantò minùs ergo in facto huius conſequentiæ?

Neq; Rex dici poteſt ex ſucceſſionis iure.

CAP. IX.

VERVM quid fiet, ſi non ſolùm ius periit, ſed id ne quidem vnquam fuit vel in natura, vel aliter? Quòd ſi hìc quidem ſit, erit, non vt eius, qui viſum amiſit, aut auditum, aut loquelam: ſed vt illius, qui non vidit, non audiuit, non locutus eſt vnquam: item non vt eius, cui vita ademta, ſed vt maſſæ carnis, in quam anima non infuſa fuit.

Quę nullitas apparet, tam ex conſideratione generali naturæ regnorum, quàm ex moderatione ſpeciali in cauſſa ſucceſſionũ. Prior quidem; quia abſurdum eſt dicere ſimpliciter, ſucceſſionem, vbicunque ea recepta fuerit, ſiue in Gallia, ſiue alibi, tantopere ligare regna aut populos, vt ea immoti & neceſſarii fundamenti inſtar ſit. Quandoquidem ſi maximè illa admittatur, propter experientiam, quę teſtatur, incommoda ibi minora ineſſe, quàm in electione: id tamen hactenus iuri Naturæ, in quo electio nititur, præiudicare nequit, aut manus tantopere cõſtringere, vt ſucceſſorum vitio & indignitate ſucceſſio fiat detrimentoſa: electio verò neceſſaria: vt quæ fundamentum eſt, in quo ſucceſſio conſiſtit, cuiuſq; conditionibus contentis in contractu mutuo, inter Dominum & Vaſallum, inter Reges & Populos, de quibus ſuprà dictum, ſucceſſio aſtricta eſt, adeò, vt quantumuis videatur hæreditaria: tamen potiùs electiua ſit.

Teſtis rei huius eſt Regnornm praxis; in quibus ſucceſſio: potiorem ferè locum obtinuit: vbi remotiores ſæpiùs prælati ſunt propinquioribus, & poſtgeniti primogenitis: imò familiæ etiam prorſus immutatæ: partim quidem propter improbitatem eius, qui ſuccedere debebat: partim propter improbitatẽ patris eius: partim propter minorem ætatem: interdum etiam propter vnicum populi fauorem. Et quidem in cooptandis & conſecrandis Re-

dis Regibus,quæcunque tandem in ſucceſſione ineſſe poſſint: hic tamen ſemper forma quædam electionis apparet: quod cùm in regno Iſraëlis, tum in regnis orbis Christiani Hiſpania, Portugallia, Anglia, & ſpeciatim Gallia, experientiâ clariſſimè teſtatur.

Ita in Iſraël,præterquam quòd Dauid diuinitus electus fuit, magno Saulis & totius domus eius detrimento; Salomon,decimogenitus eius filius coronam reportauit primogenitis ſuis. Et in ſucceſſione eius ſæpe de Regib. dicitur, eos conſtitutos eſſe à populo, veluti de Roboamo,Azaria, Ioaſo, Ochozia & aliis. *3.Reg.1.* *3 Reg.12. 2.Par.22. & 23.*

In Hiſpania, ab Anno 416. quo Gothi expulerunt Romanos triplicis originis; qui illic fuerunt vſque ad annum 1240. quo tempore domus Auſtriaca illuc ingreſſa eſt:vnde prima fuit Gothorum; quæ durauit annos trecẽtos: altera Dom-Palazi,Regis Aſturianorum;quę alios annos trecẽtos durauit:tertia Dom-Sanchi Maioris Regis Nauarrę quę annos durauit quingentos: infinita reperiuntur exempla nõ ſolùm primogenitorũ, ſed omnium etiam filiorum Regum depoſitorum, & auunculorũ; qui à Statibus prælati fuerunt, etiam tum, quum ſucceſſio ibi tantâ polleret authoritate, vt hæreditaria videretur: quod obſeruatum & poſt Dom-Ramirũ, quando filii primogeniti Regum incipiebant aſſumere Principum Hiſpaniæ nomen.

Teſtis huiuſce rei eſt, centenos poſt annos,

aut circa, excluſio liberorum Dom-Ordonii II. qui quaterni erant filii & filia vna. Hi etenim ob minorē ætatem excluſi ſunt, & Dom-Fruela, auunculus,illorum in locum ſubſtitutus: poſt cuius obitum,licet plures reliquiſſet liberos, primogenitus dicti Dom-Ordonii, qui excluſus antea erat, clauum regni recepit.

Teſtis etiam eſt Anno 590. Dom-Sanchus, cognomine Gordus,frater Dom-Ordonii III. qui à Statibus electus fuit,in præiudiciū Principis Dom-Vermudi, filii primogeniti dicti Ordonii, quum hic iuſtam ætatem nondum attigiſſet. Teſtis & eſt Anno 1207. Donna-Berenguela, coniunx Principis Leonis; quæ à Statib. regina electa fuit, & ſoror eius Donna-Blanca excluſa,cum filio S.Ludouico,Rege Gallorum: veritis, ne regnum delaberetur in manus peregrinorū. Et Anno 1276. Dom-Sanchus Brauus declaratus fuit à Statibus,Segouiæ cōgregatis, Succeſſor Patris ſui, in præiudicium filiorū Fratris ſui primogeniti: iuxta quam declarationem coronatus fuit Anno 1584. à quo originem ſumpſit Rex hodiernus, & Duces de Medina-Celi,qui ex dictis infantibus fratris primogeniti exauthoratis deſcēderunt.

Anib. Moral. Garib. 2g.

In Portugallia Dom. Iohannes, frater illegitimus Dom. Ferdinandi 1. Rex electus, & filia iam commemorati Ferdinandi (ad quem diadema ex ſucceſſione pertinebat), remota

remota fuit: quia connubio iuncta erat Iohanni 1. Regi Caſtiliæ.

In Anglia vltra viginti exſtant exempla electionis, edita contra ſucceſſionem, tam antè, quàm poſt Conquiſitionem Normannorum: nẽpe ab Anno 802. quo Egbertus, Rex Britanniæ, fuit electus (quam Angliam ipſe nominari curauit tunc, quum Pepinus rerum potiretur in Gallia:) vſque ad dictam Conquiſitionem decies, & totidem poſtmodum, vnde vltima exſpirauit in Henrico VII. auo Reginæ, quæ nunc regnat. *Pol. Virg.*

Verùm cumprimis & ſpeciatim in Gallia, exempla huius rei inſignia & frequentia occurrunt. Etenim, vt primam ſtirpem prætereamus, (quandoquidem nonnulli dicunt, id temporis ſucceſſionem nondum fundatam fuiſſe:) Pepinus, rex ex ſecunda ſtirpe primus, per electionem ad gubernacula peruenit: poſt cuius obitum & duo filii eius, Carolus & Carolomanus electi fuerunt, ad diſtribuendum æqualiter regnũ. Triennio pòſt, mortuo Carolomano, Ordines Galliæ iuramento regni ſe deuinxerunt cum ſupra commemorato Carolo, excluſis liberis Carolomani: Ita per electionem Ludoico Bono ſucceſſit Carolus Caluus, filius eius quartogenitus, Anno 840. Carolo ſucceſſit Ludouic⁹ Balbus, filius eius tertiogenit⁹, excluſo ob improbitatẽ primogenito. Ludoico ſucceſſerũt duo filii illegitimi, Lud. & Carolomanus, electi ab

Ordinibus Anno 881. & filius legitimus, Carolus ſimplex ob ætatem minorem fuit excluſus. His duobus ſucceſſit Ludoicus Otioſus: quo depoſito electus fuit Carolus Groſſus: & hoc etiã depoſito, ab Ordinibus, electus fuit Odo, Comes Pariſienſis, & Dux Andegauenſis. Hoc expulſo, in locum eius ſuffectus eſt Carolus ſimplex: & poſt hunc electus Hugo Capetus, Anno 988. Carolus verò Lotharingus, filius Ludouici Vltramarini, legitimus Succeſſor excluſus, propterea quòd Germanis fauiſſet, & Ordinum legati *permiſſum eſſe* affirmarent, *à diademate excludere eos; qui eo eſſent indigni:* vt Haillanus prodidit. Sic Anno 1110. poſt obitum Philippi I. Ludouicus Groſſus filius eius à populo deponẽdus erat ob malam gratiam, quam patri ſuo exhibuit. Itaque, vt rei huic obuiam iretur, ocyus, & præter ordinem, conſilio & auxilio amicorum ſuorum coronatus fuit Aureliæ. Idem teſtatur Philippus Comminæus, videlicet deliberatum fuiſſe à populo, vt ſucceſſione ſua remoueretur Carolus VIII. filius Ludouici XI. ob maleuolentiam, exhibitam ab eo patri Ludouico.

Reges per gratiam Dei. Accedit his exemplis conſuetudo ordinaria Regum Chriſtianorum, quã ſe appellant *Reges per gratiam Dei:* hac confeſſione declarantes, quòd, ſi maximè gratia & natura, hoc eſt, ſucceſſio in titulo poteſtatis Regiæ conueniat; tamen ſucceſſio præcipuũ fundamentum eſſe nequeat conſequendæ illius contra

gra-

gratiam: & minùs in eo regno; quod ſingulari priuilegio vocatur Chriſtianiſſimum.

Præterea accedit forma conſecrandi & coronandi Reges Galliæ, cùm antiqua, tum moderna. Nam iuxta antiquam, Rex Galliæ coronandus iuramentum his verbis præſtabat: *Ego N. per Dei gratiam, proximus, vt coroner Rex Galliæ*, &c. Quæ forma initium ſumpſit à Clodoueo, & durauit annos ſexcẽtos, ſi fides habenda eſt Wilhelmo de Nangis, & poſt illum, Tilleto: hoc eſt, vſque ad Ludouicum iuniorem; qui in conſecratione filii ſui Philippi Auguſti, addidit duodecim Pares, & plures alias cerimonias, quibus magnificentiorem eum redderet; mutans parumper iuramẽti formulam, ita tamen vt nihil innouaret in ſubſtantia. quod ex coronatione Regum etiamnum hodie apparet: in cuius cerimoniis quum expreſsè hæc cõtineatur, qua populus ternâ vice interrogatur, *An talem & talem Regem velit habere*. (quo ipſo veræ electionis formula repræſẽtatur:) ſanè omne illud infertur, de quo antè eſt dictum: hac quandoquidem ratione titulus Regis defertur in conſecratione: & quidem conſenſu populi: & licet confeſſio ibi locum habeat, admodum conuenienter, ſi nihil impediat: attamen illud præcipuum fundamentum non eſt: multò minùs derogare poteſt cunctis legibus, cùm diuinis, tum humanis, & iudiciis in contrarium latis; velut hodie prætendi ſolet. *Belleforeſt.*

Digitized by Google

Ius ſucceſſionis ceſſat in gradu decimo.

Quod deinde attinet ad Specialem moderationem in cauſſa ſucceſſionũ, quum, Doctorũ teſtimonio, omne conſanguinitatis ius ceſſet in gradu decimo: inde iudicari facilè poteſt, quæ ſit infirmitas, imò nullitas iuris eius, qui eſt in gradu duntaxat viceſimo ſecundo. Etenim quod Baldus addit, *regulã fallere in familia Borboniorũ*, quod Achilleum nonnullis argumentum eſt: id quidem mihi nimis infirmum, pro tantæ rei pondere, videtur: quũ hęc ſit exceptio carẽs ſubiecto ac fundamẽto (pace tamen dixerim meriti, quod illic ſubeſſe queat:) Doctorq; iſte, quicquid tandem illũ permouerit, ſatis ipſe oſtẽdit, quum rationem nullam alleget, regulam iſtam nec credi, nec multum curari debere: eademque facilitate, qua profertur, reiiciendam eſſe.

Exceptio ridicula.

Sed eſto, Baldum ſeriò locutum eſſe, & rem ita ſe habere: non tamen de Bourboniis hæreticis id intellexiſſe poteſt: quum ſatis cognitũ ei fuerit, hæreticos iure indignos, & ſucceſſionum incapaces eſſe. Ac proinde, quum maximè conueniret, vnum ex familia illa eligi, veluti Ordines vltimi Blęſenſes neutiquam cõtradicunt: in omnem tamen euentum liberum eſſe debet, eligi eum, qui ſit omnium vtiliſſimus, & in quo minimum inſit incapacitatis illius ſummæ, quæ eſt hæreticum & excommunicatum relapſum eſſe: vt tot ab eo in Galliam perpetratos actus hoſtiles taceam.

Neque

Neque propter obedientiam, quæ ei præſtatur, Rex appellari poteſt.

CAP. X.

QVOD ſi colophonis loco dicatur, Henricum tandem rerum potitum, & proſperitatem atq; obedientiam, quæ per vniuerſam Galliá ei præſtatur, titulum eius eſſe: reſpondebunt primò Catholici, præterquam quòd obedientia iſta nondum ſatis tuta ei eſt, ſi maximè Rex ſit *facto*, non tamen propterea Regem eſſe *iure*: non magis, quàm eum, qui in Euangelio *Princeps* vocatur *huius Mundi*: & omnino omnes, qui hiſce in terris vſurpatores vnquam fuerunt. Afferent deinde in medium Luciferi reſponſum, quod Conſtantio quondam dedit, clypeo iſto ſe defendere volenti ad propugnandum Arianiſmum, & non niſi ad gladium ſuum & proſperitatem ſuam prouocáti, quo Princeps legitimus agnoſceretur: quem Præſul ille in hæc verba allocutus eſt: *ſi maximè Saul longo tempore regnauit, & bellū intulit Dauidi, poſtquam à Deo reprobatus fuit; non tamen propterea regnandi ius habuit, vel ceſſauit eſſe illegitimus: quum ius ille habere nequeat, cui Deus illud ademit, imò alii dedit ſententiá irreuocabili.* Præterea hoc vnum è ſecretis prouidentiæ Dei eſt, quod regnare permittit eiuſmodi homines. Hoc facit partim ad ſuos

Ioh.12.

Lucif. contr. Conſt.

1. Reg. 13. & 15. & 16.

Pſal. 88.

Deut.13. probādos *An ipſum ament, vel non ament*, ſicut
Am.9. loquitur Scriptura; partim vt vel cribri inſtar eis vtatur, *ad cribrandam domum Iſrael*, inquit Propheta: vel inſtar lapidis Lydii, *ad reuelandas cogitationes ſecretas*, & in apertum referendum id, quod in diturna obſcuritate latuerat: partim, vt inquit S. Chryſoſtom', ne ſuos otio torpere patiatur, ſed eos exerceat in patientia, qua hoſtibus ſuis reſiſtere poſſint: partim ad puniendū populum: aut alias etiam ob cauſſas, quas ipſe nouit: nos verò ignoramus, quod factum fuit ſub Antiochis, Valentibus, Iulianis, & inprimis ſub deteſtabili illo Copronymo: qui tā fortunatus erat in rebus ſuis, quàm erat impius ac ſceleratus. Quod & iudicari debebat de regno Hērici: & neutiquam concedi, quaſi ius ei fuerit vllum acquiſitum.

Placet etiam hoc addere: Quod ſi maximè perfidia illorum, qui conſcientiæ & honoris fecerunt naufragium, feneſtram ei ad hanc dignitatem aperuerit: dici tamen nequit, hanc tentationem adeò validam fuiſſe, vt reliqua etiam commouere potuerit, non magis, quàm fecerat tentatio temporis ſuprà commemoratorum: & Deum non reſeruare ſibi ſemper ingentem numerum illorum, qui Baali genua non flectunt. Nam etiamſi per foramina cribri illius puluis penetrat *de ruderibus domus*
Am.9. *Iſrael*, vt loquitur Propheta: Deus tamen lapi-
Pſal.50 des ſibi ſeruat; quorum *ne minimus cadet in terram*, ad *reſtaurandos aliquando muros Ieruſalem*.

Sic

Sic quamuis per idem cribrum, minutiſſimum deuoluitur granum, vt Deus in viſione demonſtrauit, perſecutionis Africanę ſub Hunerico Vandalorum Rege, Catholicum ſe ſimulante, ſtatum declarans; minimum tamen paruus inde cumulus reſtabat, qui ſeminis loco in poſterum ſeruiret, & reſtaurare poſſet Eccleſiam.

Hæretici, & potiſſimùm relapſi iure diuino & humano, morte ſunt afficiendi.

CAP. XI.

VERVM quia non ſufficit dicere, Caſtellum noluiſſe inuadere Regem: ſed eum, quem ſciebat nec eſſe, nec poſſe eſſe Regem; ideò ſi quæritur, quo iure talem inuadere liceat, quũ Lex homicidium prohibeat: quęro & ego, cur laudetur & approbetur à Deo Phineas, quòd ſcortatorem Iſraëlitam, & ſcortatricem Madianitidem vno trãsfixit ictu? Cur Ehod laudetur; qui tyrannum Eglonem, Moabitarum regem, occidit, gladio ventri illius infixo? Cur Matathias; qui idololatram Hebræum, & miniſtrum Regis, cogere volentem ipſũ ad eandem impietatem, peremit? Cur Elias; qui falſos Prophetas interfecit? Cur Iudith; quę Holofernem truncauit? Cur Iahel; quæ Siſaram è

Exod.20. *Num.25.* *Iud.3.* *1.Mac.2.*

medio ſuſtulit, capiti eius clauo infixo? Cur, inquam, hęc talia comprobent & laudent publicè Eccleſia & homines, ſi diſpenſatio legis cùm diuinæ, tum humanæ, non ſit admittēda?

Etenim quod ad diuinam attinet legem, reſponſio manifeſta eſt, Præcepta ſuperiora derogare inferioribus, anteriora poſteriorib. & primam tabulam ſecundæ, & omnibus prępceptis generatim illud, quod eſt omnium pri-
Matth.12. & 22. mum: quod ſpectat ad Dei honorē: quod eſt ſupra ſabathum, contra quod valent nec pater, nec mater, nec rex, nec herus quicunque: vt quidē diſertis verbis in ſcriptura docetur.

Iuxta hanc regulam, etſi occidere in genere prohibitum eſt: non tamen obſtat, quo minus certas perſonas occidere liceat: & nominatim hæreticos & tyrannos: maximè verò; quando ambo hi coniuncti ſunt. Nam ad hæ-
Deut.17. & 25. reticos quod attinet: *Is*, inquit ſcriptura, *qui obedire noluerit ſacerdoti, moriatur ex decreto iudicis.* Atqui per hunc, qui inobediens eſt Sacerdoti, intelligi debet hæreticus. Sic eadem ſcriptura alibi iubet perimi Cananæos, Iebu-
Pſal.101. ſæos, & Amalechitas: & Dauid inquit, *Exſcindā ſummo manè omnes improbos terræ, ad reſcindēdum è ciuitate Iehouæ omnes, qui operā dant iniquitati.* Certè, qui vel vni horū parcit, eius vita
1.Reg.15 reſpōdebit pro illius: vt in Saule, parcente Re-
3.Reg.20. gi Amalechitarū Agago, & in Achabo parcēti-
2.Par.25. te Benhadabo Syrorum Regi, clariſſimè appa-

ret

ret: iuxta quod, ne quidem Regibus Iudæ, vt docet exemplum Regis Amaſiæ, qui ob apoſtaſiam ſuam in Lachis morte affectus eſt, condonatum fuit. Et conſtat, omnes illos in numero hæreticorum repoſitos fuiſſe.

Ita in Nou. Teſtam. Scriptura, quæ hæreticos illorum nominibus inſignit, quos morte plecti oportet, illos modò *lupos rapaces*, ouium habitatu indutos; modò fures & latrones appellans, ſatis euidenter demonſtrat, exterminandos eſſe. *Matth. 7. Ioh. 10.*

Ad humanum deinde ius, tum ciuile, tum canonicum quod attinet, Concilium Chalcedonenſe, quod hæreticum Eutychen, & in eo omnes hæreticos, ad ignis ſupplicium condemnat, idem comprobat, veriſſimam eſſe teſtificans Euangelii vocem, *Ramum, qui ſeparatus eſt à trunco, ſiccum euadere, & in ignem conijci ac comburi.* Cui ſuffragantur S. Hieronymus, & S. Leo Papa, aſſerentes, Priſcillanum hæreticum, & nonnullos diſcipulos eius, morte affectos eſſe per gladium legum publicarũ. Sic Imperatorum, Theodoſii, Valentiniani & Marciani leges condemnant hæreticos, vt morte afficiantur. Vnde S. Auguſtinus ſcribit, Donatiſtas ob id appellâſſe Catholicos *mactatores corporum*. Quod ſcripſit ex conſuetudine, quæ tum inualuerat, morte plectendi hæreticos per gladium materialem: vt idem Doctor alibi loquitur. *Conc. Chalc. act. 1.* *Hier. ep. ad Ctes. cont. Pel.* *Leo, ep. 93.* *l. 1. contr. ep. Parm. c. 7.*

l.2.contr.lit. Petil.c.92.

quam legem ipſe ob fructus inde pullullantes approbauit, quanquam initiò contrariam habuerit opinionem; quam poſtea retractauit, veluti antè eũ S. Baſilius, in cauſſa Apolliniſtarum.

Verùm & poſteriorum temporum conſuetudo id docet. Nam in Concilio Conſtantienſi Iohannes Huſſus, & Hieronymus Pragenſis: noſtris verò temporibus, per totum Chriſtianum orbem, & nominatim per Galliam, infiniti hæretici ſublati ſunt. Idem inter hæreticos ipſos factitari, Caluinus teſtis eſt, qui Seruetum concremandũ curauit Geueuę.

Moderatio pœnæ hæreticorum locum non habet in relapſis.

Caterùm, quia conuerſio quorundam materiam Eccleſiæ ſuppeditauit, rigorem iſtum aliquo modo emolliendi: ideò ſpeciatim de Relapſis dicitur, qui cenſentur ἀνεπανόρθωτοι, & tales iudicãtur à Lege, *quòd etiam inauditi tradi debeant in manus brachii ſecularis, quò morte afficiantur*. Hęc enim conſtitutio eſt Lucii, cap. 3. *ad Abolendam*. & poſtmodum Alexandri 4. cap. *Super eo*. & Concilii Narbonenſis contra reliquias Albigenſium, per Epiſcopos & Prælatos Galliæ.

Alphons. de iuſt. hæret. &c.

Nec valet excuſatio, hunc eſſe ſpiritualem morbum, ac proinde mediis ſpiritualibus cũrandum, non pœnis temporalibus: velut Parlamentum pronunciauit, quum in vincula coniiceret Religioſum ordinis ſanctę Crucis, propterea quòd inter concionãdum dixerat, *Hæreticos igne puniendos eſſe*: qua in opinione adhuc

âdhuc hodie verſatur. Quaſi verò vitium in Mundo exſiſtat, quod animi morbum dicere nequeas: quod in animo non conſiſtat, atque eandem ita excuſationem accipiat. Aut quaſi hæreſis ſimplex exſiſtat error, & non potiùs malitia deſtinata: quaſi vitium exſiſtat intellectus, & non potiùs voluntatis, quæ *intellectum in obedientiam fidei captiuum ducere recuſat*. Aut quaſi error excuſari poſſit, quando res ſunt definitæ. Aut quaſi adhuc quærere oporteat, quando res inuentæ ſunt, & veraces iudicatæ per illam, quæ rerum iſtarum Regula eſt, & vt loquitur S. Paulus, *columna & firmamentũ veritatis*, nempe Eccleſiam &c. Quaſi item hoc non iudicatum ſit, & per ipſorummet leges declaratum *crimen publicum*, & læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ, ſupplicioque proinde dignum. Quare igitur corpore plectatur is, quem in vinculis conſtrictum teneet, ſiquidem, omni in caſu, iuxta opinionẽ ipſorum, hic non niſi ſpiritus error foret? Nam ſi incommoda & turbas inde exorituras, prætendant, vel turbæ, quas Hugonoti concitârunt, & incendia, quæ paſſim inflammârunt, permouere ipſos, ad puniendos & mulctandos illos, deberent. quippe arbor ex fructu iudicanda eſt, an in ignem coniicienda ſit: vt qui manifeſtè illos tutando, luculẽtiſſimè declarant, ſe ex illorummet eſſe numero; quandoquidem quum potentiores ſint, moliuntur in Catholicos ea, quæ contra illoſmet molirẽ

Hæreſis vitium voluntatis & malitiæ.

2 Cor. 10.

Gal. 3.

Authent. Gazar. c. de hær. l. Ar.

debebant. Vnde apparet, quum in propria loquantur cauſſa, iudicium eorum recipiendum non eſſe.

Hæretici è medio tolli poſſunt ab hominibus priuatis: ſi aliter fieri nequeat.

CAP. XII.

QVOD ſi ſtatuatur, hæreticos è medio tollendos ab ordinario magiſtratu, ſicq́; intelligendos eſſe locos ſupra commemoratos: reſpondetur, Vti hoc verum eſt rebus ſaluis & integris, & quando id efficiendi mediũ haud deeſt: ſic, caſu intercidente alio, & neceſſitate publicâ poſtulante, & ſpecialiter proceſſu eius expedito, aliam tunc viam patere, ab vno & altero iure, proximo cuique, qui id effectũ dare poſſit, quum Deus in ſcriptura dicat: *Si*
Deut. 13. *incitauerit te frater tuus, filius matris tuæ, vel filius tuus, vel filia tua, vel vxor ſinus tui, vel amicus tuus, qui eſt ſicut anima tua, clam dicendo: Eamus & colamus Deos alios, quos non noſti, tu & patres tui, non acquieſces ei, neq; obedies ei, nec parcet oculus tuus ei, neq; indulgebis, & non operies eum: ſed occidendo occides eum, manus tua erit in eo priùs*, vt mori facias eũ, *& manus omnis populi poſtea*, &c.

Iuxta quod mandatum exempla ſuperiùs allegata Phineæ, Ehodi, Eliæ, Matathiæ, Iudithæ,

thæ, Iahelis, non fuerũt ex forma iuridica, ſed primâ quaque occaſione profecta.

Præterea, ſi hæretici ſunt *lupi* & *latrones*; quorum illi interfici ſolent à primo quolibet: hi verò ſi noctu deprehendantur, aut interdiu vi ſe defendere velint, iuxta legem XII. Tabularum: iuſtiùs quandoquidem nihil eſt, quàm vbi ratio nihil poteſt, ibi opponere vim contra vim: tunc eodem modo ſequitur, licitum eſſe proximo cuique homines iſtiuſmodi obtruncare, ſpecialiter verò reos, relapſos, cõdemnatos, ſiquidem aliud medium illos necandi non offertur. *Cic. pro Mil.*

Et hæc ipſa Eccleſiæ mens eſt, quando homines tales declarat & pronunciat *diffiſſos* (vt de Principibus, hæreticorum fautoribus, magis verò de hæreticis ipſis eſt dictum ſuprà) hoc eſt, condemnatos & proſcriptos ad mortem: in quibus omne debitum obligationis, reſpectus, ſeruitii, ſubiectionis, amicitiæ, cognationis, promiſſæ fidei, aut alia res quæuis ceſſat: tollens quodam modo ſcrupulum, qui in eſſe poteſt primo cuique, ad euacuandum illis Mundum, ceu executori brachii ſecularis, cui virium non ſatis ſuppetit, committenti actum iuſtitiæ, & authoritate quidem publicâ: addens Concilio Laterenſi etiã hoc punctum, *Vt priuetur ſepulturâ, & actiones eius reſcindantur, nullaq́ declarentur.* In quem modum illa impium tractat, qui ſic penitus oppreſſus fuiſſet, ceu iure peremtus: aut vt be-

ſtia furioſa, medio in campo interfecta, cuius pelle venatores contenti, corpus in viarũ purgamentum proiiciunt.

Præter ſacrum Scripturæ ius, idem ciuile nos docet, conſuetudo videlicet peruulgata omnium regnorum, & ſpeciatim Galliæ. Teſtis eſt Parlamenti decretum An. 1560. pronunciatum à præſidente Magiſtro, contra Hugonotos; quo hæreticos occidere vnicuique permiſſum eſt. & quidem non ſine graui cauſſa; funeſtior quandoquidem beſtia non eſt, illa, quæ animas deuorat: nec fur pernicioſior, illo, qui fidem hominibus eripit & religionem: nec aſpis venenatior, quam quæ ſubblandiendo corpetit: nec veneficus periculoſior, quàm qui aquas putei Iacobi, verbum nimirum Dei, contentum in ſacra ſcriptura,
Gen. 26. corrumpit, vt Philiſtini quondam fecerunt, &
Apoc. 8. ſtella nominata *Abſyntium*; quæ aquas amaras reddit, & tertiam piſcium partem, hoc eſt, Chriſtianorum, occidit. Ab experientia enim notum eſt id, quod de illis Apoſtolus pronun-
2. Tim. 2. ciat *ſermonem eorum depaſcere vt gangræna.* Deſcribuntur & per ranas, prorepentes è puteo abyſſi, quæ regem impoſitum habet, qui Græcis dicitur ἀπολλύων Latinus *Exterminans*: cuius artificium eſt omnia vaſtare, & perdere.

Quod ſi id de Hæreſiarchis intelligendum eſſe ſtatuatur: ſciendum eſt, hæreticorum etiam capita, hæreſiarcharum locum obtinere. Vnde quum Decretum latum ſit propter Admira-

mira-

miralium Collignium, & armatos aſſeclas eius, vſurpari quoque pro iis poteſt, qui eodem vſuri ſunt.

Idem iudicari debet de Tyrannis.

CAP. XIII.

AD Tyrannos quod attinet, nota ſunt, quę contra eos omni tempore, dicta & iudicata ſunt, tam per Naturæ ſenſum, quàm per conſenſum ſapientũ, tum Ethnicorum, tum Chriſtianorum. Teſtis pro Ethnicis Cicero eſt, qui tyrannum interficere *malum non eſſe* ſcribit: modò *honeſtum eſſe*: modò *glorioſum, etiamſi maximè amicus & familiaris ſit*: modò docet, *omnia naturæ iura ceſſare erga tyrannos: adeò vt ſæpè etiam cum honore vxores occiderint maritos, parentes liberos, amici amicos, & populi ac reſpublicæ gubernatores ſuos, etiam qui benè egiſſent, ob tyrannidem.* Teſtis etiam ſunt leges inter Græcos latæ, apud quos ſolenne erat tyrannicidis ſtatuas erigere ad memoriã, vt docet Ariſtoteles, & poſt eum Quintilianus: tum apud Latinos; qualis eſt apud Plutarchum Valerii Publicolæ, per quam licitum eſt interficere eum, qui affectat tyrannidem. Teſtis præterea locupletiſſima eſt experientia, & exempla huic conformia: veluti inter Græcos

Off. 3. Tuſ. 5. Phil. 2. Offic. 2.

l. 5. Pol c. 10. Quint. l. 7. Plut. in Public.

Vall.2. Timoleonis, publicè propterea collaudati, quòd fratrem ſuum Timophanem, tyrannidem occupare volentem occidiſſet: item ſtatuæ erectæ Harmodio & Ariſtogitoni; quòd patriam tyrannide, qua premebatur, liberare voluiſſent. Et inter Latinos nota ſunt, quæ Romę agitata contra Manlium Capitolinum, qui eodem de Capitolio fuit præcipitatus, quod antè tam maſculè defenderat.

Teſtes ſunt & duo Gracchi, Tyberius & Caius: nec non quod Syracuſis contra Calippum & Tyndaridem, ob idem tyrannidis crimen geſtum fuit.

Seſſ.15. Quod deinde ad Chriſtianos attinet, etſi Concilium Conſtantienſe iuſtè, ſanè cōdemnauit eos, qui dicunt, *Omnem tyrannum poſſe occidi à quocunque ſuo vaſallo aut ſubdito, & nominatim contra fidem iuratam, ſineq; conſtitutione publica*; & partim propter abuſum, inde exoriturum, vt loquitur Alphonſus de Caſto, ne homicidis omnia repleantur, ſublatis vxoribus maritos, liberis parentes, ſeruis heros, & vaſallis dominos, ſub prætextu tyrannidis exercitæ: partim verò ad claudendā feneſtram periuris, propoſitio iſta facta eſt: tamen Naturæ ius integrum nihilominus conſtat pro iis, qui inuadunt tyrannos, aut eos; qui contra bonum publicum, & ſpeciatim religionem conſpirant: taleſq; agnoſcuntur, vt iuris & facti obligatio contra eos ſublata ſit. Vbi per religionem non obuia quæq; inuentio, aut

tio, aut demum à triduo introducta perfidia, qualem hæretici cudunt, intelligitur: ſed Veritas ſola, hoc eſt, Catholica, Apoſtolica, Romana: cui ſe opponere, aut quocunque modo per Principem damnum afferre, tam vera tyrannis eſt, quàm punire hæreticos opus reuerâ regium, ac proinde opus etiam iuſtum, homines eiuſmodi è medio auferre. Hoc & Papa Honorius teſtatur, quū inquit. *Homicidium peccatum non eſſe, ſi fiat ad vindicandū populum Dei.* Quod Lucifer apertè propugnat, fieri debere in perſona Conſtantii, ad exemplum Phineæ & Matathiæ. Conuenit cū hoc articulo ſententia cùm Theologorū, vt Lyrani, Caietani, Soti, Sylueſtris, Fumi, & aliorum poſt Thomam: tum Iuris conſultorū, vt Ferdinandi, Couarrvviaſi & aliorum: qui vno ore dicunt omnes, *Licitum eſſe cuilibet in populo interficere tyrannos, qui armis, aut aliâ vi iniuſtâ dominum capeſſunt iniuſtum, in quod ius nullum habent, & vbi ad ſuperiorem non poteſt recurri ad obtinendum ius,* nullumq; aliud *medium tollendi tyrannidem exſtat.* Imò addit Caietanus, Licitum eſſe & *per venenum, & proditoriè.* San. Thomas equidem citatā Ciceronis dicta in Offic. libris calculo ſuo comprobat, additâ ratione, *Quòd quum tyrannus bellum habeat iniuſtum contra quemuis populum, in genere & in ſpecie: è contrario omnes contra illum bellum habeant iuſtum: idcirco in perſonam eius machinari poſſint id, quod ius belli contra verum hoſtem permit-*

In Pſal. 5.

Contr. Conſt.

Lyr. in 31. Num.

Couar. diſp. de matrim. 4. num. 6.

Fumus in armill.

Caiet. 2. 2. q. 64. art. 3.

Thom. 2. ſunt. diſt. vlt. q. 2.

tit. Hac ratione ſi interficiatur, tum hoc ex authoritate fieri publica, non priuata: nempe vnusquisq; ſolus, & pro omnibus, quũ exſecutor factus ſit iuſtus & legitimus. Aſſentitur Gerſon, Cancellarius Academiæ Pariſienſis: qui, quum eidem Concilio Conſtantienſi, cuius proinde mentem ignorare haud potuit, interfuiſſet ipſe, non grauatur in Tractatu ſuo, *De decem conſiderationibus, ne fatuis adulatorum decipiantur erroribus*, in medium afferre contra Principes violentos, quique bono publico vim intulerunt, Maximam naturalem, *Vim vi repellere licet:* & id, quod Seneca dicit, *ſacrificium pinguius & magis authenticum Deo offerri non poſſe, quàm tyranni iniqui.* Et quid quæſo dixerint de eiuſmodi tyranno, qui & religionem opprimit, totusq; ei contrarius eſt?

Par. 4. lit. l.

In Horc. fur.

Hæretici ipſi, vtut in horas mutentur, pro fluxu & refluxu actionum ſuarum, & pro Principe; cuius dominatu tenentur, hac re libros ſuos repleuerunt. Teſtis eſt author *quæſtionũ ſub nomine Iunii Bruti editarum:* & Georgius Buchananus in libro ſuo *De iure regni*, &c. Vbi tyrannum inter immanes beſtias recenſet earundemque more tractandum eſſe docet: & Bodinus; qui in Republ. ſua tyrannum, vi vti ſolitum iuxta legem Valeriam condẽnat, quæ homines iſtiuſmodi morte mulctari præcipit, ſine formâ aut figurâ proceſſus. Idem per conſequens teſtantur ſupplicia, de pluribus nobilibus Gallis, Scotis, Anglis, & Germanis,

l. 2. c. 5.

Crudelitas Hugonotorum, ſub prætextu conſpi-

manis, tanquam ſi tyranni fuiſſent, Prædicantium conſilio, ſumta, ſaltem quod eſſent Catholici. quod machinati ſunt in perſonam ipſam Regum, & nominatim Caroli IX. Inprimis verò luculenter id teſtatur Panegyricon Bezæ; qui canoni inſerit Poltrotum, & hominem ſanctum facit, propterea quòd latrocinium commiſerat in perſona Magni Franciſci Lotharingi, Ducis Guiſii, quem tyranni titulo cum primis inſigniebant: adeò vt hic quidem inter illos & nos differentia non ſit, niſi iuxta ſpecialem determinationem tyranni, vt conſtet, quis ille ſit, aut non ſit. Quæ differentia tam eſt ridicula, Hęreticorum reſpectu; qui in inſomniis & nouitatibus ſuis nituntur, quàm reſpectu Catholicorum; qui in firma petra Fidei Catholicę radicati ſunt, eſt vera & infallibilis.

rationis contra tyrannos.

Soli Catholici verè definiunt tyrannum.

Multo verò magis de Tyranno & Hæretico ſimul.

CAP. XIV.

HOc quum ſic ſe habeat, ſi hæreticum & tyrannum diſtinctè conſideres: quanto magis habebit, ſi coniunctim ambos? quandò videlicet vitulus auro coronatus eſt, & Impietas collocata in throno? quãdo impius armatus, & furioſus gladio accinctus eſt? Aut, vt

commodiùs loquar, quando miluus vnguibus ſuis, vultur roſtro ſuo, lupus dētibus ſuis, taurus cornibus ſuis, ſerpens iaculo ſuo, draco veneno ſuo, aper horrentibus hiſpidisque ſetis ſuis, & leo rapidis pedibus ſuis inſtructus eſt? quando ſub eodem tugurio conſpiciuntur vulpes ſimul & leo; Vulpes hæreſi, & leo tyrannide induti? Et impropriè ſanè dixeris, Vbi hæreſis & dominiū ſunt ſimul, ibi tyrannidem non eſſe: quum authenticum Apoſtolorum teſtimonium exſtet apud S. Clementē, his verbis: *Rex impius non amplius eſt rex, ſed tyrannus.* Idq; partim quòd ius non poteſt eſſe coniunctum cum impietate, partim quòd natura eius nimis probè cognita eſt illis: quæ ſi authoritate valeat, continere ſe nequit, quin fructus producat eius, quem habet patrem, & qui à principio eſt homicida. Et quid quæſo dicturos putas de illo; in quo impietas & tyrannis intimâ cognatione continentur, inque ſupremo gradu collocata ſunt?

Conſt. Apoſt. l. 8. c. 2.

Ioh. 8.

Nam ſi impietas illic manifeſta eſt, vt demonſtratum fuit ſuprà, tum non obſcurior erit tyrannis, quocunque tandem ſenſu tyrannum accipias, ſiue *de iure*, ſiue *de facto*, vt loquuntur Doctores, hoc eſt, ſiue iniuſtus ſit inuaſor, ſiue iniquus adminiſtrator, quod quidem vtrunq; ſplendidiſſimè liquet in Hērico.

De iure.

Etenim primò regni diadema, quod prætēdit, armorū vi ſibi acquiſiuit, præter authoritatem legum, cùm diuinarum, tum humana-

rum:

rum: per quam & de facto, & de iure, perque ſententiam expreſſam ab eo excluſus eſt, ceu criminis læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ reus, in primo capite, vt dictum eſt ſuprà. De facto.

Secundò, tyrannum ipſo facto ſe declarat, dum apertè perſequitur Catholicos, cùm Eccleſiaſticos, Sacerdotes & Epiſcopos, tum Laicos; qui partes ipſius non ſequuntur: quorum fortunas, vitam, libertatem, honorem, familias opprimit exilio, carceribus, ſuppliciis cùm ſecretis per venena, vt iam dictum, tum violentis & ſanguinariis: quæ ab eo tempore, ex quo rerum in Gallia potitur, prodita ac viſa ſunt partim Turonii, partim Pariſiis: vbi ne vel in vnum hæreticum, ſed in ſanctæ duntaxat Vnionis ſocios proceſſus inſtitutos conſtat: in quîs ſolis exagitandis tempus omne teritur, neruiq; omnes intenduntur: quibus eiuſmodi imputantur crimina, qualia ſunt duo in edicto proditionis Pariſiẽſis reſeruata, quæ non niſi velum ſunt tegendæ iniuſtitiæ iſtius, & colorandæ vindictæ tam manifeſtæ, ſiue accuſatio vera ſit, ſiue falſa. Ex quibus primum eſt eorum, qui perſonam tum defuncti Regis, tum ſuam adorti perhibentur. Quaſi mors defuncti Regis tantæ illi curæ fuerit atque cordi: qui tamen lętitiam ſuam inde perceptam ſatis ſuperque litteris ad Heluetios ſcriptis, Anno 1590. 18. die Aug. declarauit, verba faciens de Rege, *Quòd Deus vindictam ſumpſerit de veteri hoſte ſuo:* cui & bellum intulit. Quaſi etiam

non inter omnes conſtiterit, vt mors hæc conſilio non humano accidit (ſicut dictum eſt ſuprà:) ita hunc nō niſi prætextum fuiſſe, comprobandi crudelitates, quæ hac in cauſſa poſtea perpetratæ ſunt: & illius quidem perſonæ reſpectu, quaſi crimen appellandū ſit id, quod ius naturæ & belli permittit, imò exigit, aduerſus hoſtem tam apertum, & capitaliſſimū Mundi totius: Item quaſi vir bonus nullus & partis Catholicæ fuerit, qui non id perpetrādi deſiderio debuerit laborare. Et nihilominus hoc ipſum illud eſt, ob quod in patibula ſuſpenduntur, ad ſupplicia rapiuntur, quaternis equis dilacerantur & mactantur tam ſacerdotes, quàm Laici, vtcunque ficta & falſa ſit accuſatio: quę pendet non niſi à voluntate communi: quæ quum nō debeat deficere in quoquam, comparata eſt ad excitandum omnes ad idem illud, quod Iacobitarum Pariſienſium Priori accidit Turonii: cuius vel ſola cōfeſſio de lætitia ſua, quam ex morte defuncti Regis perceperat, ipſe & alii complures, ſufficienti argumēto fuit ſupplendi infirmitatem falſorum teſtium, & perferendi ſupplicii ſui grauitatem.

Prior Iacobitarum cur ſupplicio affectus.

Prætextus mortis Briſſonii.

Alterum crimen eſt de morte Briſſonii, præſidentis Pariſienſis: quæ coloratur titulo generali iniuriarum factarum hominibus eiuſdem partis: tanquam ſi eſſent ſolliciti de vindicādis ſociis ſanctæ Vnionis, quos omnes peremtos vellent: aut tanquam ſi & Briſſonius

nius

nius ſollicitus fuiſſet: aut quaſi machinationes & proditiones eius contra partem Catholicam, & nominatim machinatio corrumpendi milites præſidiarios Anno 1590. & iniqua pro ſufficienter conuicto proditore quoppiã lata ſententia Anno 1591. non meridianâ luce clariora eſſent: præter impuritatem & ſcandala illius: cuius falſitates, rapinæ, corruptiones omnis generis; quæ tanto eum periculoſiorem efficiebãt, quanto maiori erat ingenio, abſolutiori doctrinâ, & auguſtiori munere præditus, vindictam ad Deum clamitabant. Ob quæ iudices ipſi, qui tamen ſe cauſſam eius amplecti ſimulant, & ipſe Præſidens Harlæus, ogo tempore antè, loco Barnabæ quod nomen erat ipſius, Barrabam eum nominabant: & ſpeciatim ob delicta poſteriora, & recenter commiſſa: ob quæ actio erat parata, & patibulum in promtu. Aut quaſi exceſſus ſolus formæ excuſari non poſſet in populo iuſtè irritato, & cui, poſt tantum contemtũ, in querela ipſius æquiſſima, poſt tot iuris denegationes, factas ab iis, qui ius præſtare tenebatur, interq; tot diſcrimina rerum, incerto quo confugiendum, aut cui fidendum eſſet; plus roboris & neceſſitatis allatum fuit, quàm voluit, & quaſi non debuerit culpa imputari iis; qui quum deficiente iuſtitiâ, authores extitiſſent tantæ confuſionis, viâ aliâ, & longè deteriori priore, quæ excuſari nunquam poterit, abſoluerunt: quaſi abſolutio, inde facta, & in

Parlamento comprobata propugnari non debuiſſet: Breuiter quaſi hæc non pedica fuerit conſtringendis Catholicis: eorumque numero quomodocunque diminuendo.

Numerus ſedecim condemnatorum in iudicio.

Idem apparet, ſi circumſtantiæ ipſæ iudiciorum illic factorum conſiderentur. Etenim iudicibus iſtis voluptati fuit, ſedecim, quopiam die, ſupra rotam in effigie, & duodecim in fulcimento collocare, qui redirent cū quaternis 4. Decembr. 1591. eodem in numero ſenûm denûm: quibus ita illudere poſſent, quos ſuſpendio & rotâ affeciſſent. Nunquid verò ad complendum numerum ſumere oportebat eos; qui inſontes erant & innoxii? Planè vt Caligula quondam, condemnatorum penuriâ, quos beſtiis deuorandos proiiceret, primos quoſq; corripiendos curauit qui in theatro reperiebantur? Vnde ſanè ipſimet poſtea, veritatis conſtantiâ permoti, impunè quoſdam dimiſerunt, & ſententiam latam irritam fecerunt. quanquam eodem etiam in numero collocabant Patrem illum Religioſum; quem Ob hoc vnum morti addixerunt, quòd Briſſonius moriturus ei confitebatur. Digni certè; quibus aliquando, mortis ſub horam, adſit nec ſacerdos, nec clericus: quandoquidem carnifices ſe reddunt eorum, qui munere illo perfunguntur. Etenim quam culpam gerat Confeſſarius mortis eius, quem conſolatur, & cuius quærit ſalutem? Aut quæ hæc in defunctum charitas ſit, ſi adimas vitam temporalem

Dion. In Calig.

poralem ei, qui officium ſuum eo exſequi voluit, vt vitam ipſi ſeruaret æternam?

Huius farinę eſt ſpecioſus ille prętext⁹, quo viduæ Briſſonii cōmiſeratione duci ſe fingūt, quam bullæ inſtar inflare ſolēt, ex fortunis tot pauperū, aut, vt loquitur ſcriptura, *abſconditorum Dei*: vt vel dirūpatur tandē. Quę crocodyli & inſatiabilis cuiſpiā Lamiæ, lacrymæ ſunt, dolorem ſimulantis eius, quod maximè cōcupiſcit. Quam in theatro publico collocāt proinde atq; Portiā erga Brutū, Corneliam erga Gracchū Artemiſiam erga Mauſolū, cōpoſitis bellis iſtis ſcriptis; quę nomine eius per Galliā diſſeminata ſunt: eius; quæ maritum ſuū odio proſequuta ſit, quæ nec ipſa honeſtè de eo locūta, nec alios loqui pati potuerit, cui ſummæ voluptati fuerit maritum contriſtare, atq; vexare. Quaſi verò nemini notæ ſint rixæ atque turbæ, quas mutuò exercebant, qui ſe mutuò non videbant vnquam, nec etiam viuere vnâ poterant: qui familiam ſinguli ſeparatam adminiſtrabāt, ille rure, hæc in vrbe: vnde fida iſta ſponſa domum replebat adulteriis & inceſtibus, abuſa nefariè illo ipſo, cuius libidininibus filiam ſuam dediderat, & à facinore cuius nouerat grauidam eam factam fuiſſe; qui Prior erat Longipontanus: & quidem in Monaſterio ipſo. Contra quod maritus ius exercendo, apud plures ſæpè conqueſtus eſt de multiplici iniuriâ, quam ab ea accipiebat; quæ vtrique nimis nota erat, ac proinde maio-

Pretextus viduæ Briſſonii ridiculus.

Pſal. 16.

ri cum ſcandalo publico coniūcta: qui vt vno verbo petulantiam eius tum linguæ, tum impudicitiæ, qua agitabatur, oſtenderet, appellare illam ſolebat Canem, vſus his verbis: *Ceſte bracque me faict mourir*, Hæc Canis gallica morte me afficit: *Ce ſont des traicts de ma bracque*, Hæc iacula ſiue inſidiæ ſunt Canis meæ gallicæ, &c. Aut quaſi ignotum ſit, eam gelodacryam illam eſſe, quæ exterius deplorat id, quod interius ei riſum mouet. Cui condemnationum odor ceparum atque ſuffimenti inſtar eſt, vt quondam Præficis; quæ funera deplorabant, eius, cuius mors ipſis carior erat vita. Vnde etiam illa dies agitat feſtos, tanquā de porco in carnario. Similis vetulæ Acconi iſti, quæ prouerbio *Akkezein* locum dedit, ſimulanti nolle ſe id, quod maximè cupiebat, & indolere ei, quod aliter non eſſe, vehementer dolebat. Aut potius Babyloni iſti, vino ſcortationum ſuarum & ſanguine bonorum ebriæ: quæ proinde ignis, maris, & inferni inſtar, dictitare non ceſſat, *Affer, affer*, &c. *Apoc.17.*

Hæc etenim tegumenta ſunt, quibus tyrannis tantiſper velatur & obtegitur, dum iis reuelatis, & irritis redditis, Religio ſimpliciter & apertè in crimen vocatur. Cui rei documento ſunt ſilentium principiò Prædicatoribus imperatum, vis illata ſcholis, nominatim Sorbonæ, inſidioſæ obſeruationes in eos; qui deuotiſſimi ſunt, & confiſcatio etiam bonorum, citatioq; ad breue triduum quorundam Catholi-

Catholicorum, facta poſtmodum hoc ipſo menſe, ob vnicam hanc cauſſam, quòd Conſilio ſedecim virorũ interfuerunt, & prædicationes Vnitorum frequentârunt. *Menſ. Iul. 1595.*

His omnibus probè conſideratis, facilè iudicatu eſt, an mirum videri debeat Hominem Gallum, æſtuantem Zelo Ehodi, Phineæ, & aliorum, qui Zelo religionis & populi ardentes, manus violentas tyrannis iniecerunt, machinatum eſſe ictum, adeò cum omnibus illis comparandum, quantò omni modo is, in quẽ directus fuit, eſt maior & excellentior.

Rationes & vtilitates ſpeciales machinationis Caſtelli.

CAP. XV.

QVOD ſi omnia iſta non ſufficiant: tunc Caſtellus niti poteſt fundamento vtilitatis publicæ, cùm Spiritualis, tum temporalis, quoad Religionẽ & quoad Ordines; quæ inde dubiò procul redundaſſet vberrima, ſi ictus ſucceſſiſſet.

Etenim *primò* à Galliâ anathema abſtuliſſet: vt quondã à populo Iſraëlis mors ſacrilegi Achanis, & ſcortatoris zambrii cum ſcortatrice Madianitica: cuius vtriuſq; mors irã Dei ſedauit, & filios Iſraëlis in priorum victoriarum curſum remiſit: Deus quandoquidem aper- *Prima Caſteliani conatus vtilitas.*

tè dixit, *Eos coram hoſtibus ſuis ſubſiſtere amplius non poſſe, neque ſe inter illos porro futurum, niſi interimerent eum, qui ſacrilegium commiſiſſet.* Item, *Phineam ſedâſſe iram eius, ne exterminaret Iſraelem.* Quod tantò magis locum hic debet habere, quantò minus compararari poteſt cum ſcortatore Zambrio adulter & inceſtuoſus, corporalis & ſpiritualis, quique in horum flagitiorum cęno apertè volutatur: & cum ſacrilego Achane is, cuius ſacrilegia omnis generis toti mundo perſpecta ſunt. Vnde proinde magis neceſſarium eſt edomare ac tollere eum, qui ſcelera ſceleribus ſolet cumulare.

Ioſ.7.

Num.25.

Secunda.

Secundò, Caſtellus, ſi ictus ei proceſſiſſet, abrupiſſet curriculum rerum ſecundarum hominis ſpurii, adulterini, hęretici, generati, concepti, nati, nutriti & educati in hæreſi, interque hæreticos: quo modo & Galliæ regnum à minis Dei, quas per Prophetam pronunciat, liberâſſet: *Ecce*, inquit ille, *Oculi Domini ſunt ſuper regnum, quod peccat: & comminuet illud è medio terræ.* Quũ.n. propior via non ſit in peccatum adducendi regnum, quàm quum ſtabilitur in eo hæreticus & ſchiſmaticus, tum hæreſis & ſchiſmatis reſpectu, tum ſcelerum atque flagitiorum; quæ vulgò vtrunque conſequuntur, & experientia eius in Gallia teſtis eſt; vbi ſimonia, inceſtus, abuſus bonorũ Eccleſiæ, & immutatio omnis ordinis ac diſciplinę eccleſiaſticæ, à tempore regni iſtius præ-

Am.9.

tenſi

tenſi liberè & impunè graſſantur. Sanè omnis iſta maledictio meliùs & citiùs diuerti nequit, quàm ſi radix eius præcidatur, hoc eſt, è medio tollatur is, qui influentiæ illius aſtrũ eſt principale.

Tertiò Caſtellus deſtruxiſſet corpus peccati; quod in Gallia iam erat formatum tam per nouas hæreſes, præter Caluiniſmum, quàm per vniuerſalem corruptionem bonorũ morum, ſub qualibet ſpecie vitiorum. Nam ad hereſes quod attinet, eiuſcemodi ſunt. Prima, *Hæreticum relapſum, & nominatim à S. ſede excommunicatum non amittere Regni thronum:* Altera, *Regem talem eſſe legitimum, datum atque ordinatum à Deo:* Tertia, *Nec Eccleſiam, nec Ordines illum priuare poſſe hoc iure. & omnino Principes omnes dignitatibus aut regnis ſuis, ob ſcelus aut hæreſin quamcunque, non priuari poſſe:* Quarta, *Illos nec poſſe ſubditos ab obedientia ac fidelitate ipſis debita abſoluere:* Quinta, *Reſiſti poſſe eiuſmodi iudiciis, & ea non obligare, quoad conſcientiam:* Sexta, *In actiones & conſcientiam Principis ſui non inquirendum:* Septima, *Legem Salicam nequaquam poſſe regulari, aut modificari à religione Chriſtiana:* Octaua, *Hæreticum per Dei gratiam Chriſtianum eſſe:* Nona, *Non licitum eſſe reſiſtere Principi hæretico:* Decima, *Regem Catholicum poſſe permittere in regno ſuo duas religiones:* Vndecima, *Hæreticos non puniendos, nec vi cogendos eſſe, vt ſint Catholici:* Duodecima,

Tertia.

Hæreſes nouæ Gallicanæ.

Etiam pro excommunicatis tam mortuis, quàm viuis preces fundi debere, & publicè quidem in Eccleſia: ad quod cogi poſſint membra Eccleſiæ, ſub pœna profligationis è regno: Decima tertia, *(confeſſiones poſſe reuelari, in iuſtitiæ bonum.* Huius generis & aliæ propoſitiones ſunt hactenus inauditæ in Gallia: quæ recens excluſæ, prout paſſio vel affectus eas concepit, quamprimum authoritatem nactæ ſunt in ore tum Eccleſiaſticorum, tum Parlamentorum in Gallia: maioreq́ſubinde pollebunt, quo ad regnum iſthoc durabit: ob quas ipſas *miſer Ioſeph in ſeruitutem redactus eſt, & linguam audit, quam haud intelligit, quamque nec ipſe, nec patres eius didicerunt,* &c.

Pſal. 80.

Ad mores deinde quod attinet, ictu ſuo Caſtellus Ordines reformaſſet, ſi ille proceſſiſſet, & vetus inde fermentum expurgâſſet: profligando ab Eccleſia ſimoniacos, à gubernaculis prædones, à rationum Cameris fures, ab iuſtitiæ throno iudices corruptos, à Curia lupanar, à Conſilio atheos, & omni à parte hęreticos.

Quarta. *Quartò*, Caſtellus pœnas peccatis tum huius ipſius debitas, tum ſuorũ, quas Deus vulgò de populis ſumit tolerantibus impios Principes, à Gallia diuertiſſet: quem in modum quondam populus Iudaicus peſte, gladio, fame, & feris, ôb Manaſſis, Regis Iudæ, peccata punitus fuit: vt teſtis eſt Hieremias. Quo certè ipſo iudicio, Deus Galliam hodie affli-

Hierem. 15.

affligere cœpit: quando peſtis & morbi contagioſi intra vrbes graſſantur, fames ceſſantibus commerciis, & meſſe tenui admodũ exiſtente dominatur, & feræ diſcurſantes per campos diripiunt auidè viſcera noſtra, etiam in confiniis Lutetiæ. Quæ tantò grauiorem horrorem incutere debent Galliæ, quantò minùs delicta ſua excuſare poteſt: vt quæ Iſti tam arctè deuincta non eſt, quàm Iudas fuit Manaſſi, qui rex erat legitimus; qualis iſte non eſt: & filius optimi regis Ezechiæ primogenitus, non in gradu viceſimo ſecundo, à ſancto Ludouico, vt Iſte eſt: quique non condemnatus erat iure Speciali & perſonali ab Eccleſia & Ordinibus, vt conſtat Iſtum eſſe.

Quintò, Aperuiſſet oculos, & exemiſſet ſcrupulum iis, qui ſub vanitate iuramenti, aut promiſſionis præſſitæ excommunicato (quæ obligare eos tamen nequit:) & *pactionis factæ*, vt loquitur ſcriptura, *cũ Inferis & morte*, prorſus ei deuinctos eſſe ſe putãt. Vnde effeciſſet, vt, obiecto non exiſtente ampliùs, quilibet minimum iuramentum Deo & Eccleſiæ in Baptiſmo factum, memoriâ repetiiſſet, peccatoque inde ſuò agnito ad ſe rediiſſet *Quinta.*

Sextò, Ingentibus commodis Catholicos afficere potuiſſet, liberaturus è vinculis illos, qui per Galliæ vrbes miſerè exagitantur, ſuppliciis mactantur, inſidioſè per ſingula momenta obſeruantur, libertate colendi Deum & ſic pane ſpirituali priuantur, adeò vt & *Sexta.*

Scholæ paſſim,ſicut dictum eſt, nefariè polluantur, ac violentur. Idem diſperſos etiam Iſraëlis filios, & omnes eos, qui ob Eccleſiæ cauſſam,in exilium eiecti ſunt,recolligere potuiſſet, effecturus vt, obitu Herodis, Ieſus Chriſtus in Iudæam reuerteretur: quod ſuo aliquando tempore, & citiùs voto illorum fiet.

Septima. *Septimò*, Ipſos etiam Politicos charitatis ſuæ participes,feciſſet: Ab horum enim ceruicibus ſeruitutem amouiſſet eorum; qui Catholicos ſe nominantes, coacti à ſua vanitate, qua & vitulum & vitulam, vt Ieroboami tempore factum,adorant, ad tantam ſe impietatem abiiciunt, vt verba facientes de hæreſi, aut hæreticis, præſentibus vno vel duobus, dicere ſoleant, *Religio*, & *Religionis ſocii.* Quo pacto,contra conſcientiam ſuam,meretricem honorantes (miſerorum Anglorum & Amurathis Turcici more, qui in litteris ſuis virginē & iuuenculam appellant illam, quam norunt veram Meſſalinam, & omnium inſatiabiliſſimam totius huius ſeculi eſſe, terram etiam, eius nomine conquiſitam, *Virginiam* appellantes:) perdunt quod adhuc olei, & luminis in ipſis ſupererat, ſalem ſuum infatuant, & dignos ſe reddunt, qui iuſto Dei iudicio, & iuxta verbum ipſius, ad pedes vt lutum proiiciantur.

Merc. Gallo-Bell.

Ioh.12.

Matth.5.

Octaua. *Octauò*, Magno labore & multo ſudore liberâſſet eos; qui cis & vltra montes Dagonem illum

illum Philiſtinorum, aut potiùs Draconem Babyloniorum adorant. Quæ, idola proinde atque infantes rumas, ambire ſolent, adeoq; ſe, iis quaſi pupis, implicant, honoraria, & anathemata eis offerendo, argentoque ipſos ſe, emulgendo: in eum finem, vt partim Beli edulia, partim verò Draconis maſſas, quas Daniel in os eius indidit, obtineant, corrumpendo tantæ iræ occaſionem, vt Cotys quondam corruperat, quum pulcherrimum vas teſtaceum comminuiſſet; deſiſtant verò ventum ſectari, qui nonniſi, ad præcipitium illos deducit: & potiùs diſcant in poſterum honorem habere Arcæ, quæ eſt corpus Ieſu Chriſti tum verum, in ſacrificio Miſſæ, tum myſticum in Eccleſia, quàm idolum colere velle quod aliter in religione non comparatum eſt, quàm eſt piſcis ſine pedibus: ſic autem in conſcientia compūcti, quā à tergo poſuerāt; turpitudine ipſorū detectā, Philiſtinorū more, approperantes, maturrimè peccata ſua confiteantur, agnoſcentes Eccleſiam Ordines ſuperare. Et *Arca poſita in curru nouo*, hoc eſt, mediam inter Eccleſiam renouati, & aliam induti vitam, quàm aulici ſimoniacl enſes ipſorum agant, *illam remittāt* vt trahatur *à vaccis, quæ vitulus ſuas oblita sūt*, h. e. deducatur à Catholicis, qui norūt relinquere vxores, liberos, & quicquid habent, religionis ſuæ cauſſā: & deberent ipſimet ſacrificari, ad eundem *in Bethſamet*, hoc eſt, domum ſolis; qui eſt Deus, & quo

Iud. 16.
Dan. 14.
3. Reg. 5.
Iniuria fit corpori I. Chriſti, quando appropinquatur excommunicato.

ſpiritus Dei illos deducit. Et omninò inde iudicent, vt Philiſtini, iniuriam à ſe Deo illatam, cauſſam eſſe ſuæ infelicitatis: cui proinde aliud ſeruitium præſtare diſcant.

Nona. *Nonò*, Caſtellus noſter effeciſſet, vt ſanguini Gallicano, reliquo cùm Principum, tum Nobilium Catholicorum parſum fuiſſet; quē Iſte porrò profundet: vt quidem fecit hactenus. Teſtis eſt Condæus Princeps, cognatus eius, qui à propria coniuge, quam antea Iſte vitiauerat, veneno ſublatus fuit. Teſtes ſunt bini Cardinales Bourbonii; quorum alter auunculus eius fuit, (ad quem potius, ſi Baldi exceptio habeat locum, quàm ad Iſtum hunc regni ius pertinet) quē in carcere morte mulctandum curauit: alter verò, cognatus eius; quem ſuamet confeſſione veneno necandum curauit, idem, aut trunculentiùs quid, defuncti huius fratri germano minitatus. Teſtis eſt & defunctus Dux Nemourſius: contra quem quum nihil poſſent arma, vincula, proditiones nefariȩ, ad venenum tandē conclamatum eſt, vt cum cæteris è medio tolleretur, quod ipſum recens in Ducem Aumalium, à Parlamento Pariſienſi facta condemnatio locupletiſſimè teſtatur. Et hac viâ progredietur cum aliis, vt vt propinquitate ipſi iunctis. Præter Principes, idem teſtantur Nobiles; velut Dominus d' O, qui veneno occiſus eſt, traditâ adminiſtratione eius hæretico Boullionæo: atq; adeò Nobiles Catholici omnes; quos tā egregiè

gregiè periculis ictuũ exponere nouit, quàm ſubtiliter ſe & alios Hugonotos inde retrahere: velut ipſemet teſtatur in litteris ad Reginã Angliæ, 15. d. Mar. 1590. ex Caſtris Yvrenſibus ſcriptis, iactitãs, ſe nõniſi pauculos Hugonotos, perplures verò Cathol. *quos totidẽ deſideratos hoſtes reputarit*, in prælio amiſiſſe: qui tamen interim *magnam mœſtitiam ſe diſſimulaſſe* dicit. Sic nota ſunt quæ recens Durlani peracta fuêre: Vbi dictus Boullionæus, irretitis ibi reliquis Catholicis, artificiosè nouerat è turbis ſe eximere, ſtratagemate quopiam vſus. Et quis non nouit perparuum dolorem, quo Iſte affectus eſt, ex tam ingenti clade illa; in qua plures, quàm quingenti Nobiles deſiderati fuerunt? Innuens, hanc partem eſſe eius, quam deſiderauerat amittere. Vnde ſanè Catholica Nobilitas oculos tandem aperire debebat, & pudore ſuffundi, & palleſcere horrore, animaduertens Dei in ſe & ſuos iudiciũ: quod ceu Eccleſiæ filii, poteſtatem habentes *ambulandi ſuper aſpidem, & baſiliſcum, & pedibus conculcandi draconem & leonem*, miniſtrant illi, cuius Domini eſſe poſſent, facti ita perditionis filii, & propugnaculum hæreticorum: imò lectica equorum Satanæ (hæc etenim figura eſt, ſub qua Deus in viſione S. Antonio hæreticorum ingenium monſtrauit) & ſub excremento viliſſimo & abiectiſſimo collocati. *Pſal. 90.* *Athan. in vita.*

Decimò, Abrupiſſet per conſequens, cur-

ſum deſperati iſtius Neronis; qui vili proſtituens pretio id, quod clam furatus eſt, & ſuũ non eſſe nouit, dicere ſolet, quod quondam ille Romæ, poſt Tiberium : *Me mortuo terra vndique igni miſceatur & peſte*,&c. Aut potius nouitii iſtius Abimelechi; qui fratres ſuos occiderat,vt de Republica certior eſſe poſſet:vtque prædictio facta de eo Gallis, ſic vt quondam de Abimelecho ſichemitis per Ioathamum,ipſis dicentem, *Rubum eſſe,vnde erumperet ignis,qui incenderet ipſorum vrbem* (vt poſtea accidit) effectum ſuum hic itidem ſortiretur.

Suet. in Tib. & Ner.

Iud. 9.

Vndecima.

Vndecimò, Ab Omnibus illis malis, quibus cum Gallia,triginta iam annis, conflictatur eodem illo ictu liberâſſet : quæ mala pretio ſanguinis tot millium hominum, qui occaſione Iſtius fuerunt interemti, contracta ſunt : neceſſarium quandoquidem eſt quocunque caſu religionem confirmari: quod viuo iſto fieri nequit, qui caput eſt ſerpentis vitam ſuppeditantis toti corpori. Vnde antè omnia ipſum comminui neceſſariò requiritur.

Medium confirmandæ religionis.

Duodecima. *Medium pacandæ Galliæ.*

Duodecimò, Hoc ceu medio vtiliſſimo reconciliare potuiſſet Regnum cum ſanctitate ſuâ,& potentiſſimo Rege Catholico : contra cuius vires & in gratiam Iſtius,quicquam machinari velle,res eſt ridicula, pniciosa, & ſummo dedecori Gallis, ſi conſideres beneficia à Maieſtate eius in ipſos profecta : cui tamen bellus iſte miles ſtultè, temerariè, in detrimētum

tum ſtatus publici exitiumq; certiſſimum eorum, qui illam ſequebantur, bellum denunciare eſt auſus.

Decimotertiò, Quum non Gallia, nec Catholici, ſed ille ipſe & aſſeclæ eius, cum hæretici, tum hæreticorum fautores, bellum hoc acerbum ac diuturnum gerant, vt magnus iſte Monarcha (Scilicet) expreſsè patētibus ſuis litteris poſtea declarauit. Nemo adeò rationis expers eſt, qui non iudicare poſſit, viam inhibendi veſtigatores omnium breuiſſimam fore, beſtiam, quam veneris, humi proſternere atque ſepelire: quum abſurdiſſimum ſit conſpici Galliam dilacerari adeò propter eum; qui hoſtis, excrementum, anathema & ſcandalum eſt Galliæ: & vitam profundere velle pro eo; cuius vita mors eſt, & mors vita boni publici atque patriæ. Sanè ſi elephandentes ſuos elidit ac deſerit, & caſtor teſticulos, vt à morte ſe eripiant: quantò magis id Gallia (& naturalis Gallus quicunque pro ea) ad declinandum bellum iſtud factitare debet, ſumtu hominis nonniſi vnius: & talis; cum quo illi minimum negotii eſt: quum non niſi filum in lingua, apoſtema in carne, ſcabies in cute, clauus in pede, argema in oculo, febris in ſanguine, paralyſis in neruis, phreneſis in capite, & diabolus in toto corpore ſit, quòd ipſe ſurdum ſimul, & cæcum, & mutum efficit?

Decimatertia.

Bellum non niſi contra hæreticum & fautores eius fieri ſolitum.

Decimoquartò, Non tantùm Diuiſionem inter potentiſſimas duas Monarchias exor-

Decimaquarta. Diuiſio Galliæ

& Hiſpaniæ funeſtiſſima. tam, quâ Chriſtiano orbi nulla vnquam fuit funeſtior & exitioſior, ſuſtuliſſet. Sed etiam inuentionem illam diabolicam, faciendi ex amicis inimicos, ex bello religionis cauſſâ ſuſcepto bellum ſtatus publici, & ex bello contra hæreticos & fautores hæreticorum indicto bellum regni contra regnum. Sic idem abſtuliſſet maledictionem illam contrariam coniungendi cum Catholicis hæreticos, hoc eſt cũ igne aquam, cũ lumine tenebras. Quod viſum in Gallia, niſi ſub Iſto, non fuit: qui, vt ſtabiliat ac promoueat hæreticos, nouit tam egregiè (attamen maximo cum Gallorum dedecore) ſubblandiri & aſſentari aliis, quodcunque tandem ſeruitium inde hauriat. Præterea effeciſſet, vt per pacem tam bonam atq; certam, quàm iuxta Deum, Eccleſiam & leges Galliæ tam horribiliter violatas, fieri poteſt, vires omnes conuertantur in exitium impiorum, cùm hæreticorum in regno & prouinciis vicinis, tum Turcarum & Mahometanorum extra regnum.

Decimaquinta. *Decimoquintò,* Abſtuliſſet abuſum & deteſtabilem fraudem vani prætextus eorum; qui *Fraus Gallorũ deteſtabilis.* ſimulãtes ſe pugnare pro rege legitimo & naturali, ac mori velle in honoris lecto, ſeipſos ſepeliunt in execratione publica Dei, Eccleſię & hominum: in abyſſo damnationis, exitio animarum ſuarum, & irreparabili damno vitę terreſtris & æternæ: cũ turpi dedecore, in ſempiternum & omnem poſteritatem, fuiſſe ipſos proditores,

proditores,& infidos Deo, Eccleſiæ, patriæ ac propriæ conſcientiæ ſuæ.

Decimoſextò, Declinâſſet maledictionem & dedecus à Gallia, & Gallis: quod eſt pugnare pro hæretico, & ſub capitibus hæreticis: quum Gallis, primis omnium Chriſtianorum, hoc honoris habitum ſit, vt hæreticos oppugnarent, ſub Clodoueo primo Rege Chriſtianiſſimo. Vnde ſi per manum Galli interemtus fuiſſet is, qui Gallos dedecorauit, dedecus tantò etiam honoratiùs expiatum fuiſſet. *Decimaſexta. Maledictio & dedecus Gallorum propugnare pro hæretico.*

Decimoſeptimò, & potiſſimum Abrumpere potuiſſet exitii tot animarũ curſum, & amouere ſcandalum, quo Galli offenduntur: ſcopulum item; ad quem conſcientiæ ipſorum nauis confringitur: fermentum; quo corrumpuntur: veneficium; quo incantantur: peſtẽ; qua inficiuntur: venenum; quo ſuffocantur: toxicum Circes; quo in porcos tanſmutantur: arborem ſuperſtitioſam, ſub qua fornicationem ſuam ſpiritualem exercent: vitulum aureum; quem adorant, & circa quem, vt quondam tempore Moſis, choreas ducunt: Beelphegorem aut Priapum; cui ſe conſecrant: Molochum; cui liberos ſuos ſacrificant: Baalem; cui incenſa offerunt: Angelum abyſſi; qui ipſos inficit habenâ foraminis iſtius: montem peſtiferum; qui vniuerſam terram peſſundat: breuiter, vno ictu omnia iſta amouiſſet, ſineq; magno ſumptu Deum illum; quem *Hier. 3. Exod. 32. Num. 25. Pſal. 106. 2. Reg 25. Apoc. 9. Hier. 15.*

tantopere iſti colunt, ad colluuiem aliorum Deorũ relegâſſet, ipſi ſimilium, hoc eſt, tyrannorum, & perſecutorum Eccleſiæ, Principum excommunicatorum, *& gigantum aſſuetorum ad bellum*, vt loquitur ſcriptura, ad domiciliũ ipſi præparatum tenebrarum exteriorum, ad quod ingrediatur, vt Rex Babylonis, & Lucifer longo tempore antè. Et vt, velut loquitur Propheta, *Inferi omnes commoueantur, omnesq́, obuiam ei procedant*, ad ſubminiſtrandum ei cum ipſis locum: ad fruendum ibi ambroſiâ ignis, *ſulphuris & grandinis, & flatus tempeſtatũ*, & bibendum plenis buccis dulce nectar fundi poculi iræ Dei & fæcis ei ac meretrici Babylonicæ reſeruatæ: quod & aliis inde bibendũ propinauit. Quòd ſi dicatur, Dei miſericordiam vberem eſſe, ac proinde tempus abbreuiatum ei iri, vt damnatio ſit minor: ſciendum, quo longior illi vita ſuppetit, hoc damnationem magis creſcere: & non niſi metuendum, vnum videlicet Deum, vnâ cũ illo, perdere velle omnes eius aſſeclas: ac reſeruare eũ, vt abripiat ſecum ſetinam omnem latronum ipſius: velut moriturus ſerpens facere ſolet: & gibbus peſtilens, omnes peccantes humores corporis abripiens: & quondam Catilina Romæ fecerat; quem hanc ob cauſſam Conſul Cicero ſolùm morte afficere nolebat, licet in poteſtate ſua conſtrictum: quò omnes vnâ exiſtentes, & vt loquitur ſcriptura, *omnes piſces draconis Leuiathani*, &c. vnâ ſimul internecione de-

Bar.3. *Eſa.14.* *Pſal.10.* *Pſal.75.* *Apoc.16.* *Salluſt.* *Cic.1.Cat.*

ne deleat. Quod in iis apparet, de quibus alibi dicitur, *Fœdus illorum cum Inferis, & pactionem illorum cum morte ipſis comminuendis ſeruire.* Et, Illorum, qui beſtiam adorant, & imaginem eius, fumum cruciatus aſcenſurum in ſecula ſeculorum: nec habituros requiem die nec die, &c. *Eſa.28.* *Apoc.14.*

Præterea Caſtellus (vt, relictâ Galliâ, ad generalem Eccleſiæ ſtatū perueniamus) vindicare potuiſſet ſanctam ſedem tum ab importunitate eorum, qui abſolutionem petūt, pro eo, qui ſanctæ ſedi illudit; tum à periculo abuſus & fraudis certiſſimæ, inde ſi ea impetretur exorituro. *Importunitas facta ſanctæ ſedi.*

Quis enim primò, præmeditata illa artificia & linguas compoſitas ignorat, quibus nigrum faciunt album, & album nigrum? Cuius farinæ eſt & legatio prima, facta per Ducem Niuernenſem, & recens hodierna, quæ tractatur, item omnium eorum; qui, hac viſi opportunitate, cis & vltra montes, paſſionum, cupiditatum, imaginationum & commoditatum ſuarum priuatarum & temporalium nixi fundamento, vacui vt ſunt Zelo honoris Dei, & diſciplinę eccleſiaſticę, ſanctam ſedem exagitare audent. *Artificia legationum.*

Euitari porrò potuiſſet ſcandalum, ſuper auaritiâ & cupiditate eorum fundatum, qui, quum ſpiritum amiſerint, *propterea quòd ſunt inter ſe diuiſi,* vt loquitur S. Iudas, & deſeruerunt primam fidem, eandem de ſe ſpem con-

citant, quam Iudas concitauit, ad prodendũ eum, in cuius ſocietate fuit.

Media defraudandi S. ſedem.

Secundò, Nemini ignota ſunt fallendi media, quæ ſuppetunt omnia ſupplicanti: vti naturalis eius malitia, deſtinata, certa atque perpetuò continuari ſolita impietas: Obligatio, quã tenet per Maximas Status, quæ vnica eſt religio, quam ſequitur: promiſſa præſtita omnibus hæreticis, intra & extra regnũ: Conſiliarii hæretici, tum Lutherani, tum Caluiniſtæ; quos à lateribus ſuis habet, indiuiduos comites, eosque, quos terræ ſuperficies continet, quàm verſutiſſimos & callidiſſimos; à quibus totus regitur; Parlamentum ei deuotiſſimum, conſarcinatum plurimùm ex hæreticis, omnibus ex partibus, tã Rupellâ, quàm ex aliis originibus Geneuæ, velut in Noæ arca, collectum, ſumptibus ærarii communis Hugonotorum, qui Ordines ſoluerunt, & reliquis Politicis, qui quum reuelare ſe non auſint, illos ſequi coacti ſunt; excuſationes omnis generis fictę ac caluę, & media excogitata elabẽdi per dilationes ſuper dilationes, excuſationes de bello, mole negotiorum, &, vt ante hac, de conuerſione ſua, per ſuppoſitionem nouorum & argutè inuentorum caſuum. Quæ omnia ſi deſiderentur: tunc oppoſitio tandem locum habet eorum; qui, in bonum publicum allegare ſolẽt mille argumenta, affabrè & ad placitum ipſorum cuſa; ſicut ſanè optimi horum inuentores, & neceſſariis inſtru-

inſtrumentis inſtructiſſimi ſunt: vt qui & ex muſca elephantem facere norunt: adeò vt ſi vel ſuper pede muſcæ decretum ferre debeant, remoræ, ad annihilandum omnia, eis haud deſint. Interim rebus ſuis egregiè inuigilant, vtramque ad conſtringendos Catholicos Ordinum & Eccleſiæ chordam tenentes, &c. adeò vt temeritas & arrogantia hæretica, inconſideratè eos etiam tranſtulerit ad exceſſus, quos cõmiſerunt, comburendo Bullas, irritas faciendo prouiſiones Romanas, proſcribendo Nuncium Papæ, Occidendo ſacerdotes & monachos, & ſimilia: vnde offenſione nulla opus habuerunt apud intelligẽtiſſimos & prudentiſſimos quoſque Conſiliarios publicos, vt tantopere maturarent antè, quàm ancora ſatis fixa eſſet: & omnino facerent tanto cum iudicio id, quod haud potuit furia: freti abſolutione, ceu medio recipiendæ halenæ extremo: quo vt pallio ad propiùs appropinquandum vterentur, tantiſper dum in foſsâ collocati, tormentis ingenioſè directis, propugnaculum religionis impugnẽt furibundi, eam ad ſuperandam, inque poteſtatem ſuam redigendam: hoc eſt, vt verbo dicam, ad liberandam Eccleſiam à fortiſſima, delicatiſſima & periculoſiſſima tentatione, qualis neque in hoc vnquam ſeculo, neque à Chriſtianiſmi condita fuit. *Tentatio ſumma in Eccleſi[a]*

Quòd ſi dicatur, hoc eſſe diuinare: præter acta præterita, ex quibus de futuris iudicare licet, vulpeculę, quam Leonis terrebant veſtigia,

ad exemplum, aut potiùs iuxta Prophetæ Hie-
Hier. 13. remiæ dictum, *Si Æthiops poteſt mutare cutem ſuam, aut pardus liuentes maculas ſuas, etiam vos poteritis benefacere, edocti malefacere:* præter hæc, inquam, nimis nota eſt malitia Miniſtrorum, quæ nixa authoritate ſummâ, nihil non poteſt: Cæci pugnantis cum Hercule in morem. Accommodatius igitur remedium non eſt, quàm ſtirpem, vnde hæc talia pullulant ac germinant, funditus exſtirpare. Etenim ſi vnus theſaurarius Cecilius, terræ filius, hoc eſt, hoſpitis cuiuſpiam nepos, cuius mater, nolebat appellari *Meſtris*, hoc eſt, Domina nobilis, tantiſper dum Mylordum illum creaſſet Regina, ſufficiens in Anglia fuit, Heræ ſuæ authoritate nixus, exterminandæ religioni Catholicæ, & omni exercitio illius: adeò vt peccata ſua confiteri, communicare, grana portare benedicta, recipere, aut non accuſare ſacerdotem criminis læſæ Maieſtatis non liceret: vt exploratores ſuos vndique haberet diſpoſitos; qui ſimulantes ſe Catholicos, adeoq; ſacerdotes ipſos, Miſſas dicendo intra & extra regnum, retegerent Catholicos, & ſecretiſſimas eorum cogitationes expiſcarētur: vt delatores & falſos teſtes, certis ſumptib. conductos, ſeruiendæ diſcretioni adhiberet: vt excogitaret ſubtilitates & quæſtiones captioſas, abducendis & conuincendis etiam innocentiſſimis eorum, de quibus neq; per ſomniū neque per febrim cogitabāt: vt præſidibus iuſtitiæ terrorem incutiēdo, eos deuotiſſimos ſibi & quaſi

canes

canes venaticos deuinctos, ad condemnandos eos, quos vellet, etiam Principes ipſos, haberet, ſicut Scotiæ Reginæ exemplũ clarè docet: præterea veneno tolleret eos; quos aliter non licebat interfici, velut Cardinalem Caſtillionæum Gallum, Ducem de Lennox, Scotum, & nuper admodum Comitem Derbyenſem ac coniugẽ eius grauidam (quæ tamen conualuit, ſed fœtu intermortuo:) quò nepti cuidam ſuæ dicti Comitis fratrem connubio iungere, indeq; Regno ſuccedere poſſet: atq; ita vniuerſum ſtatum illũ quaſi funditus euerteret, tyrãnidemq;, quæ nota & perſpecta eſt, illic ſtabiliret: ſi, inquam, hæc omnia ſolus ille potuit: quid quæſo decies mille Cecilios, adeò catos & callidos, qui non minùs, atque Cecilius iſte Anglicanus & hæretici ſunt, & homines ſceleratiſſimi, ſupremâ nixos authoritate, facturos ad moliendũ & conficiẽdum idem in Gallia, putes? Quum experientia teſtis ſit eius quid poſſint efficere, & initia iam facta omnis generis, quæ ante oculos omnium ſunt, idem luculentiſſimè confirment.

Hæ rationes ſunt, quib. Caſtellus, aut quivis alius, vtilitatẽ ictus ſui cõprobare potuiſſet: cuius ſanè effectu haud fruſtratus fuiſſet, ſiquidẽ ſucceſſiſſet: vt quidẽ varia docẽt exẽpla. Etenim quũ primũ Abſalom, vſurpator & filius tãto patre, qualis erat Dauid indignus, è medio ſublatus fuit, populus Iſraelitarũ pacis & otii trãquillitatem recuperauit. ſic quũ primũ Holofernes capite plexus eſt, caſtra Aſſyriorũ confuſa ſunt, *2.Reg.18.* *Iud.13.* *Iud.3.*

& populus Dei in libertatem vindicatus. Idem Iſraelitis obtigit interemto Eglone, Rege Moabitarum: ſiquidem mortuâ beſtiâ, venenum itidem moritur. Hîc igitur ſubſiſtendum erat, nec in medium afferenda incommoda, quæ de morte Alexandrorum & Cæſarum Narratores nonnulli allegant: in quorum motibus vt non de religione, ſed de ſtatu duntaxat politico dimicatum fuit; ita neque hoc in negotio, vbi religionis intereſt, ſimilitudinis quicquam eſſe poteſt: quum hæc ita comparata ſit, vt magnitudine ſuâ cæteris ſtatibus omnibus antecellat, pro cuius proinde defenſione nulla non pericula, demiſſo capite, obeunda ſunt: planè vt ſerpens, propugnando capiti, totum corpus omnibus plagis exponere ſolet.

Quemadmodum autem nonniſi Hugonoti ſunt, qui Alexandros & Cæſares hac in cauſſa allegant, ad gratificandum illi, qui ipſorum eſt Alexander & Cæſar (quippe plus religionis his duobus non habens) ad ſtabiliendam ita impietatem ſuam: ſic ſi cauſſam iſtam per antiquitatem, & hiſtorias merè humanas decidi oporteat, Caſtello ſatis hic iudicii ſuppetet, legenti apud auctores profanos exempla ſtatuarũ Harmodii & Ariſtogitonis; Sceuolæ item, manum exurentis in caſtris Porſenæ: et vtriusque Bruti: nec non eius; quod Cæſaris tempore in pede ſtatuæ ſenioris Bruti, ad excitandam virtutem alterius, ſcriptum fuit, *Brute dormis? Brute dormis? Vtinam, Brute, viueres!* cuius poſtea effe-

ctus

ctus contigit, & ſimilia apud Plutarchum, & alios: è quibus argumenta haurire, & à minori ad maius concluſionem inferre poſſit. Et ſi homines iſti, patriæ ſolius amore, quibus aliud lumen non præluxit, tantis ſe periculis obtulerunt, quid putas, Chriſtianum, & Gallum, & qui zelo ardet Phineæ, Ehodi, Eliæ, & aliorũ, de quibus paullò poſt dicetur, facere debere pro illa, pro qua Ieſus Chriſtus eſt mortuus, & in qua ſola in ſempiternum homines vitæ æternæ ſunt certi, quæ eſt Eccleſia Catholica?

Pars tertia.

Actum Caſtelli heroicum eſſe.

HACTENVS de iuſtitia & vtilitate actus Caſtelliani: ſequitur vt de circumſtantiis, è quibus & virtus illius refulgeat, ad collocandum illum in gradu, quẽ quidem attingere poſſit, ſupremo, agamus, ſicque toti Mundo patefaciamus, actum, de quo agitur, purè purè heroicum eſſe.

Cæterùm, quia totum negotium in duobus conſiſtit punctis: Vno, de facti ſubſtantia: altero, de cõfeſſione ipſius: primo quidem; propter actionem ſemel peractã: & altero; propter per-

Digitized by Google

& Hiſpaniæ funeſtiſſima. tam, qua Chriſtiano orbi nulla vnquam fuit funeſtior & exitioſior, ſuſtuliſſet. Sed etiam inuentionem illam diabolicam, faciendi ex amicis inimicos, ex bello religionis cauſsâ ſuſcepto bellum ſtatus publici, & ex bello contra hæreticos & fautores hæreticorum indicto bellum regni contra regnum. Sic idem abſtuliſſet maledictionem illam contrariam coniungendi cum Catholicis hæreticos, hoc eſt cũ igne aquam, cũ lumine tenebras. Quod viſum in Gallia, niſi ſub Iſto, non fuit: qui, vt ſtabiliat ac promoueat hæreticos, nouit tam egregiè (attamen maximo cum Gallorum dedecore) ſubblandiri & aſſentari aliis, quodcunque tandem ſeruitium inde hauriat. Præterea effeciſſet, vt per pacem tam bonam atq; certam, quàm iuxta Deum, Eccleſiam & leges Galliæ tam horribiliter violatas, fieri poteſt, vires omnes conuertantur in exitium impiorum, cùm hæreticorum in regno & prouinciis vicinis, tum Turcarum & Mahometanorum extra regnum.

Decimaquinta. *Decimoquintò*, Abſtuliſſet abuſum & deteſtabilem fraudem vani prætextus eorum; qui *Fraus Gallorũ deteſtabilis.* ſimulãtes ſe pugnare pro rege legitimo & naturali, ac mori velle in honoris lecto, ſeipſos ſepeliunt in execratione publica Dei, Eccleſię & hominum in abyſſo damnationis, exitio animarum ſuarum, & irreparabili damno vitę terreſtris & æternæ: cũ turpi dedecore, in ſempiternum & omnem poſteritatem, fuiſſe ipſos proditores,

proditores, & infidos Deo, Eccleſiæ, patriæ ac propriæ conſcientiæ ſuæ.

Decimoſextò, Declinâſſet maledictionem & dedecus à Gallia, & Gallis: quod eſt pugnare pro hæretico, & ſub capitibus hæreticis: quum Gallis, primis omnium Chriſtianorum, hoc honoris habitum ſit, vt hæreticos oppugnarent, ſub Clodoueo primo Rege Chriſtianiſſimo. Vnde ſi per manum Galli interemtus fuiſſet is, qui Gallos dedecorauit, dedecus tantò etiam honoratiùs expiatum fuiſſet. *Decimaſexta. Maledictio & dedecus Gallorum propugnare pro hæretico.*

Decimoſeptimò, & potiſſimum Abrumpere potuiſſet exitii tot animarū curſum, & amouere ſcandalum, quo Galli offenduntur: ſcopulum item; ad quem conſcientiæ ipſorum nauis confringitur: fermentum; quo corrumpuntur: veneficium; quo incantantur: peſtē; qua inficiuntur: venenum; quo ſuffocantur: toxicum Circes; quo in porcos tanſmutantur: arborem ſuperſtitioſam, ſub qua fornicationem ſuam ſpiritualem exercent: vitulum aureum; quem adorant, & circa quem, vt quondam tempore Moſis, choreas ducunt: Beelphegorem aut Priapum; cui ſe conſecrant: Molochum; cui liberos ſuos ſacrificant: Baalem; cui incenſa offerunt: Angelum abyſſi; qui ipſos inficit habenâ foraminis iſtius: montem peſtiferum; qui vniuerſam terram peſſundat: breuiter, vno ictu omnia iſta amouiſſet, ſineq; magno ſumptu Deum illum; quem *Hier.3. Exod.32. Num.25. Pſal.106. 2.Reg 25. Apoc.9. Hier.15.*

tantopere iſti colunt, ad colluuiem aliorum Deorũ relegâſſet, ipſi ſimilium, hoc eſt, tyrannorum, & perſecutorum Eccleſiæ, Principum
Bar. 3. excommunicatorum, *& gigantum aſſuetorum ad bellum*, vt loquitur ſcriptura, ad domiciliũ ipſi præparatum tenebrarum exteriorum, ad quód ingrediatur, vt Rex Babylonis, & Lucifer
Eſa. 14. longo tempore antè. Et vt, velut loquitur Propheta, *Inferi omnes commoueantur, omnesq; obuiam ei procedant*, ad ſubminiſtrandum ei cum ipſis locum: ad fruendum ibi ambroſiâ
Pſal. 10. ignis, *ſulphuris & grandinis, & flatus tempeſtatũ*, & bibendum plenis buccis dulce nectar fundi poculi iræ Dei & fæcis ei ac meretrici Babylonicæ reſeruatæ: quod & aliis inde bibendũ
Pſal. 75. propinauit. Quòd ſi dicatur, Dei miſericor-
Apoc. 16. diam vberem eſſe, ac proinde tempus abbreuiatum ei iri, vt damnatio ſit minor: ſciendum, quo longior illi vita ſuppetit, hoc damnationem magis creſcere: & non niſi metuendum, vnum videlicet Deum, vnâ cũ illo, perdere velle omnes eius aſſeclas: ac reſeruare eũ, vt abripiat ſecum ſetinam omnem latronum ipſius: velut moriturus ſerpens facere ſolet: & gibbus peſtilens, omnes peccantes humores
Saluſt. corporis abripiens: & quondam Catilina
Cic. 1. Cat. Romæ fecerat; quem hanc ob cauſſam Conſul Cicero ſolùm morte afficere nolebat, licet in poteſtate ſua conſtrictum: quò omnes vnâ exiſtentes, & vt loquitur ſcriptura, *omnes piſces draconis Leuiathani*, &c. vnâ ſimul interneciO-

ne de-

ne deleat. Quod in iis apparet, de quibus alibi dicitur, *Fœdus illorum cum Inferis, & pactionem illorum cum morte ipſis comminuendis ſeruire*. Et, Illorum, qui beſtiam adorant, & imaginem eius, fumum cruciatus aſcenſurum in ſecula ſeculorum: nec habituros requiem die nec die, &c. *Eſa.28.* *Apoc.14.*

Præterea Caſtellus (vt, relictâ Galliâ, ad generalem Eccleſiæ ſtatū perueniamus) vindicare potuiſſet ſanctam ſedem tum ab importunitate eorum, qui abſolutionem petūt, pro eo, qui ſanctæ ſedi illudit; tum à periculo abuſus & fraudis certiſſimæ, inde ſi ea impetretur exorituro. *Importunitas facta ſanctæ ſedi.*

Quis enim primò, præmeditata illa artificia & linguas compoſitas ignorat, quibus nigrum faciunt album, & album nigrum? Cuius farinæ eſt & legatio prima, facta per Ducem Niuernenſem, & recens hodierna, quæ tractatur, item omnium eorum; qui, hac vſi opportunitate, cis & vltra montes, paſſionum, cupiditatum, imaginationum & commoditatum ſuarum priuatarum & temporalium nixi fundamento, vacui vt ſunt Zelo honoris Dei, & diſciplinę eccleſiaſticę, ſanctam ſedem exagitare audent. *Artificia legationum.*

Euitari porrò potuiſſet ſcandalum, ſuper auaritiâ & cupiditate eorum fundatum, qui, quum ſpiritum amiſerint, *propterea quod ſunt inter ſe diuiſi*, vt loquitur S. Iudas, & deſeruerunt primam fidem, eandem de ſe ſpem con-

citant, quam Iudas concitauit, ad prodendũ eum, in cuius ſocietate fuit.

Media defraudandi S. ſedem. Secundò, Nemini ignota ſunt fallendi media, quæ ſuppetunt omnia ſupplicanti: vti naturalis eius malitia, deſtinata, certa atque perpetuò continuari ſolita impietas: Obligatio, quã tenet per Maximas Status, quæ vnica eſt religio, quam ſequitur: promiſſa præſtita omnibus hæreticis, intra & extra regnũ: Conſiliarii hæretici, tum Lutherani, tum Caluiniſtæ; quos à lateribus ſuis habet, indiuiduos comites, eosque, quos terræ ſuperficies continet, quàm verſutiſſimos & callidiſſimos; à quibus totus regitur; Parlamentum ei deuotiſſimum, conſarcinatum plurimùm ex hæreticis, omnibus ex partibus, tã Rupellâ, quàm ex aliis originibus Geneuæ, velut in Noæ arca, collectum, ſumptibus ærarii communis Hugonotorum, qui Ordines ſoluerunt, & reliquis Politicis, qui quum reuelare ſe non auſint, illos ſequi coacti ſunt; excuſationes omnis generis fictę ac caluę, & media excogitata elabẽdi per dilationes ſuper dilationes, excuſationes de bello, mole negotiorum, &, vt ante hac, de conuerſione ſua, per ſuppoſitionem nouorum & argutè inuentorum caſuum. Quæ omnia ſi deſiderentur: tunc oppoſitio tandem locum habet eorum; qui, in bonum publicum allegare ſolẽt mille argumenta, affabrè & ad placitum ipſorum cuſa; ſicut ſanè optimi horum inuentores, & neceſſariis inſtru-

inſtrumentis inſtructiſſimi ſunt : vt qui & ex muſca elephantem facere norunt : adeò vt ſi vel ſuper pede muſcæ decretum ferre debeant, remoræ, ad annihilandum omnia, eis haud deſint. Interim rebus ſuis egregiè inuigilant, vtramque ad conſtringendos Catholicos Ordinum & Eccleſiæ chordam tenentes, &c. adeò vt temeritas & arrogantia hæretica, inconſideratè eos etiam tranſtulerit ad exceſſus, quos cõmiſerunt, comburendo Bullas, irritas faciendo prouiſiones Romanas, proſcribendo Nuncium Papæ, Occidendo ſacerdotes & monachos, & ſimilia: vnde offenſione nulla opus habuerunt apud intelligẽtiſſimos & prudentiſſimos quoſque Conſiliarios publicos, vt tantopere maturarent antè, quàm ancora ſatis fixa eſſet: & omnino facerent tanto cum iudicio id, quod haud potuit furia: freti abſolutione, ceu medio recipiendæ halenæ extremo: quo vt pallio ad propiùs appropinquandum vterentur, tantiſper dum in foſsâ collocati, tormentis ingenioſẽ directis, propugnaculum religionis impugnẽt furibundi, eam ad ſuperandam, inque poteſtatem ſuam redigendam: hoc eſt, vt verbo dicam, ad liberandam Eccleſiam à fortiſſima, delicatiſſima & periculoſiſſima tentatione, qualis neque in hoc vnquam ſeculo, neque à Chriſtianiſmi condita fuit. *Tentatio ſumma in Eccleſi.*

Quòd ſi dicatur, hoc eſſe diuinare: præter acta præterita, ex quibus de futuris iudicare licet, vulpeculę, quam Leonis terrebant veſtigia,

ad exemplum, aut potiùs iuxta Prophetæ Hieremiæ dictum, *Si Æthiops poteſt mutare cutem ſuam, aut pardus linentes maculas ſuas, etiam vos poteritis benefacere, edocti maleſacere:* præter hæc, inquam, nimis nota eſt malitia Miniſtrorum, quæ nixa authoritate ſummâ, nihil non poteſt: Cæci pugnantis cum Hercule in morem. Accommodatius igitur remedium non eſt, quàm ſtirpem, vnde hæc talia pullulant ac germinant, funditus exſtirpare. Etenim ſi vnus theſaurarius Cecilius, terræ filius, hoc eſt, hoſpitis cuiuſpiam nepos, cuius mater, nolebat appellari *Meſtris*, hoc eſt, Domina nobilis, tantiſper dum Mylordum illum creaſſet Regina, ſufficiens in Anglia fuit, Heræ ſuæ authoritate nixus, exterminandæ religioni Catholicæ, & omni exercitio illius: adeò vt peccata ſua confiteri, communicare, grana portare benedicta, recipere, aut non accuſare ſacerdotem criminis læſæ Maieſtatis non liceret: vt exploratores ſuos vndique haberet diſpoſitos; qui ſimulantes ſe Catholicos, adeoq; ſacerdotes ipſos, Miſſas dicendo intra & extra regnum, retegerent Catholicos, & ſecretiſſimas eorum cogitationes expiſcarentur: vt delatores & falſos teſtes, certis ſumptib. conductos, ſeruiendæ diſcretioni adhiberet: vt excogitaret ſubtilitates & quæſtiones captioſas, abducendis & conuincendis etiam innocentiſſimis eorum, de quibus neq; per ſomnium neque per febrim cogitabāt: vt præſidibus iuſtitiæ terrorem incutiēdo, eos deuotiſſimos ſibi & quaſi canes

Hier. 13.

canes venaticos deuinctos, ad condemnandos eos, quos vellet, etiam Principes ipſos, haberet, ſicut Scotiæ Reginæ exemplũ clarè docet: præterea veneno tolleret eos; quos aliter non licebat interfici, velut Cardinalem Caſtillionæum Gallum, Ducem de Lennox, Scotum, & nuper admodum Comitem Derbyenſem ac coniugẽ eius grauidam (quæ tamen conualuit, ſed fœtu intermortuo: quò nepti cuidam ſuæ dicti Comitis fratrem connubio iungere, indeq; Regno ſuccedere poſſet: atq; ita vniuerſum ſtatum illũ quaſi funditus euerteret, tyrãnidemq;, quæ nota & perſpecta eſt, illic ſtabiliret: ſi, inquam, hæc omnia ſolus ille potuit: quid quæſo decies mille Cecilios, adeò catos & callidos, qui non minùs, atque Cecilius iſte Anglicanus & hæretici ſunt, & homines ſceleratiſſimi, ſupremâ nixos authoritate, facturos ad moliendũ & conficiẽdum idem in Gallia, putes? Quum experientia teſtis ſit eius quid poſſint efficere, & initia iam facta omnis generis, quæ ante oculos omnium ſunt, idem luculentiſſimè confirment.

Hæ rationes ſunt, quib. Caſtellus, aut quivis alius, vtilitatẽ ictus ſui cõprobare potuiſſet: cuius ſanè effectu haud fruſtratus fuiſſet, ſiquidẽ ſucceſſiſſet: vt quidẽ varia docẽt exẽpla. Etenim quũ primũ Abſalom, vſurpator & filius tãto patre, qualis erat Dauid indignus, è medio ſublatus fuit, populus Iſraelitarũ pacis & otii trãquillitatem recuperauit. ſic quũ primũ Holofernes capite plexus eſt, caſtra Aſſyriorũ confuſa ſunt, *2. Reg. 18.* *Iud. 13.* *Iud. 3.*

ctus contigit, & ſimilia apud Plutarchum, & alios: è quibus argumenta haurire, & à minori ad maius concluſionem inferre poſſit. Et ſi homines iſti, patriæ ſolius amore, quibus aliud lumen non præluxit, tantis ſe periculis obtulerunt, quid putas, Chriſtianum, & Gallum, & qui zelo ardet Phineæ, Ehodi, Eliæ, & aliorũ, de quibus paullò poſt dicetur, facere debere pro illa, pro qua Ieſus Chriſtus eſt mortuus, & in qua ſola in ſempiternum homines vitæ æternæ ſunt certi, quæ eſt Eccleſia Catholica?

Pars tertia.

Actum Caſtelli heroicum eſſe.

HACTENVS de iuſtitia & vtilitate actus Caſtelliani: ſequitur vt de circumſtantiis, è quibus & virtus illius refulgeat, ad collocandum illum in gradu, quē quidem attingere poſſit, ſupremo, agamus, ſicque toti Mundo patefaciamus, actum, de quo agitur, purè purè heroicum eſſe.

Cæterùm, quia totum negotium in duobus conſiſtit punctis: Vno, de facti ſubſtantia: altero, de cõfeſſione ipſius: primo quidem; propter actionem ſemel peractã: & altero; propter per-

ſeuerantiam & conſtantiam in eo (virtus quandoquidem laudari nequit, niſi perſeueret:) idcirco duo hæc cōſiderare placet. Vnde apparebit, in vno & altero virtuti Caſtelli nihil defuiſſe, quo minùs hæc purè & verè heroica appellari poſſit.

Actus Caſtelli heroicus eſt in ſubſtantia ſua.

CAP. I.

PRIMVM punctum manifeſtum erit, ſi conſideretur, quòd, vt Fortitudinis virtus conſpicitur in formidine & audacia; in formidine quidem, vincendi periculũ, & cruciatus omnis generis tolerandi: in audacia verò, commoliẽdi actum quempiam egregium & generoſum, fundamento nixum iuſtitiæ & pietatis publicæ: ita duo iſta hic concurrant in gradu excellentiæ tam excelſo, ſi ſimpliciter factum conſideres, vt adiungi amplius quiddam nequeat. Accedit, ꝙ tenera ætas pueri in ſtudiis innutriti, & ſummũ nouendecim nati annos, qui, præter parietes, & ſcholæ ſuæ puluerem nihil viderat, ad excelſiora adhuc, imò ſupra aquilæ volatum nos rapit: quò inter omnes conſtet, ignis Spiritus Sancti, quũ animas primùm corripit, quid poſſit: plus ſanè, quàm Ehodus quidã, aut Phineas, aut Matathias. Nam etſi facinus ſinguli præclarum & magnum commiſerunt: mortẽ tamen non adeò ineuitabilem, & acerbã, & præter ætatem, qualẽ ille

Caſtellus annos natus nouendecim.

Virtus & animus generoſus Caſtelli.

ille ſuſtinuit,adierunt. Quicquid ſit,praxis non tam authentica ibi viſa fuit: vbi ſimul & eodem momento ſenectus cedit iuuentæ, crudelitas virtuti,furia patientiæ, rabies deuotioni, barbaties feruido æſtui, & torméta conſtantiæ. Vbi ignoratio iuris diuini & humani iugum imponit ſcientiæ vtriuſq;, & magis infuſæ, quàm apprehenſæ, calliditas item & impoſtura prudentiæ & ſimplici veritati. Vbi impudés calumnia, & calumnioſa impudentia eorum, qui auro & contractibus Hiſpanicis attribuebãt omne id, quod in miſeris Catholicis boni zeli inerat, cóſpicitur ex probatione noua, poſt Pariſiéſis obſidionis probationem: vbi fames & languor animi eorum generoſi, & ſinceræ pietatis (qualis ab aliis exſpectanda non eſt) turpiſſimè deuictę teſtimonium perhibuerũt: quandoquidem vel pueri tenerrimi profundere tam promtè & pręclarè non dubitant id, quod nec aurum, nec argentum refundere queat, pœnis adeò immanibus, vt Diabolus, pudore ſuffundatur ipſe, cernens, Fortitudinis extrema duo ita arctè coniungi: quum facinus maius aut præclarius nullũ ſuſcipi potuiſſet, quàm vt morte afficeretur Tyrannus, medias inter delitias ſuas, & in Veneris ſuæ talamo atque cubili: vtque tot immanitates & iniuriæ factæ Eccleſiæ, tot mactatis ſacerdotibus, tot perpetratis raptibus & inceſtibus Monacharum, & Religioſarum, tot ſacramentis profanatis, tot periuriis & contemptibus cenſurarum, actibusque ſummè hoſtilibus

Actus Caſtelli aufert calumniam Catholicis illatam.

deſignatis, vno ictu vindicarētur:maximè verò iniuria tot perditarum, & perdendarum adhuc animarum, tam illorum, qui Iſtum ſectantur, quàm infantium miſerorum, qui veneno hoc enutriuntur:religionis item vulneratæ; cui Iſte mortiferum infligit ictum, & quæ quaſi in extremo agone verſatur. Quum etiam difficilius ſuperatu nihil fuiſſet,eo,quod omnium confeſſione horrorem maximū incutit, mortis videlicet præſens periculum; & mortis quidem non ſimplicis, ſed omnium diriſſimæ & crudeliſſimæ,quam ipſe quidem exſpectabat, eiuſq; exempla ante oculos habebat.

Caſtelli reſolutio.

Etenim hoc animo illum fuiſſe, periculum cui ſe expoſuit,& tempus quod poſt ictum cōmiſſum traduxit, quum erumpendi copia ei eſſet, intempeſta nocte, & ſummâ inter omnes confuſione exiſtente, adeò vt obſeruari à nomine potuiſſet, ſatis ſuperque teſtantur. Quo planè animo præditi fuerunt duo illi, qui tyrānum vſurpatorem Prouinciarum Belgicarum, cognominatum Principem Mendicorū, adorti quondam ſunt: è quibus alter fuit Iohannes de Iauregy, Biſcayus natione, annos natus octodecim, qui bombardæ minoris ictu genas eius Antuerpiæ traiecit Anno 1582. ad 18.d. Martii. Alter veò Balthaſar Gerardus, Nobilis Burgūdus, annos natus triginta quatuor, qui bombardæ item minoris, ternis grauatæ globulis, ictu, Delphis in Holandia traiectum peremit Anno 1584, ad 10. d. Iulii: eodem ipſo loco,

Actus Iohannis de Iauregy & Balt. Gerardi contra Principē Auraicum.

quo

quo nequam iſte, præter infinitos ſacerdotes à ſe necatos, paulò antè mortem attulerat docto ſeni & devoto Poetæ, Cornelio Muſio, patri ſpirituali Religioſarum monaſterii ad S. Agathæ Delphenſis: quarum domicilium, quod amœno admodum & præcellenti loco ſitum eſſet, tyrannus iſte, ad habitandum ibi, vi rapuit. Qui, vt è medio tolleret optimum hunc patrẽ, vrbe eum egredi iuſſit, & muneris cuiuſpiã honorarii prætextu, mediâ viâ, per Dominum de Lumay intercipiendum curauit: qui nudum eũ primùm manibus corripuit, tum plumbum pedibus appendit, & alas eius aduſſit, cruciatu ineffabili: menſæ porrò inuerſum impoſuit, & manibus ac pedibus ligatum, aquâ infundibulo per os eius vi infusâ, adimpleuit: fuſtibus inde ventre eius percuſſo, tum per os, tum per alios naturæ conductus aquam eum reddere coëgit: comprehenſum poſtea per binos maiores pedum digitos, ad patibulum rapuit, ac ſuffocauit. Cuius crudelitatis carnifex Lumæus pœnas meritas reportauit: à propriis enim canibus, vt Donatiſtæ quondam apud Optatum Mileuitanum, & Ieſabel in Regum libris, & Actæon, in Poetarum fabulis, dilaniatus ac deuoratus fuit.

Martyr Corn. Muſius.

Horribile iudicium in Dominum de Lumay

Hoc animo præditus non pridem fuit Iacobus Clemens Ordinis S. Dominici, qui facinus idem commiſit ad S. Clauum prope Lutetiam, Anno 1589. Kalendis Aug. in perſona illius, qui poſt lanienam Blæſenſem armatâ prorupit ma-

Preparatio ad mortem Iaureguei, & Gerardi.

nu, vt Pariſios & reliquos Catholicos deuoraret: qui omnes eodem ſpiritu, ne ſcilicet ſemiheroes eſſent, & parti deeſſent principali fortitudinis, in qua martyrium abſoluitur, quæ eſt tolerare tormenta, in bonum virtutis, media à pœnis ſe eripiendi, magnanimiter contempſerunt.

Teſtimonium priori membro tribuit diſpoſitio eiuſdem Iaureguæi, cuius ſuprà meminimus, eiuſque, per Sacramentum Confeſſionis, ad mortem præparatio: quo peracto, ipſe vno Dei zelo accenſus, ictum, præſentibus iis, qui extemplo illum dilaniârunt, commiſit: vt qui ad moriendum vel hoc vel alio genere & cruciatibus adhuc exquiſitioribus, ſiquidem illi exſpectaſſent, paratus erat. Alteri deinde membro teſtimonium perhibet alacritas Gerardi; qui, quum eodem modo ſeſe præparâſſet, ictu commiſſo, imperterritus dicebat, *Exſecutus ſum quod volui: facitate vos cæteri, id, quod munus veſtrum requirit.* Atque ita ad truculentiam pœnarum, quarum vel narratio horrorem incutiat, ſeſe diſpoſuit: quæ tantæ fuerunt, vt plurimi ex earum ſaltem apprehenſione ac viſu conciderint ſemimortui. Etenim flagellatus primùm fuit miſer, quinque vicibus, vnâ nocte. 2. Totum corpus melle illitum fuit, vt caper, qui adhibebatur, linguæ ruditate lambendo illud excoriaret: quod caper facere noluit. 3. Pedibus & manibus conſtrictus ternâ vice in vanno ventilatus

Martyrium & cruciatus Gerardi.

tilatus fuit. 4. Quum in aerem ſublatus eſſet, digito maiori alterius pedis plumbum, centum quinquaginta libras graue, appenſum fuit. 5. Admoto ingenti igne, calceis è crudo corio, oleo tinctis, indutus fuit. 6. Alæ eius facibus adustæ fuerunt. 7. Induſio veſtitus fuit vino igni eliquato tincto, quod ſupra corpus accenſum fuit. 8. Magnis acubus digiti eius, intra carnem & vngues compuncti, clauiq; impacti fuerunt. Quæ omnia paſſus eſt, vt ne vociferaretur quidem, aut vllum paſſionis ſignum monſtaret: vnde veneficus habitus fuit. 9. In veteri lotio vnâ cum adipe ebulliente lauatus fuit: vbi aliā vocem, etiam interpellatus vt loqueretur, non edidit, quàm, *Deus bone, largire patientiam*: & interrogatus, quis ipſum adeò corroboraret, reſpondit, *Preces ſanctorum id facere: hancque conſtantiā permanſuram ad mortem*. Cæterùm ad iniurias, quibus afficiebatur, lenem & modeſtum ſe exhibuit: vt quum quærenti, quando Diabolo ſe mancipâſſet, ſimpliciter reſpondit, *ſe Diabolū non cognoſcere, neque negotii quidpiam cum eo habere*. Ad alias iniurias conticuit. Imò iudicibus gratias egit, quòd in carcere ſe ſuſtentaſſent, dicens, *Se id remuneraturum, orando Deum pro ipſis in Paradiſo*. Sic quū ſentētia mortis pronūciata ei eſſet, ad quā veluti S. Cyprianus dixit, *Deo gratias*, ſeipſum iuuit ad conſcendendum contabulatum criminale: vbi dextrā ſponte porrexit, quæ, decimo pro cruciatu, exuſta ei fuit,

duas interpatellas ferreas. 11. Aduſtum poſtea fuit & conſtrictum brachium & coxendices, catenis & ferro ardẽtibus, vbi ſubinde ipſe orabat, & Pſalmos Dauidis pronunciabat: aduſtâ etiam manu ſuâ, parumper religatâ, ſignum crucis faciebat. Hinc, quum ſeipſe iuuiſſet vt in ſcamno deſtinato collocaretur, poſtquam 12. genitalia ei præciſa eſſent, & 13. Venter ſenſim diffiſſus, in crucis formã, 14. corde ipſi erepto, animam ſuam reddidit Deo, tanta cum admiratione & ſtupore omnium, vt exemplum memorabile ſit omni poſteritati.

Eidem poſteriori membro teſtimonium tribuit fiducia dicti Clementis; qui medios per hoſtes perrupit, & neque edendi, neque dormiendi, multò minus celebrandi Miſſam, quam eo ipſo die, quo ictum commiſit, celebrauit, appetitum amiſit. Et nominatim obſeruatum eſt, quòd, antequã Lutetiã egrederetur, quum calceos ſuos filo & acu reſarciret, ad conficiendũ iter propoſitum ad S. Clauum, vbi cum exercitu ſuo duobus ab vrbe milliaribus Rex erat nonnullis fratrum ſuorũ, ipſum videntibus & ſimplicitatem eius ridentibus et interrogantibus quandiu opificium hoc duraturum eſſet, reſpondit, ridens ipſe viciſſim, ſatis duraturos calceos pro itinere, quod cõficiendum haberet: innuens, abeundum ſibi, ſed non redeundum: vt certè euenit, quum commiſſo ictu bina brachia, crucis in modum, ad recipiendum martyrium ſuum, quod eodem etiam momento recepit, complicuiſſet.

Quicquid ſit, omnes eodẽ animo, quo Caſtellus poſt eos, præparati ad mortem fuerũt, quam effugere ſe haud poſſe ſciebant. Vnde non ſine ratione dicere de ſe poterant, quod quondam Poeta Lyricus de M. Regulo, redeunte, ne fidem falleret, ad Carthaginenſes, his verbis pronunciauit:

Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus Hor. l. 3. Car. od. 5.
Tortor pararet. non aliter tamen
Dimouit obſtantes propinquos
Et populum reditus morantem,
Quàm ſi clientum longa negotia
Diiudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedemonium Tarentum.

Qui inſuper hoc maiori laude digni erãt, quòd mortem non ſolùm non pertimeſcebant, ſed eã etiam expetebant: vt ſcilicet vanitatem laudũ & gloriam hominum euitarent: ſiue zeli ſui magnitudinem declararent: ſiue opus ſuum redderent perfectum, vt loquitur S. Paulus; *Patientiam habere opus perfectum:* ſiue vt extremũ Hebr. 10. cõplerent deſideriũ patiendi pro honore Dei, & fruendi præſentia illius: aut potius omniũ horum quatuor punctorum cauſſa. Quo animo S. Ignatius affectus erat, qui ad beſtias Romæ ſibi deſtinatas dicebat, *Quod, ſi ipſæ ſe reſpicerent, et* Ign. ep. ad Rom. *amatum venirent, vt erga alios martyres feciſſent,* Hier. de ſcript. eccl. *ipſemet laceſſere illas vellet.*

Quippe omnia hæc Samſonis cuiuſpiam & Eleazaris ad exemplum ab ipſis factitata ſunt:

qui vt hoſtem proſternerent, & populum Dei vindicarent, pretio ſanguinis atq; vitæ ſuæ, corpora ſua præſentiſſimæ morti proiectārũt: quorum ille ſub ruina ſua palatiũ ſepeliuit: in quo congregati erant Principes Philiſtinorum, quos robore ſuo ipſe ſuppreſſit: hic verò elephantem
Iud.16 armatum, cui tyrannum Antiochum inſidere
1. Mac.6 exiſtimabat, binis manibus ſuis interfecit: idque longè feliciùs, quàm Codrus, aut Curtius quiſpiam, aut duo Decii Romani: hoc modo in actum producentes id, quod S. Scriptura teſta-
Ioh.15. tur, *ſummam charitatem eſſe, profundere vitam ſuam pro fratribus ſuis*: & ſimul eorum condemnãtes ineptias, qui improbant actiones, ceu à Deo non profectas, quando auctores earum ipſa in pœna moriuntur. Tanquam ſi Ieſus Chriſtus ipſe in pœna actionis, ob quam ad nos venerat, ſeruandi nimirum Mundi cauſsâ, mortuus non ſit; quod iudicium eſt & de Martyribus, ſi vel Chriſti exemplum non exſtaret. Cuius gregis homines non conſiderant, quòd, vt reſurrectio Ieſu Chriſti, iuſtificauit mortem eius, & compreſſit Iudæorum errorem, exiſtimantium, ſe illum viciſſe; ſic iuſtificatura ſit reſurrectio poſterior mortem omnium ſanctorum Dei, qui pro ſeruitio eius occubuerunt.

Actus Caſtelli heroicus eſt in confeſſione ſua.

CAP. II.

QVOD ſi actio Caſtelli heroica fuit ex ſe, & ſuâ naturâ: multò magis talis extitit ex con-

feſſione ſua:vt quæ nota eſt ordinaria, ex qua virtus cognoſcit, & æquilibriũ, per quod menſuratur: quũ illud ipſum ſit, quod eã animat, & vitâ donat, & vnde virtus iudicatur, tanquã argentum ex ſono, lituus ex voce, & inſtrumentũ ex harmonia: quæ proinde ſignificatur per tintinabula aurea, in habitu Pontificis, per nablia, tubas, lituos, & omnis generis inſtrumenta, in Teſtamẽto veteri; quamq; Ieſus Chriſtus potiſſimum commendat in Nouo. Cuius quidẽ hoc loco, prę aliis, inprimis illuſtre, ſingulare & rarũ exemplum habemus: vt quod perinde conſternat hoſtes ſuos, atq; pręſumtio, & furor eorum, firmitatem & conſtantiam eius debilitare, & prorſus ſupprimere cogitabat: vbi prudẽtia huius Mundi prudẽriæ ſpiritus, & malitia inueterata teneræ iuuentuti ſe ſubmittit. Quæ tanto maiori admiratione digna & poſteritati cõmendatior eſſe debet, quantò rabioſiùs à crudelitate & malitia oppugnata, nec per tormenta vnâ parte, nec per impietatẽ aſtutiarũ, parte alterâ, expugnari potuit: quę vtiq; ipſo facto eam reddunt veram tubã argenteã, malleo cuſam, nempe per tormenta omnis generis, & verã tubam corneã; quam S. Auguſtinus exponit de iis, qui quum nati ſint in carne, vt cornu, carnem tamẽ vincunt. Ob quæ duo, Propheta *laudes & cantica fieri Deo* præcepit. Vnde quò magis iudices allaborârunt, calumniâ decreti, honorem eius obſcurare, hoc tetrior ipſis caligo offunditur, ſicut paullò pòſt dicetur.

Confeſſio nota virtutis.

Num. 10.

Aug. in Pſ. 97.

Pſ. 67.

Technæ contra Caſtellum, & abuſus ſacramenti pœnitentiæ.

CAP. III.

ET vt de technis etiam verba faciamus: eæ locum tenẽti Lugoleo, qui tragœdiæ huius actor fuit non poſtremus, haud omnino ignotæ ſunt: & norunt eaſdem ſacrilegii per ipſum commiſſi complices, qui habitu induto ſacerdotis, & ſuppoſitâ perſonâ Confeſſoris, extorquere à Pœnitẽte, ſub Confeſſionis ſacramentalis forma, voluerunt id, quo niti cõtra ipſum, & eos, qui martyrii participes fuerunt, poſſent.

Sacrilegium & calumnia indicum.

Vt certè impudentia rumorum, quos diſſeminârunt, tam remotorum à mente defuncti, quàm ipſorum cogitatio abeſt à cœlo, anima verò in abyſſum imam mendaciorum detruſa, intentionẽ eius clariſſimè demonſtrat: vt quos publicare non pudet, Illum in Confeſſione dixiſſe, Ieſuitas, ad ſatisfactionem delictorũ quorundam enormium, à ſe perpetratorum, inſtigâſſe ſe ad occidendum ac tollendum Regem. Res non tam horrenda, quàm hactenus inaudita, minimùm in cauſſa iudicum, & quæ ægrè admodum dici poſſit, tantoque deteſtabilior, & maiori cum abuſu ſacroſancti ſacramenti coniuncta, quantò impudentiùs ipſimet eam promulgant, & de ea gloriantur: hac calumniandi ratione ſe Diabolos totos quantos efficientes.

Verum

Verum equidem eſt, duos alios eiuſdem factionis antehac idem factitaſſe; quorum alter hoſtis & hæreticus fuit apertus: alter proditor & hypocrita: ille quidem Campanus Sauroni, in perſona Doctoris & Prædicatoris Maucleri, que in Troiano intercepit itinere, vbi Quadrageſimales habuerat conciones, quum Lutetiam redire vellet, Anno 1589. in quem, eodē illo artificio viſus fuit, poſtquam omnis generis horrores mortis ei incuſſit, petenti ab eo Confeſſorem. Hic verò fuit Marinus Gaſco, nepos Domini Belini, vnus ex architectis proditionis Pariſienſis, cuius ipſius cauſâ in vrbe relictus, erat in perſona Chirurgi cuiuſpiā, domeſtici Domini le Bailleur, Anno 1594. paullò antè proditionem, propter annulū amiſſum in domo miſellæ & nimis notæ cuiuſpiam feminæ, qua, velut & aliis, & propinquiſſimis abutebatur id temporis, & propter ſuſpicionem, quam conceperat, quaſi chirurgus, qui curatū illum venerat, eum ſurripuiſſet. Hic quum iniurioſiſſimè tractatus, oculis obligatis, noctu ad flumen, in quod præcipitaretur, eſſet deductus & confeſſionem tandem miſer peteret, idem expertus eſt artificium, vt videlicet pro ſacerdote iſte ſe ſupponeret. Poſtero die annulus Meretrici à procorum vno, quem iocosē adeò recuperauerat, redditus eſt. quod crimen, ſi, vt merebatur, & à Deo vindictam poſtulabat, punitum fuiſſet, ſimul apparuiſſet per confeſſionem veram, & non ſuppoſitam, venenum proditionis iſtius;

quam nequam ille, præter alios fouebat. qui proinde actus dignum eum reddebat, qui collocaretur in eorum numero, quos auaritia Iudæ, coniuncta cum extrema ſpurcitie(cuius ſatinæ homines deteſtatur.) paullò pòſt reddidit præcipuos & eminentiores miniſtros. Verùm quum dignum hoc ſit graſſatore, prædone & hæretico (vt certè lenonis & hæretici inuentio propria eſt fæminis abuti & Eccleſiæ illudere:) cur dignum obſecrò eſſet homine iudice, vicario Præpoſiti Curiæ, & togati, & qui pileo ſuo quadrangulari perſonam gerit Ieſuitę? ſi hęreſis coniuncta cum armis, & temeritas atque furia Martis cũ lupanari Veneris, habenas huic ſacrilegio laxãrũt: cur obſecro prudẽtia ac ſapientia eorum, qui appellantur Dii, & Catholicos ſe cognominant, ad idem illud crimen, et impietatẽ tam horrendã prolabantur? Quæ obſecrò conſenſio eſt bello, leges haud curanti, cũ grauitate ſtatus publici eorum; qui leges loquuntur? Barbarici & licentiæ armorũ cum Maieſtate iuſtitiæ? ſupponere perſonam ſacrã, tangere pupillam oculi Dei, illudere locum tenenti & vicario eius in terris (quod ne in minimo officiario iuſtitiæ fieri patiantur,) profanare ſacramentum, vti eo ad vſum contrarium, & hoc, quod datum eſt ad ſalutem, vti in exitium, quodque iuſtificatio eſt, inde calumniam fingere, & ſuppoſitionem falſorum criminum, violare ſecretum ſigilli, perfringere conclaue Dei, ſcandalis afficere infirmos, & mate-

riam

tiam ſuppeditare nonniſi dimidium cõfitendi, aut ſe non totum confiteri ei, cui id muneris incumbit, ſiue iure, ſiue iniurioſè, riſui exponere hæreticis religionis neruum: qualis quæſo iudicis hæc eſt ſynceritas? quæ probatio Catholici?

Execratio eiuſdem ſacrilegii in Parlamenti Curia.

CAP. IIII.

QVOD ſi dicatur, hoc fieri exemplo Præſidũ huius Parlamenti, qui in magna diætã Pictauienſi nominabãt ſacerdotes qui debebãt confiteri, prohibentes aditu aliorum, & exigebant ab eis confeſſionum reuelationem ſub capitis pœna; id quod poſtea continuârunt, hodieque continuare videntur Lutetię, eódẽ modo, vt confeſſores ipſi nominent, quibus adhuc vtuntur, dicentes, id fieri bonum in finem, vt ne errent in iuſtitia, & reus elabatur, innoxius verò vim patiatur, quod ſenſim atque paulatim in conſuetudinem degenerat, tanquam factum bene: hæc equidem ridicula hypocriſis & deteſtabilis eſt impietas: Ridicula hypocriſis hominum; quos conſcientia ſtimulat, quique ignorant Maximam, Iudicem per conſcientiam non teneri, niſi ad iudicandum ex documentis & formis ordinariis: Hominem eſſe, non Deum: ac proinde ſufficere ei, continere ſe intra terminos profeſſionis ſuæ,

& vias atque inſtructiones humanas: vnde nec plura ab eo requirenda, nec de pluribus ei reſpondendũ eſſe corã Deo. Quibus S. Pauli dictum ignotum, *Non oportere quenquã facere malum, vt eueniat bonum.* Quo medio, pro diuinis & magis concludent, imò ad obtinendam reuelationem, tanquam adminiculo, vtentur, intentionem bonam eſſe ad comprobandam impietatem, & ſiniſtra media omnis generis: Veriſſimi Phariſæi hypocritæ, quos in gratiã traditionis & intentionis ſuæ priuatæ non pudet impugnare Cœli decreta, & Eccleſiæ ſtatuta. *Cæci & conductores cæcorum; qui percolant culicem, camelum autem deglutiunt: qui decimant mentham, & anethum, & cuminum, & omittunt quæ grauiora ſunt Legis, &c.*

Rom. 3.

Matth. 23.

Deteſtabilis deinde impietas eſt eorum, qui directè Deum ipſum inuadunt: extorquentes vi id, quod nouit ſacerdos, non tanquã homo, ſed tanquam vicarius Dei: in eadem quandoquidem qualitate ſunt peccati notitia, & à peccato abſolutio. Atqui aliter ſacerdos non abſoluit, quàm vt vicarius Dei: hoc ſiquidem opus à Deo ſolo proficiſcitur. Vnde ſacerdos quum ſit miniſter, agit etiã vt Deus: & id, quod ſuperior in Eccleſia, imò Papa ipſe, qui omnem iuriſdictionem habet ſpiritualem ſupra terram, non poteſt, nec per excommunicationem, nec aliter imperare, aut ad id ſacerdotem cogere, quum id de iure ſit diuino & ſuperiori vt cuius iuriſdictio extenditur ad eos, qui ſacramentum admini-

Th. ſuppl. q. 11. ar. 1.

adminiſtrant; quanquam non extenditur ad ſacramentum ipſum, quod opus eſt purè a Deo, non homine, profectum: velut & ſacerdos obedire non debet ob qualecunque argumentum, aut cuiuſcunq; præceptum, etiam ſi mors oppetenda illi ſit (id quod iſto caſu facere tenetur, & legitimi martyrii inſtar reputatur:) hoc, inquam, omne moliri iſti audent.

Martyrium P. Antonini Timmermanni, ob negatam reuelationem confeſſionis.

Quod ipſũ factitârunt hæretici Belgæ, Antuerpiæ, Anno 1582. in perſona venerabilis patris Antonii Antonini Timmermani (aliàs Xylandri) ordinis S. Dominici, Dunkerkenſis, Prædicatoris Belgici, Gallici & Hiſpanici clariſſimi: qui cũ ſupracommemoratus Iohannes de Iauregui reconciliatus antè erat, quàm ictum ſuum commiſiſſet. Ab hoc quum fruſtra exegiſſet ſecreti euulgationem & confeſſionis reuelationem, quam præſtare ille recuſabat, conſtantiſſimè ad omnis generis impoſturas declinãdas, vti ſcripto Latino, ad pariete carceris, ſtilo ferreo (quod manu notariorum regiorum authenticè poſtea deſcriptum fuit:) proteſtatus eſt: mortis ſupplicio illum affecerunt, eo ſtrangulato, & corpore in quatuor partes diſſecto, capite verò in palo, ſupra propugnaculum, ſuffixo. Quod quum ſummâ acciderit admiratione, & ſtupore publico, ob cauſſæ partim meritum, & perſonæ virtutes, quæ verum eum martyrem efficiebãt, partim verò ob ſplendorem quendam, quem vigiles noctu ſupra caput eius fulgere videbãt, vnde poſtea ipſe magna in veneratione & ob-

ſeruantia à fratribus Prædicatoribus eadem in vrbe, habitus fuit; certè grandi exemplo hoc ſeruiet condemnandæ ſimul impietati eorum, qui huiuſmodi exigunt reuelationes, & ſacrilegio horum, qui ei obtemperantes, ſiue mortis metu, ſiue authoritatis conſequendæ ergò profanant ordinem ſacerdotalem, dedecorant honorem Leuitarum, polluunt dignitatem characteris, & labuntur in iuſtam ſeueritatem condemnationum & cenſurarum eccleſiaſticarum.

Quanquam mirum interim non ſit, Curioſitatem iſtam iudicum ad hanc impietatẽ prolapſam eſſe: quum ex eodem id ſpiritu proficiſcatur, quo antehac machinati ſunt prouidere beneficiis, prohibere peregrinationes Romanas, morte afficere Sacerdotes & Monachos, Epiſcopis iniungere, vt, præter à ſe nominatos Prædicatores, ad diſpenſationem verbi Dei, in Eccleſias ſuas alios ne recipiant, verùm tales, quibus præſcribant ipſi quid loqui aut ſilere debeant: adeò vt quum, ſingula in momenta,
2.Theſſ.2. ſe ſupra Eccleſiam atque Deum eleuent, ampliùs nihil ſuperſit, quàm veros Antichriſtos eſſe: vnà ſaltem re excuſandos (talis ſiquidem impietas excuſari poſſit:) quod Epiſcopi ipſorum ſunt muti, qui opponere ſe non audeant:
Ez.13. *quod Propheta ipſorum ſunt vulpium inſtar in deſertis, qui ad rupturas haud aſcendunt, nec ſiſtunt ſe ad propugnandum, vt ſeruiant muro domui Iſraël, ad continendum ſe in prælio, die Domini. Et Sacerdotes non dixerunt, Vbi eſt Dominus? Et qui legem habe-*

habebant, non cognouerunt eam. Paſtores præuaricati ſunt contra eum. Et vt ait Pſalmiſta, *Filii Ephraim armati iaculantes arcu verterũt terga, tempore prælii.* Siue Simonia, ſiue lubricitas, ſiue auaritia & ambitio, & ante omnia hypocriſis, ipſis arma è manibus excutiat: qui quum primi viſi ſint à lupo, quem præuidere primi ipſi debebant, ſermonem ſimul omnes amiſerunt: exceptis iis; qui illum perdere non potuerunt, quum nullum vnquam habuerint. *Hier. 2.* *Pſal. 77.*

Impudentia calumniarum contra Caſtellum.

CAP. V.

VERVM quia Maximâ aliâ inſtructi nõ ſunt, ad deſignanda ea, quæ furia & peruerſa ipſorum voluntas eis ſuggerit, niſi, ſic ipſis placuiſſe, ſic in mentem hoc vel illud veniſſe, quæ Maxima eſt Babylonis, lex ſumma regni tenebrarum, clauis putei abyſſi, argumentum inimicitiæ Dei, vera & vnica porta Inferorum, vnicus titulus damnationis, ſine quo, & extra quem illa eſſe nequit: quod quæſo inde lumen extraxerunt? Quod emolumentum ex ſacrilegio tanto perceperunt? Quam probationem? quæ documenta ex furto confeſſionis? ex curioſitate iſta impia? Lepida etenim eſt inuentio, dicere, *ſe cognouiſſe ex pœnitente Ca-* *Maxima pi pria volunt qualis.*

ſtello, illum ad pœnitentiam & ſatisfactionem delictorum ſuorum, à Ieſuitis mandatum habuiſſe inuadendi & interficiendi Regem. Quaſi verò eiuſmodi pœnitentiæ imperentur; & exempla earū in hiſtoriis extent: & credi id poſſit de iuuene nouemdecim annorum, deque diſcretione patris confeſſarii, qui hoc ſecreti ei commiſerit? Quid vero ſimilius videatur? Quum melius nihil extet, minimū hoc medio vti oportet. Nam cuiuſcunque pretii ſit, ſaltem cauendum eſt, ne credamus, ſolum amore Dei & religionis tantas vires habere potuiſſe, vt ictus iſtiuſmodi cōmittat, ſi aliunde non cōſtet tentatio. Et in materia impudentis, quando rubor præteriit, in cæteris totum impudentem oportet eſſe.

Impoſtura in Sacramento, quaſi retecta à Caſtello.

CAP. VI.

ET quis quæſo habitus ſit in pœnitente, ex impoſtura tam infami? Hamus eſt iſte nimis debilis ad extrahendum piſcem tam immanem. Crepundia hæc ſunt puerorum, & ſubtilitates nimis craſſæ. Per telas iſtas araneārū muſca tam robuſta haud capitur: nec hoc tympano lepores; nec aues iſtæ ad conſpectū retium. Ad agendam comœdiā aliis opus eſt geſtibus, aliis hiſtrionibus. Et miſellum animal, cui artificiū confitendi ignotum erat, quippe ſacramentum illud

illud frequentans *in forma duntaxat communi, & quotannis ſemel* (velut Anglus poſt proditionem Pariſienſem ipſemet reſpondit:) ac proinde non ita comparatum, vt in Palatio ſunt ad decipiendas filias & mulieres, quacunque ſiue aurora, ſiue obſcuritate exiſtente, primâ certè vice reuelari facilè potuit per eum, qui negotiũ & meliùs intelligebat, & artificioſiùs verſare poterat: quum reuerendus iſte pater in Deo, recens excuſus, ne quidem orationem Dominicam & benedictionẽ ordinariã, quam Confeſſarius pronunciat Pœnitenti, ante confeſſionem ritè recitare potuerit. Vnde cognitus per Caſtellum ſacerdos non eſſe, vt ex ſtrepitu ſuo cognoſcitur ſorex, & ex naturâ ſyluestri ſuâ aſinus, ad artificium hoc perinde aptus, atque eſt infans ad Herculem repræſentandum, & ſtultus ad Philoſophum, protocollo indigens, perinde atque hiſtriones hoſpitii Burgundici indigent, effecit, vt, euentilatâ minâ, antequã ignẽ conceperat, inuentio in nihilum redacta, & miſer tantâ confuſione affectus fuerit, quantam impia ignorantia, & ignorans impietas poſtulabat: ſaluo nihilominus refugio ſuo, quo impudenter ſparſerat rumores, & impuritates commemoratas, contra eum; de quo aliud nihil audierat, quàm ſeueram repreſſionem ac deteſtationem ſacrilegii ſui. Et qui, quum inde conſequutus ſit nouum gradum honoris coram Deo & hominibus, & iudicii demonſtrationem ætate maiorẽ, hac indutus nouâ qualitate, aliquan-

Sacerdos ſuppoſititius reuelatus ab ignorantia ſua.

Technæ contra Caſtellum, & abuſus ſacramenti pœnitentiæ.

CAP. III.

ET vt de technis etiam verba faciamus: eæ locum tenẽti Lugoleo, qui tragœdiæ huius actor fuit non poſtremus, haud omnino ignotæ ſunt: & norunt eaſdem ſacrilegii per ipſum commiſſi complices, qui habitu induto ſacerdotis, & ſuppoſitâ perſonâ Confeſſoris, extorquere à Pœnitẽte, ſub Confeſſionis ſacramentalis forma, voluerunt id, quo niti cõtra ipſum, & eos, qui martyrii participes fuerunt, poſſent.

Sacrilegium & calumnia indictum. Vt certè impudentia rumorum, quos diſſemĩnãrunt, tam remotorum à mente defuncti, quàm ipſorum cogitatio abeſt à cœlo, anima verò in abyſſum imam mendaciorum detruſa, intentionẽ eius clariſſimè demonſtrat: vt quos publicare non pudet, Illum in Confeſſione dixiſſe, Ieſuitas, ad ſatisfactionem delictorũ quorundam enormium, à ſe perpetratorum, inſtigâſſe ſe ad occidendum ac tollendum Regem. Res non tam horrenda, quàm hactenus inaudita, minimùm in cauſſa iudicum, & quæ ægrè admodum dici poſſit, tantoque deteſtabilior, & maiori cum abuſu ſacroſancti ſacramenti coniuncta, quantò impudentiùs ipſimet eam promulgant, & de ea gloriantur: hac calumniandi ratione ſe Diabolos totos quantos efficientes.

Digitized by

Verum equidem eſt, duos alios eiuſdem factionis antehac idem factitaſſe; quorum alter hoſtis & hæreticus fuit apertus: alter proditor & hypocrita. ille quidem Campanus Sautour, in perſona Doctoris & Prædicatoris Mauclerci, quē in Troiano intercepit itinere, vbi Quadrageſimales habuerat conciones, quum Lutetiam redire vellet, Anno 1589. in quem, eodē illo artificio vſus fuit, poſtquam omnis generis horrores mortis ei incuſſit, petenti ab eo Confeſſorem. Hic verò fuit Marinus Gaſco, nepos Domini Belini, vnus ex architectis proditionis Pariſienſis, cuius ipſius cauſsâ in vrbe relictus, erat in perſona Chirurgi cuiuſpiā, domeſtici Domini le Bailleur, Anno 1594. paullò antè proditionem, propter annulū amiſſum in domo miſellæ & nimis notæ cuiuſpiam feminæ, qua, velut & aliis, & propinquiſſimis abutebatur id temporis, & propter ſuſpicionem, quam conceperat, quaſi chirurgus, qui curatū illum venerat, eum ſurripuiſſet. Hic quum iniurioſiſſimè tractatus, oculis obligatis, noctu ad flumen, in quod præcipitaretur, eſſet deductus & confeſſionem tandem miſer peteret, idem expertus eſt artificium, vt videlicet pro ſacerdote iſte ſe ſupponeret. Poſtero die annulus Meretrici à procorum vno, quem iocosè adeò recuperauerat, redditus eſt. quod crimen, ſi, vt merebatur, & à Deo vindictam poſtulabat, punitum fuiſſet, ſimul apparuiſſet per confeſſionem veram, & non ſuppoſitam, venenum proditionis iſtius,

quam nequam ille, præter alios fouebat, qui proinde actus dignum eum reddebat, qui collocaretur in eorum numero, quos auaritia Iudæ, coniuncta cum extrema ſpurcitie (cuius ſatinæ homines deteſtatur,) paullò pòſt reddidit præcipuos & eminentiores miniſtros. Verùm quum dignum hoc ſit graſſatore, prædone & hæretico (vt certè lenonis & hæretici inuentio propria eſt fæminis abuti & Eccleſiæ illudere:) cur dignum obſecrò eſſet homine iudice, vicario Præpoſiti Curiæ, & togati, & qui pileo ſuo quadrangulari perſonam gerit Ieſuitę? ſi hęreſis coniuncta cum armis, & temeritas atque furia Martis cũ lupanari Veneris, habenas huic ſacrilegio laxarũt; cur obſecro prudẽtia ac ſapientia eorum, qui appellantur Dii, & Catholicos ſe cognominant, ad idem illud crimen, et impietatẽ tam horrendã prolabantur? Quæ obſecro conſenſio eſt bello, leges haud curanti, cũ grauitate ſtatus publici eorum, qui leges loquuntur? Barbarici & licentiæ armorũ cum Maieſtate iuſtitiæ? ſupponere perſonam ſacrã, tangere pupillam oculi Dei, illudere locum tenenti & vicario eius in terris (quod ne in minimo officiario iuſtitiæ fieri patiantur,) profanare ſacramentum, vti eo ad vſum contrarium, & hoc, quod datum eſt ad ſalutem, vti in exitium, quodquè iuſtificatio eſt, inde calumniam fingere, & ſuppoſitionem falſorum criminum, violare ſecretum ſigilli, perfringere conclaue Dei, ſcandalis afficere infirmos, & materiam

tiam ſuppeditare nonniſi dimidium cōfitendi, aut ſe non totum confiteri ei, cui id muneris incumbit, ſiue iure, ſiue iniuriosè, riſui exponere hæreticis religionis neruum: qualis quæſo iudicis hæc eſt ſynceritas? quæ probatio Catholici?

Execratio eiuſdem ſacrilegii in Parlamenti Curia.

CAP. IIII.

QVOD ſi dicatur, hoc fieri exemplo Præſidū huius Parlamenti, qui in magna diæta Pictauienſi nominabāt ſacerdotes qui debebāt confiteri, prohibentes aditu aliorum, & exigebant ab eis confeſſionum reuelationem ſub capitis pœna: id quod poſtea continuârunt, hodieque continuare videntur Lutetię, eódē modo, vt confeſſores ipſi nominent, quibus adhuc vtuntur, dicentes, id fieri bonum in finem, vt ne errent in iuſtitia, & reus elabatur, innoxius verò vim patiatur, quod ſenſim atque paulatim in conſuetudinem degenerat, tanquam factum bene: hæc equidem ridicula hypocriſis & deteſtabilis eſt impietas: Ridicula hypocriſis hominum; quos conſcientia ſtimulat, quique ignorant Maximam, Iudicem per conſcientiam non teneri, niſi ad iudicandum ex documentis & formis ordinariis: Hominem eſſe, non Deum: ac proinde ſufficere ei, continere ſe intra terminos profeſſionis ſuæ,

& vias atque inſtructiones humanas: vnde nec plura ab eo requirenda, nec de pluribus ei reſpondendũ eſſe corã Deo. Quibus S. Pauli di-
Rom. 3. ctum ignotum; *Non oportere quenquã facere malum, vt eueniat bonum.* Quo medio, pro diuinis & magis concludent, imò ad obtinendam reuelationem, tanquam adminiculo, vtentur, intentionem bonam eſſe ad comprobandam impietatem; & ſiniſtra media omnis generis: Veriſſimi Phariſæi hypocritæ, quos in gratiã traditionis & inuentionis ſuæ priuatæ non pudet impu-
Matth. 23. gnare Cœli decreta, & Eccleſiæ ſtatuta. *Cæci & conductores cæcorum; qui percolant culicem, camelum autem deglutiunt: qui decimant mentham, & anethum, & cuminum, & omittunt quæ grauiora ſunt Legis, &c.*

Deteſtabilis deinde impietas eſt eorum; qui directè Deum ipſum inuadunt: extorquentes vi id, quod nouit ſacerdos, non tanquã homo, ſed tanquam vicarius Dei: in eadem quandoquidem qualitate ſunt peccati notitia, & à peccato abſolutio. Atqui aliter ſacerdos non abſoluit, quam vt vicarius Dei: hoc ſiquidem opus à Deo ſolo proficiſcitur. Vnde ſacerdos
Th. ſuppl. q. 11. ar. 1. quum ſit miniſter, agit etiã vt Deus: & id, quod ſuperior in Eccleſia, imò Papa ipſe, qui omnem iuriſdictionem habet ſpiritualem ſupra terram, non poteſt, nec per excommunicationem, nec aliter imperare, aut ad id ſacerdotem cogere, quum id de iure ſit diuino & ſuperiori vt cuius iuriſdictio extenditur ad eos, qui ſacramentum admini-

adminiſtrant; quanquam non extenditur ad ſacramentum ipſum, quod opus eſt purè a Deo, non homine, profectum: velut & ſacerdos obedire non debet ob qualecunque argumentum, aut cuiuſcunq; præceptum, etiamſi mors oppetenda illi ſit (id quod iſto caſu facere tenetur, & legitimi martyrii inſtar reputatur:) hoc, inquam, omne moliri iſti audent.

Quod ipſũ factitârunt hæretici Belgæ, Antuerpiæ, Anno 1582. in perſona venerabilis patris Antonii Antonini Timmermani (aliâs Xylandri) ordinis S. Dominici, Dunkerkenſis, Prædicatoris Belgici, Gallici & Hiſpanici clariſſimi; qui cũ ſupracommemoratus Iohannes de Iaureguy reconciliatus antè erat, quàm ictum ſuum commiſiſſet. Ab hoc quum fruſtra exegiſſet ſecreti euulgationem & confeſſionis reuelationem, quam præſtare ille recuſabat, conſtantiſſimè ad omnis generis impoſturas declinãdas, vti ſcripto Latino, ad parietẽ carceris, ſtilo ferreo (quod manu notariorum regiorum authenticè poſtea deſcriptum fuit:) proteſtatus eſt: mortis ſupplicio illum affecerunt, eo ſtrangulato, & corpore in quatuor partes diſſecto, càpite verò in palo, ſupra propugnaculum, ſuffixo. Quod quum ſummâ acciderit admiratione, & ſtupore publico, ob cauſſæ partim meritum, & perſonæ virtutes, quæ verum eum martyrem efficiebãt, partim verò ob ſplendorem quendam, quem vigiles noctu ſupra caput eius fulgere videbãt, vnde poſtea ipſe magna in veneratione & ob-

Martyrium P. Antonini Timmermanni, ob negatam reuelationem confeſſionis.

ſeruantia à fratribus Prædicatoribus eadem in vrbe, habitus fuit: certè grandi exemplo hoc ſeruiet condemnandæ ſimul impietati eorum, qui huiuſmodi exigunt reuelationes, & ſacrilegio horum, qui ei obtemperantes, ſiue mortis metu, ſiue authoritatis conſequendæ ergò, profanant ordinem ſacerdotalem, dedecorant honorem Leuitarum, polluunt dignitatem characteris, & labuntur in iuſtam ſeueritatem condemnationum & cenſurarum eccleſiaſticarum.

Quanquam mirum interim non ſit, Curioſitatem iſtam judicum ad hanc impietatē prolapſam eſſe: quum ex eodem id ſpiritu proficiſcatur, quo antehac machinati ſunt prouidere beneficiis, prohibere peregrinationes Romanas, morte afficere Sacerdotes & Monachos, Epiſcopis iniungere, vt, præter à ſe nominatos Prædicatores, ad diſpenſationem verbi Dei, in Eccleſias ſuas alios ne recipiant, verùm tales, quibus præſcribant ipſi quid loqui aut ſilere debeant: adeò vt quum, ſingula in momenta,
2.Theſſ.2. ſe ſupra Eccleſiam atque Deum eleuent, ampliùs nihil ſuperſit, quàm veros Antichriſtos eſſe: vnâ ſaltem re excuſandos (talis ſiquidem impietas excuſari poſſit:) quod Epiſcopi ipſorum ſunt muti, qui opponere ſe non audeant:
Ez.13. *quod Prophetæ ipſorum ſunt vulpium inſtar in deſertis, qui ad rupturas haud aſcendunt, nec ſiſtunt ſe ad propugnandum, vt ſeruiant muro domui Iſraël, ad continendum ſe in prælio, die Domini. Et Sacerdotes non dixerunt, Vbi eſt Dominus? Et qui legem habe-*

habebant, non cognouerunt eam. Paſtores præuaricati ſunt contra eum. Et vt ait Pſalmiſta, *Filii Ephraim armati iaculantes arcu verterũt terga, tempore prælij.* Siue Simonia, ſiue lubricitas, ſiue auaritia & ambitio, & ante omnia hypocriſis, ipſis arma è manibus excutiat: qui quum primi viſi ſint à lupo, quem præuidere primi ipſi debebant, ſermonem ſimul omnes amiſerunt: exceptis iis; qui illum perdere non potuerunt, quum nullum vnquam habuerint. *Hier. 2.* *Pſal. 77.*

Impudentia calumniarum contra Caſtellum.

CAP. V.

VERVM quia Maximâ aliâ inſtructi nõ ſunt, ad deſignanda ea, quæ furia & peruerſa ipſorum voluntas eis ſuggerit, niſi, ſic ipſis placuiſſe, ſic in mentem hoc vel illud veniſſe, quæ Maxima eſt Babylonis, lex ſumma regni tenebrarum, clauis putei abyſſi, argumentum inimicitiæ Dei, vera & vnica porta Inferorum, vnicus titulus damnationis, ſine quo, & extra quem illa eſſe nequit: quod quæſo inde lumen extraxerunt? Quod emolumentum ex ſacrilegio tanto perceperunt? Quam probationem? quæ documenta ex furto confeſſionis? ex curioſitate iſta impia? Lepida etenim eſt inuentio, dicere, *ſe cognouiſſe ex pœnitente Ca-* *Maxima propria voluntas qualis.*

illud frequentans *in forma duntaxat communi, & quotannis ſemel* (velut Anglus poſt proditionem Pariſienſem ipſemet reſpondit:) ac proinde non ita comparatum, vt in Palatio ſunt ad decipiendas filias & mulieres, quacunque ſiue aurora, ſiue obſcuritate exiſtente, primâ certè vice reuelari facilè potuit per eum, qui negotiũ & meliùs intelligebat, & artificioſiùs verſare poterat: quum reuerendus iſte pater in Deo, recens excuſus, ne quidem orationem Dominicam & benedictionẽ ordinariã, quam Confeſſarius pronunciat Pœnitenti, ante confeſſionem ritè recitare potuerit. Vnde cognitus per Caſtellum ſacerdos non eſſe, vt ex ſtrepitu ſuo cognoſcitur ſorex, & ex naturâ ſylueſtri ſuâ aſinus, ad artificium hoc perinde aptus, atque eſt infans ad Herculem repræſentandum, & ſtultus ad Philoſophum, protocollo indigens, perinde atque hiſtriones hoſpitii Burgundici indigent, effecit, vt, euentilatâ minâ, antequã ignẽ conceperat, inuentio in nihilum redacta, & miſer tantâ confuſione affectus fuerit, quantam impia ignorantia, & ignorans impietas poſtulabat: ſaluo nihilominus refugio ſuo, quo impudenter ſparſerat rumores, & impuritates commemoratas, contra eum; de quo aliud nihil audierat, quàm ſeueram repreſſionem ac deteſtationem ſacrilegii ſui. Et qui, quum inde conſequutus ſit nouum gradum honoris coram Deo & hominibus, & iudicii demonſtrationem ætate maiorẽ, hac indutus nouâ qualitate, aliquan-

Sacerdos ſuppoſititius reuelatus ab ignorantia ſua.

Digitized by Google

cleſia & Ordinibus, exemplum ſanctorum contra eiuſmodi tyrannos, perſecutores Eccleſiæ, & gregis Ieſu Chriſti. Quæ omnia conſtanter aſſeuerauit argumento eſſe ſufficienti incitando omni amatori religionis, proximi & patriæ ſuæ, ad idem in poſterum faciendum. Breuiter, alterum Catonem; qui ſtatim ab ineunte ætate ſuâ tyrannis dira quæque minatus eſt, ſe præſtitit, imò animoſiorem & præſtantiorem Catone: vt qui gloriâ maiori, & fundamento firmiori rem ſuam peregit, ſpiritu incitatus vehementiſſimo: de quo ne vel vnus articulus, cui non falſitas quædam & calumnia affingeretur, à iudicibus publicari potuit. Qui in tantum illos ſtuporem rapuit (tam conſtans in quadro ſuo exiſtés, quàm vacillant illi ſupra bullam inconſtantiæ ſuæ:) vt, quum ſatisfacere ei nequeât, aut quidquam in contrariam partem afferre, niſi ſilentium vt ipſi imponant, veriſſimum eſſe deprehendatur id, quod Propheta dicit: *Seniores veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt.* Qui perſpicitur renouare miraculum Dauidis contra Goliathum, Samſonis contra Philiſtinos, Danielis contra Senes ſtultos, Sancti Stephani contra Iudæos, & tot martyrũ vtriuſque ſexus, qui eodem hoc ſpiritu tormenta carnificum, & prudentiam mundanorum, etiam in tenerrima iuuentute ſua, propulſarunt. Tales, præter ſupra commemoratos Macchabæos, fuerunt, S. Pancratius, S. Mammas, S. Iuſtinus, S. Agapitus, S. Symphorianus.

Plut. in Cat

Ioel 2.

Et inter virgines, S. Lucia, S. Agnes, S. Priſca, S. Catharina, & infiniti alii, qui anno ætatis 18. & 15. & 13. ſuperarunt ſapientiam ſeniorum, & ſenectutem ſapientiorum huius Mundi: adeò vt ſanguinem etiam ſuum propterea profunderent: vnde ſanè Eccleſia maximopere honorata eſt.

Conſtantia Caſtelli inter quæſtiones ac tormenta.

CAP. VIII.

QVID ad hæc igitur factu illis opus videtur? Quæſtioni applicatur miſer ordinariæ & extraordinariæ, ad cognoſcendos ex eo complices. Equuleo torquetur miſer, chordarumque tractus reduplicantur. Vox vna ſola auditur ab eo, Nempe *ſolam conſcientiam ſe incitâſſe, vt id faceret, pro libertate Eccleſiæ, ad vindicandas ei illatas iniurias, pro bono religionis, & ad impediendam eius ruinam.* Et quoad eius quidem poteſt totum eximit Mundum, velut & poſtea, ad extremum vſq; vitæ ſpiritum in hoc perſeuerauit. Et nominatim eximit eos, de quibus interrogatus fuit, an ſtudiis apud illos operam dederit, nempe Patres Ieſuitas. Cur igitur nō dixerimus, ſolum Dei ſpiritum eſſe, qui hoc in negotio dominetur? Verùm *Conſcientiæ* vox, quæ in poſterum ab illis recipi nequit, qui ca-

put ei amputârunt, & primam ſyllabam præciderunt, contenti *ſcientiæ* voce, Dæmonum & Gnoſticorum, hoc eſt, Hugonotorũ more: magno equidem conſtabit iis, qui conſcientias tractandi artificium ſibi ſumunt. Sacerdotes hic quidem ſuſpecti ſunt, & qui ſæpius communicant, pluresque vnâ Miſsâ audiunt. Sed tamen Ieſuitæ inprimis: etiam vel leuiſſimâ exiſtente præſumptione: & deberent quæſtioni ſubiici; imò ſuſpendi atque ſtrangulari nonnulli ſocietatis ſacerdotes, & religioſi quicunque ſine inquiſitione diligentiori documentorum: ad reducendum in Galliam Tiberii tempus: quo delatorum verbis etiam ſimpliciſſimis fides fuit adhibita. *Suet. in Tib.*

Conſtantia Caſtelli in perferendâ pœnâ honorariâ.

CAP. IX.

HIs nõ cõſideratis executio Decreti nihilominus procedit. Caſtellus enim ad perferendam Honorariã pœnam condemnatur, adeò vt facem pugnio comprehendens, nudus ad induſium vſque coram Eccleſia Pariſienſi ſe ſiſtat. In aream igitur Sanctæ Virginis, iuxta Decretum, deducitur: & vt ore pœnitentiam delicti teſtetur, veniamque eius à Deo petat, ſollicitatur. Quid faciat miſer adoleſcens? Inutilis vt erat ex tormentis redditus, altum & rotundum fere reſponſum: quo tum impoſturam Lugolæ

confundit,tum grauitatem Iudicum, tum ſapientiam intelligentium, tum denique crudelitatem carnificum: dicens, *ſe delictorum veniam à Deo petere, quæ toto vitæ ſuæ curriculo commiſerit, & nominatim eius, quod in actum non produxerit id, quod conabatur producere, ad liberandũ Mundum ab hoſte, quo funeſtiorem hodie Eccleſia non habeat in Orbe.* Hæc enim confeſſio, nemini ignota eſt, quippe audita & intellecta publicè, ad conſolationem & ædificationem aliorum, aliorum verò confuſionem. O Conſtantiam pluſquam puerilem, & perpetuâ omnium ſeculorum futurorum memoriâ dignam! Præ hac etenim nemo ampliùs mirabitur conſtantiam Scæuolę punientis manum, quæ errauerat, non tollendo hoſtem, pręſente hoſte ipſo; hic quandoquidem conſpicitur idem: imò plus, & amplius, non in milite, verùm in puero: non inter milites, ſed inter carnifices: neque vt exurat manum, & malum ſibi ipſe infligat, ſed vt ſupplicio ſe tradat totum, ſicut ſancti quondam & fortes Macchabæi fecerunt, ad recipiendum

2. Mac. 7. præmiũ aliquãdo in gloria reſurrectionis. Et in contrarium quidẽ eius, quod hoſtis cenſet, maiori tantò fiducia, quantò præſtantius eſt ſubiectum; quod eſt non de ſtatu vel Republica, ſed relligione: non pro vanitate qualicunque, ſed pro ſolo Dei honore, & tranquillitate Ec-

d. cleſiæ ipſius: ſuperque fundamento fidei; quæ *ſola*, vt ait S. Auguſtinus, *virtutes reddit veras:*

tales;

tales; quales, deficiente illâ, nec Scæuolæ vnquam habuerunt, nec Reguli, nec alii fortiſſimi Romani, tantopere in hiſtoriarum monumentis celebrati.

Conſtantia Caſtelli in perferendo ſupplicio.

CAP. X.

VERVM, neque hoc ſatis erat, niſi ad extremum vſque vitæ halitum virtus perſeueraſſet. Hunc igitur neque pudendus ſupplicii locus, neque ſanguinariæ & immanes vociferationes, neque forcipes ardentes, neque chordarum tractus ſæpiùs iterati, neque mortis imago horrenda, à prima eius ſententia dimouere potuerunt: & neque tum etiam (quod inprimis admiratione dignum eſt) quum brachium à corpore ſeparatum iam habuiſſet. Teſtes huius rei ſunt quotquot & viderunt eum, & ſententiam priorem repetentem viuâ voce, audiuerunt: adeò vt corpore toto iam dilacerato, & crudeliter dilaniato, ſpiritus, victor profectus ſit ad eum, cuius cauſſam, pretio ſanguinis ſui vindicare in animo habebat. O beatam animam, & ita dignam, quæ à Gallo promanet, vt vel ſola qualitas, vindicandæ religionis

ſuæ, religionis, inquam, Catholicæ & obedientia quæ præſtatur Eccleſiæ, exterminando hæreticũ, & hæreticum Caluinianũ, & Caluinianũ relapſum, & hypocritã deteſtandum, proq; huius exterminatione ſanguinem & vitam ſuam profundendo, atq; ita complendo Euangeliũ, Deum plus amare, quam homines docens, ſit nota & indicium veri Galli. Quod corpus tantò beatius eſt, quòd eodem ipſo igne in cineres eſt redactum, quo Turonii Edictum Ieſu Chriſti, pronunciatum per os Vicarii & Locum-tenentis generalis ipſius in terra, per manus carnificis concrematum fuit: pro cuius defenſione, itidem conſumtum eſt: planè eundem in finem, quo quondam Martyrum corpora combuſta fuerunt, ne cineres eorum colligi honorarique, vt Euſebius teſtatur, poſſent.

Actus permanet heroicus, licet conatus finem ſuum non conſequatur.

CAP. XI.

ET laudi Caſtelli nihil derogat, quod ictus eius perfectus non fuit, atque ita ſucceſſum conformẽ voluntati non eſt conſequutus: virtus quandoquidem non ex euentu æſtimatur. *Quod ſi deficiant vires, tamen eſt laudanda voluntas,* inquit Poëta. Et ſcriptura præmium promittit, non ſecundum opus ſaltem, ſed etiam

operis

operis laborē. *Quilibet*, inquit Apoſtolus, *præmium ſecundùm laborem ſuum accipiet.* Et alibi 1.Cor.3.
non tam bonum opus commendat, quàm *patientiam boni operis.* Præterea, auctoris reſpectu, Rom.2.
perfectio in opere non ceſſat, quando patientia ei eſt coniuncta: hæc ſiquidem ea eſt, *quæ opus reddit perfectum.* Ac proinde ad laudem nullâ re deſtituitur. Quod ipſum ratione haud caret: quùm apud probatos Philoſophos è duobus actibus, qui in Fortitudinis virtute apparent, vnus quidem ad excitandum animum adoriendi hoſtem, alter verò ad ſuperandum metum ac horrorem rerum triſtium & acerbarū, in virtutis bonū: poſterior hic, vt docet S. Thomas, præclarior & excellentior, quippe difficilior, ſit priori: quandoquidem maior requiritur labor deſerendi bonum, quod habeas, veluti pacem, fortunas, tranquillitatem, & inprimis vitæ bonum, quæ materia eſt metus, quàm deſerere id, quod non habeas, & cuius requiſitio ad audaciam ſpectat. Quam ob cauſſam Ariſtoteles dicit, *Homines potiſſimùm dici fortes & validos, quia pro virtute perferant res triſtes & acerbas.* Verùm clariùs adhuc Spiritus Sanctus in Scriptura: *Melior eſt*, inquit Sapiens, *homo patiens homine valido.* Adeò vt licet Deus, propter maius quoddam ſecretum, non permiſerit ictum longiùs progredi, experientiaque nō fefellerit virtutem, & dexteritas animum: actus tamen propterea non deſinat eſſe ita heroicus

Heb.10.

l.3.Ethic.

Prou.18.

tantaque cum virtute coniunctus, quantoperè hoſtes Dei eum calumniantur, & deteſtantur ii; qui laudare non niſi illud poſſunt, quod eſt contra Deum, & iniurioſum in Eccleſiam.

Pars quarta.

Decreti contra Caſtellum vitia & abſurditates.

CÆTERVM, vt ad ſecundum caput perueniamus, examen nimirum Decreti, hoc eſt, vitiorum eius declaratione, pro vt in forma, & in materia vitioſiſſimum eſt, longioribus hic ambagibus non vtemur, quum ſingula cuilibet per ſe manifeſta ſint, paullò diligentiùs ea conſideranti. Quandoquidem hic apparent concumulata omnia, quæ mala poſſũt nominari, ab affectibusque prauis excludi, ad reddendum iudicium iniquum coram Deo & hominibus. Huius farinæ ſunt, hæreſis, impietas, ignorantia, nullitas, error in facto & iure, iniuſtitia, animoſitas, falſæ ſuppoſitiones, imò falſitas

falſitas notoria deſtinatæque ſcientiæ: ex quibus iudicium illud quaſi centonibus conſarcinatum eſt: ad obſtruendum oculos illis, qui magnificentiâ & ſplendore ſedis huius, & primi Parlamẽti Galliæ ſeducti eſſent, aut ſeduci poſſent. Ex quo quidem arbor ex fructu, & artifex ex opere cognoſcatur, appareatq; tenuitas authoritatis, quam apud probos homines opus tam malè formatum habere debet.

Abſurditas in cenſura facti.

CAP. I.

QVANDOQVIDEM diſpoſitio duo continet capita primaria, vnum de Iohannis Caſtelli condemnati & ſupplicio affecti facto, alterum de Patribus Ieſuitis, quos, confiſcatis bonis eorum, è regno proſcripſerant: ideò, quod ad primum attinet punctum, tria hic conſideranda veniunt. Primum eſt cenſura facti. Alterum, condemnatio ad pœnam. Tertium, inhibitio facta poſt pœnã, ne verba à Caſtello prolata proferantur.

Cæterùm ad cenſuram quod attinet, *Dicetur*, inquiunt, *dictam Curiã declaraſſe, ac declarare Iohannem Caſtellũ attentũ & conuictum criminis læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ, in primo capite, ob ſceleratiſſimũ & ſummè deteſtandũ parricidiũ, attentatũ in perſonã Regis.* Hic ſtatim à principio Leo

cognoſci poteſt ex vnguibus: in quibus pauciſſimis verbis tot vitia inſunt, quot verba: quum crimen appellent id, quod crimen non eſt: Regem, qui Rex non eſt: læſam maieſtatem diuinam & humanam, vbi neutrum eſt, vel ũm potius vtrique præſtitum ſeruitium: parricidium, vbi nec pater eſt, aut quicquam patri ſimile; & ſceleratum id, quod eſt laudabile. Quæ omnia ex communi proficiſcuntur errore ſimilitudinis, quo ſeducuntur ipſi, alio que ſeducunt.

Vanitas blaſphemiarum contra actum Caſtelli.

Non repetam id, quod dictum eſt, ad demonſtrandum illud crimen non eſſe, & actum ex ſe iuſtum eſſe: neque hoc etiam, vulneratum Regem non eſſe, neque eſſe poſſe. Multò minus perſequar verba *ſceleratiſſimum, inhumaniſſimum, ſummè deteſtandum, abominandum & execrandum*, &c, quæ metum incutiunt infantibus. Ad ſubſtantiam potius facti me conferam, quod quum ſimpliciter iuſtum ſit, ideò ſola hæc qualitas omnes iſtas vituperii nebulas ſolis inſtar diſſipat, excellentiaque virtutis, de qua ſuperius verba facta, contrarium planè oſtendit, vt dicamus, actum hunc eſſe ſanctiſſimum, humaniſſimum, digniſſimum, laudatiſſimum, & commendatiſſimũ: quandoquidem nihil æquè ſanctum, æquè humanũ, æquè dignum, æquè laudabile, & commendatum eſſe poteſt, ac ſeruare multas myriades hominũ, cùm præſentium, tum poſterorum à damnatione æterna, quo Regnum iſtud tendit, per confirmatio-

firmationẽ hæreſeos (præter tantam effuſionẽ ſanguinis, ruinas, & detrimenta temporalia, quæ bella deinceps apportabũt) pretio vitæ non niſi vnius hominis, & animæ tam vilis, quàm in Mundo eſſe poteſt: quum inter omnes eos; qui occaſione eius occubuerunt, nullus quantumuis ſceleratiſſimus & miſerrimus conditionis fuerit nõ multò melioris, quàm is, qui nullâ re aliis antecellit, aliâ, quàm quòd in maiori authoritate conſtitutus eſt præ aliis: veluti & ipſe tenebrarum Princeps: qui ob principatum ſuum eſt longè miſerabilior, damnatus & maledictus præ aliis: hæc quandoquidem diſtinctio memorabilis eſt inter regnum Dei ac Diaboli: ſiquidem, vt in regno Dei, qui altius eleuatus eſt, propiusque accedit ad Deum, beatior, ſanctior & honoratior eſt: ita in regno Satanæ qui magnitudine ibi excellit, infelicior eſt, & magis maledictus & execrandus.

Sceleratus in authoritate conſtitutus miſerabilior.

Et ad Maieſtatem quod attinet, ſufficiat hîc dicere, (præterquam quòd muneris ipſorum non eſt, determinare læſam Maieſtatem diuinam, vt quod ſoli conuenit Eccleſiæ:) illud quidem læſam Maieſtatem diuinam eſſe non poſſe: quandoquidem interficere hæreticos, & hæreticos relapſos, maieſtati diuinæ conforme eſt, quæ hæreticos odit, &, vt ſuperius dictum ac probatum eſt cùm ſcriptis, tum canonibus, interficiendi hæreticos poteſtatem facit.

Non eſt læſa maieſtas diuina.

Item, neque læſa Maieſtas humana eſſe

Nec læſa maieſtas humana.

cit, adeò vt nec teſtamenta facere, nec teſtes audiri, aut vlla munia ciuilia adminiſtrare poſſint? *Auth. de priuil. col. 8.*

Multò minùs actus iſte parricidium poteſt appellari: quum non poſſit dici pater patriæ, niſi qui verus & legitimus Rex eſt: qualis eſſe nequit ille, quem leges cùm diuinæ, tum humanæ excluſerunt. Adde, quòd ex Lege, *Neque fur, neque prædo cenſetur nomine patrisfamiliâs.* Vt taceam, abſurditatem maiorem non poſſe eſſe, quam appellare parricidam eum, qui parricidam occidit. Et certè verior parricida nequit eſſe, quàm is qui ambas matres interficit, eam nimirum, quæ corpora; & eam quæ animas generat, quæ ſunt Eccleſia & patria. Quin neque comprobari poteſt, tyrannicidam eſſe parricidam, non magis quàm tyrannus pater eſt: quum illis ipſis tyrannis, aut tyrannidis aſſeclis conueniat, vnum pro altero acceptum velle. *Neque parricidium eſt.*

Abſurditas condemnationis quoad pœnam honorariam.

CAP. II.

QVod attinet ad condemnationem, quæ cōſtat tribus punctis, nempe pœna honoraria, quęſtione & ſupplicio, de duobus quidem vltimis referens me ad ea, quæ ſupra cum

167

memorata ſunt, pœnam honorariam duntaxat hic conſiderabo; idque quoad formam, & quoad materiam. Forma continetur in eo, quòd Caſtellus condemnatur *perferre pœnam honorariam coram porta principali Eccleſiæ Pariſienſis*, nudus in induſio, tenens *facem ceream ardentem picis duarum librarum, & in genua proſtratus*, &c. En caſum quempiam nouum, cui hæc ipſa porta Eccleſiæ Pariſienſis coram iudicio Dei teſtimonium perhibebit, aperiens ſe aduerſus eos; qui eo ipſo loco, quo patres ipſorum ſedentes in Parlamento, hæreticos Burgum, Naſum argenteum, & alios, ad ſuſtinendam pœnam honorariam hæreſeos & impietatis ſuæ, remiſerāt, eò Catholicos relegare non dubitant, in gratiam hæreticorum, contra religionem Catholicam, cuius tanto illi zelo ferueb̄at, conati perficere contra tyrannum, & vſurpatorem hæreticum id, quod ex munere ſuo facere tenebantur, quodque corruptio eorum facere nolebat. Illi igitur methodo præpoſtera pœnam infligunt illi, cui præmium debetur, & præmium quidem maius, quàm vllæ ſtatuæ æneæ, & tot ac tanta monumenta, quæ in tyrannicidarum honorem Antiquitas quondam erexit.

Ad materiam deinde quod attinet, quæ obſecro pœna hic ſiet, Hæc nimirum; quòd Caſtellus in forma, vt ſuprà, condemnare tenebitur actionem & verba ſua: Actionem; quòd ictum iſtum commiſerit: & verba ſua; quæ confeſ-

confeſſus eſt, propoſuit, & in proceſſu propugnauit. Et de primo quidem, *Confitebitur, quòd infeliciter & proditoriè machinatus ſit parricidium inhumaniſſimum, & ſummè abominandum, Regemq; cultro in facie vulnerarit.*

Propoſitio digna hominibus permanentibus in errore ſuo, & qui eodem Spiritu, quo antea iudicarunt contra Deum & verbum eius, contra Eccleſiam & Decreta, contra Ordines & fundamentales leges Regni, tyrannum Regem eſſe, vſurpatorem legitimum eſſe, criminis reum ſupremum eſſe, hoſtem Principem & naturalem dominum eſſe, hæreticum Catholicum eſſe, hypocritam pœnitentem eſſe, fratrem peruerſum conuerſum eſſe, infidelem Chriſtianiſſimum eſſe, excommunicatum filium Eccleſiæ eſſe: quo item ſpiritu, zelus ipſis ſeditio, conſcientia rebellio, timor Dei ſtultitia, religio ſuperſtitio eſt: qui hoc, inquam, ſpiritu, crimen ex virtute facere, proditionem meritum, latrocinium executionem iuſtitiæ, & parricidium parricidii vindicationem appellare non dubitant.

Qui neutiquam conſiderant, quod hoc eodem iudicio condemnant Moſem, Phineam, Aiodum, Heliam, Matathiam, & ſimiles, qui zelo Caſtelli ceu modulo ſeruierunt & exemplo. Vnde conſequenter comprobant idololatras vituli aurei, ſcortatorem & Ma-

dianitidem, tyrannidem Eglonis Regis Moab, falſos Prophetas Baalis, perſecutionem Antiochi, & ſimilium impiorum, contra quos ſancti iſti homines gladium ſtrinxerunt, inque ſanguine eorum, gladio illo ſuo illis confectis, balnearunt.

Vnde eâdem conſequentiâ neque Deus ipſe Iſraëlis cenſuras eorum euadet, qui cùm miraculis, & egregiis ſucceſſibus tum expreſſo verbo ſuo declarauit, actus iſtiuſmodi animoſos & generoſos longè gratiſſimos ſibi eſſe.

Falſitates manifeſtæ contra Caſtellum.

CAP. III.

VERVM neque hoc ſufficit, ſed ad duas deteriores progrediuntur qualitates, quæ ſunt falſitas & hæreſis: & falſitatem quidem amplectuntur duplici modo, & expreſſo planè textu; vno; quòd dicunt, Caſtellum propugnaſſe in proceſſu, *licitè tolli poſſe Reges*: altero; *inſtructionem ad id ſibi datam eſſe*. Suppoſitio hic in vtroque apparet, quæ hoc magis ridicula & intolerabilis eſt, quò clariùs ratio naturalis per ipſorummet diſcurſum, contrarium demonſtrat, & impoſturam eſſe euincit: & impoſturam quidem miſerabilem hominum conuictorum

uictorum & deperditorum; qui quum reſpondere non plus potuerint, quàm Iudæi ſancto Stephano potuerunt, nec reſiſtere ſpiritui, qui loquebatur, perinde vt Iudæi, ad ſolam calumniam confugere ſolent.

Etenim ad primam quòd attinet, vel omnis probus ſpiritus facilè iudicabit, qua nam re opus fuerit Caſtello dicere, *Licitum eſſe occidere Reges*, vt occideret eum, qui non eſt rex, & quem Regem non agnoſcit, quemque tam altâ & clarâ voce nec Regem eſſe, nec poſſe eſſe propugnat. Ex qua veritate negatiua martyrii ſui fundamentum ædificat. Et qua quæſo ratione allegaret idipſum, quo ſibimet contradiceret, proceſſumque ſuum ſubuerteret: Accedit, vix verum videri. Eum, qui iuxta Decretũ, curſum ſtudiorum ſuorum apud Ieſuitas confeciſſe debebat, à quibus Philoſophia exactè docetur, in ſyllogiſmo ſuo erratum commiſiſſe tam enorme, hoc eſt, affirmatiuam concluſiſſe per negatiuam contra regulas Logicas; tanquã ſi dixiſſet, *Permiſſum eſt occidere Reges. At Henricus de Bourbon non eſt Rex. Ergo permiſſum eſt occidere Reges.* Quis enim ignorat, concluſionẽ ſemper ſequi partem deteriorem? & in prima figura aſſumptionem nunquam eſſe negatiuam? Et quod Dialecticus dierum ſaltem quindecim non poteſt ignorare, nunquid in eo tantopere offenderetur Philoſophus conſummatus, qui curſum confecit integrum, præſertim quum de re tanti momenti quæſtio ſit?

Prima falſita.

Syllogiſmus vitioſus & ridiculus, imputatus Caſtello.

Quòd ſi in conſcientia ſuâ norunt, ratiocinationem eius fuiſſe huiuſmodi, *Permiſſum eſt occidere tyrannum, hæreticum, relapſum, perſecutorem religionis Catholicæ, excommunicatum & diffiſſum ab Eccleſia, & priuatum tum ab ea, tum ab Ordinibus, dominio ac ſucceſſione, & declaratum hoſtem publicum ab vtriſque, & vſurpatorem ſtatus. At Henricus de Bourbon eſt talis. Ergo licet eum occidere.* hoc ſanè miſeriores ſunt, quòd dicta eius adeò peruertunt, contrariumque allegant, ex quo nemo clariſſimè non videat, qua fide aliâs etiam, puta in allegandis ipſis Scripturis & Canonibus, vt mox dicetur, procedant. Hinc verò quum demonſtrare nequeant, Henricum ipſorum, Regem Galliæ eſſe, indeque principium, vt quidem faciunt, extruere, ideò veritatem temeritati ſuę, rationē affectibus ſuis, ac diſcurſum mentis ſtultitiæ ſuæ cedere volunt.

Cæterùm ſi hæc falſitas clara eſt, non minus clara eſt & illa de inſtructione: quum non niſi Caluiniſtarum proprium ſit dicere, *Occidendos eſſe Reges.* Teſtes de hac re ſunt ſcripta eorum, & conſilium, quod dedit Beza de occidenda matre & liberis. Cui adſtipulatur id, quod contra Regem Carolum IX. peractum eſt Meldis, vt dictum eſt ſuprà. Mihi verò planè perſuadeo, non dicturos illos, Caſtellum à Caluiniſtis, aut in conſilio eorum inſtructum fuiſſe. *[…]cunda falſi[…]*

Addidiciſſe equidem poteſt Caſtellus id, quod

quod Natura ipſa docet, quodque ius ciuile & canonicum comprobat, & vel iuniores eo non ignorant, *Vim vi repellere licere*: quod etiam Cicero tam altè intonat, in vna orationum ſuarum, inquiens: *Eſt enim hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* Multò minus ignorare poterat, dolorem acerbiorem non eſſe, quàm videre vim inferri matri ſuæ, & huic; in qua omnis comprehenditur charitas, quæ eſt Eccleſia & patria: videre latronem fratrum ſuorum, & lupum in ouili; qui agnos Dei interficit, & afficit morte tum temporali, tum æternâ. Et inſtructione cur opus habeat is, qui inſtructus ſatis ex ſe eſt? Præterea, ſi occidere homines tales, alio non occurrente medio occidere eſt Reges, quid inde ſequitur aliud, quàm prædones, latrones, oppreſſores Eccleſiæ & patriæ eſſe Reges? Cæterùm quia Decretum, Inſtructionem iſtam damnabilem eſſe aſſerit: hic iudicandum relinquo, vtra magis damnari poſſit inſtructio, hæc ne, quam Natura docet, conuenienter Deo, Legibus, Decretis, & Eccleſiæ; an quæ hæreſin nobis attrahit,

Pro Milone.

& Decreto iſto confirmat, contra Deum, cõtra Leges, contra Decreta & Eccleſiam.

Hæreſis manifeſta in Decreto.

CAP. IV.

SED ad hæreſin vt perueniamus, videamus id quod Decretum perſequitur. Id quidem eſt, quod Caſtellus dicere debeat, *ſe per falſam & maledictam inſtructionem in proceſſu propugnâſſe, Heinricum IV. nunc regnantem, non eſſe in Eccleſia, vsque dum habeat approbationem à Papa.* Etenim extra omne dubium duplicem hic hæreſin emergere: nempe vnam Politicorum, & alteram Caluini ac Lutheri, aut potius omnium hæreticorum. Prima eſt, dicere Regem legitimum eum (hic enim ſenſus eorum eſt, quando appellant Heinricum IV. & in numero Regum cenſent:) quem conſtat hæreticum ſemper fuiſſe & adhuc eſſe, & excommunicatum eſſe ab Eccleſia. Altera, aſſerere, excommunicatum à ſancta Sede eſſe in Eccleſia, aut in ea eſſe poſſe, ſine approbatione ſanctæ Sedis.

Primam enim hæreſin manifeſtam eſſe, ſine difficultate deprehendemus, ſi conſideremus errores, imò hæreſes illic contentas, de qui-

de quibus dictum eſt ſuprà, & quas eo comprobant. Adde, quòd, quum hoc pugnet cum verbo Dei, cum doctrinâ fidei, cum iudiciis Eccleſiæ & Conciliorum, omnino certiſſimum eſt, iſthanc hæreſin infallibilem eſſe. Nam cum verbo quidem Dei pugnat; quia illud expreſsè prohibet, *conſtituere Regem, niſi eum, qui ſit de numero fratrum*: quod ter repetitur. Vbi per *fratres* intelliguntur illi, qui vnius eiuſdemque ſunt religionis, & liberi eiuſdem matris; quæ eſt Eccleſia Catholica: quemadmodum exponunt Sancti Patres, & inter alios Lucifer contra Conſtantium. Et vtique neceſſaria hæc eſt expoſitio: quãdoquidem vera religio, quum id temporis nonniſi in populo Iſraelitico fuerit, ita comparata erat, vt declaret verum fidelem, qui alius non eſt, quàm Catholicus, vſa vocabulo iſto *fratris*. *Deut.17.* *Frater ſignifica Catholicum.*

Idem apparet non tantùm ex prohibitioné facta à Deo ad populum Iſrael, vt connubio ſibi ne iungant Cananæos, ſed ex depoſitione etiam Oziæ, Regis Iudæ, qui ob lepram, quæ ei accidit, ex conſtitutione & approbatione Dei, dignitate ſua fuit priuatus: Regnum quãdoquidem vt connubii inter Regem & Populum ſpecies eſt, ita ſancti Patres vno ore docuerunt, lepram hæreſin hic ſignificare. Ob quam cauſſam ſupra commemoratus Lucifer concludit, contra eundem Conſtantium, eũ ſtatũ ſuo priuari debere propter Arianiſmũ ſuum,

Idem porrò pugnat cum doctrina fidel, ob iniuriam, quam facit (velut Theologi Pariſienſes ſcripto publico probarunt, anno 1592.) partim regno, partim gratiæ & merito Ieſu Chriſti & fidei, quæ ei debetur. Regno quidem eius; quatenus ſupponit illi Locum tenentem (prout omnes Reges Locum tenentes ſunt, Ieſu Chriſti, qui ſolus eſt proprietarius:) eum, qui hoſtis ipſius eſt iuratus: Imò qui Antichriſtus eſt, & quicum neutiquam illi conuenit, vt eſt omnis hæreticus: Gratiæ deinde eius; ob abuſum, qui inde ſequeretur: gratia ſiquidem tum miniſterialis, tum meritoria, non poteſt alibi eſſe, quàm in Eccleſia, *ſi dicatur Rex per gratiam Dei*, is, qui in Eccleſia non eſt. Præterea ſi inſtrumentum conſtituatur gratiæ is, qui gratiæ capax non eſt. Adde, quòd omnis gratia Dei fructus eſt meriti Ieſu Chriſti, quod non niſi ædificare poteſt corpus eius myſticum, quod eſt Eccleſia: econtrariò hæreticus nonniſi deſtruere poteſt Eccleſiam, iuxta id, quod Euangelium dicit, *Furem non accedere, niſi ad ſurripiendum, occidendum ac deſtruendũ*: & quod ſuprà dictum eſt, Miniſtrum eſſe eius, qui Apollyon, hoc eſt, exterminator, vocatur. Vnde dicere, hæreticum eſſe per gratiam, eſt priuare gratia, fructu eius proprio ac naturali. Imò blaſphemia eſt manifeſta dicere, gratiam Dei deſtinatam eſſe ad deſtruendam, beſtiarum immanium more, & malorum Angelorum, quos Deus

Omnis hæreticus Antichriſt°.

Ioh. 10.

Hæreticus in mundo non niſi deſtruit.

Pſal. 77.

Deus in indignatione ſua mittit, vt dicitur in Scriptura.

Nec non cum Conciliis idem illud pugnat, quum notum ſit id, quod Concilium conſtituit Lateranenſe, quod priuat & ſpoliat omnes hæreticos omnibus munerib. dignitatibus & functionibus publicis.

Quod porrò & altera hæreſis ſit, cùm Lutheri, tum Caluini, id termini ipſi ſatis demonſtrant: quum aliud nihil ſit dicere, excommunicatum à Papa eſſe in Eccleſia ſine Papa, & ſine approbatione eius, quàm priuare Papam ſuprema dignitate & authoritate ipſius, quam habet ſuper omnes, ligandi & ſoluendi: *claui item Dauidis*, quæ ei tradita eſt, *qua aperit, ita vt claudat nemo: & claudit, vt aperiat nemo*. Quod proinde eſt negare caput viſibile & vniuerſale in Eccleſia, totamque hierarchiam ſubuertere, locoque Hieroſolymæ Babylonem ſtabilire. Qui ſcopulus eſt, in quem impingunt non tantùm Caluinus & Lutherus, ſed & hæretici omnes: quem adeò effugere nequeunt, quin, ſi ſupremo & iudiciario modo dicant idem per idem illud Decretum, eodem in numero collocentur. Etenim quomodo conueniat, eundẽ ſupremum eſſe, & ſtatuta eius infringi? Inferiorem condemnare ſuperiorem, deſtruere id quod extruxit, & contra eum, ac inuito eo ſoluere id, quod ligârat? Breuiter, quomodo iuſtum ac bonum cenſeri

Eſa. 22. Apoc. 3.

Autoritas Sanctæ ſedis ſcopulus omnium hæreticorum.

poſſit id, quod lex & decreta, imò ſenſus & natura ipſa tam altè, ſummè & notoriè condemnarit?

Tergiuerſationis enim medium nullum eſt: verba nimis clara ſunt: ſiquidem *ſine approbatione Papæ*, hoc eſt, inuito Papa, is, quem excommunicauit, *in Eccleſia propterea eſſe non deſinit.* Adde etiam actiones, præcedentes & ſubſequentes, conformes verbo Dei, & verbum actionibus, quæ euidenter commonſtrant, plus ſatis hic eſſe, quod volunt: & ex abundantia cordis, quo iam antea Bullas concremarunt, Nuntios proſcripſerunt, Legatorum honorem dilacerârunt, indulgentias Sanctæ ſedis annullârunt & riſerunt, ora iis obſtruxerunt, qui authoritatem eius propugnant, & in frequenti quidem ſchola, ante omnia verò ordinem latrociniis quæ commiſerunt, hodieque indeſinenter committunt, in ſacerdotibus & clericis, profanârunt, os eorum tunc locutum eſſe. Veluti neque hoc mirum eſt, quum maior pars Caluiniſtarum amplectatur profeſſionem, & cæteri aut infirmi ſint, aut adſtipulentes eis, quales ſunt omnes Politici, & per conſequens pellantur tum voluntate, tum viribus, à ſpiritu hæreſeos, fructum etiam, quem produxerunt, conformem eſſe radici: iuxta id, quod in Euangelio dicitur, *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur.*

Matth. 12.

Bonus

Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Et in genere ſicut dictum eſt alibi, *non colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus*, &c. *Matth. 7.*

Et iudicet hic, quicunque velit, quanto honori id ſit Parlamento: & quàm funeſta admodum mutatio ſit antiquæ probitatis, grauitatis, ſinceritatis, integritatis, pietatis & religionis ſedis huius: eo quandoquidem loco, vbi hæreſis quondam punita fuit, hæreſis iam pronunciatur, & locus, quē hæretici omnes formidabant, columna iam eſt hæreticorū, & ſeptentrio quò conſpirant. O faciem quondam iuſtitiæ, vt bella olim eras, nūc verò obſcurata es & nigrior carbonibus! O fructus loculi Hugonotici, & venditionis officiorū! Et tu domus antiqua, quàm diſpari dominaris domino! Reddita quæ es de Veritatis oraculo, officina mendaciorum: de pietatis aſylo, mater impietatis: & de domicilio virtutis refugium malitiæ: adque tantam infelicitatem redacta, vt loco ſpiritus Dei, qui in te præſidebat, nunc iuxta Prophetam, *habitent in te onocratalus, & ericius, & ibis, & coruus: oriantur in te ſpinæ, & vrticæ, & paliurus: tu cubile ſis draconum, & paſcua ſtrutionum: onocentaurus & piloſus clamet alter ad alterum: in te cubet lamia, hoc eſt, hæreſis, & in vmbra eius habeat foueam ericius, & catulos ſuos enutriat.*

Parlamēti mutatio funeſta.

Thren. 4.

Eſa. 34.

Medium excuſandæ hæreſeos nullum.

CAP. V.

NEc valet excuſatio eorum, miſiſſe ſe Romam, ſeque agnoſcere Sanctam ſedem. Quid enim iuuat eam honorare ore, & ipſo facto opprimere? Adde, quòd quum legatio noua alia non ſit, quàm quæ à Niuernenſi Duce peracta eſt, cuius litteræ, quas ferebat, quaſque publicabat ipſe, non niſi *de obedientia, benedictione & approbatione præteritorum*, & neutiquam de abſolutione verba faciebant (quidcunque tandem ille de legatione ſua prædicarit:) id quidem non eſt emendare delictum aliter, quàm emplaſtrum quodpiam apponere. Quo ipſo Sanctam ſedem nimis apertè ludificantur. Cuius generis ſophiſmata eorum, qui duplicem faciem habent, qui aquam ſimul fouent & ignem, qui volunt & non volunt, qui petunt & non petunt, ſubmittunt ſe & non ſubmittunt, qui ſerpentes & vulpes quum ſint, oues eſſe volunt, qui niſorum more quum vagentur, columbæ videri cupiunt qui Chamæleontes, Vertumnos & Protheos ſeſe præſtant, neutiquam locum habere debent in loco, vbi Spiritus S. præſidet, *qui vulpeculas capiendas eſſe præcipit, quæ vineam demoliri ſtudent*, &c.

Cant. 2.

Verùm

Verùm eſto, rem ſeriò eſſe actam, & ſeriò Abſolutionem petitam, neque tamen id vindicando Decreto ſeruire poteſt, ſed potiùs ei condemnando; & quidem ſolenniter. Etenim ſine Papa in Eccleſia eſſe dicatur is, qui tam ſolenniter à Papa in ea collocari petit? Quemadmodum econtrariò, ſi Decretum ſuum propugnant, aut ſi ipſo facto ibi aſſerere ſe cupiunt, aliud exiſtimari non poteſt, quàm omnem iſtam legationem expetendę Abſolutionis Romæ, inſtitutam eſſe, ex vnâ quidem parte ſui ſtabiliendi cauſſa, ex altera verò irriſionis & ludificationis ergò.

Legatio Rom. condemnata à Decreto.

Non magis illos iuuat Theologia Sant-Dionyſiana, aut tractatus iſte egregius, quem Pariſiis poſtea imprimendum curarunt, hoc anno M D X C V. apud Montroculum & Richerum *De iuſta & canonica abſolutione Heinrici IV.* Qui quum auſus non ſit comparere, niſi biennio poſt factum, neque nunc quidem audet, quantumvis forti manu ſub peregrini nomine inſtructus. Nam idem eis dicetur: ſi Abſolutio eſt *canonica*, cur ergo profectione Romanâ opus fuit? Etenim velle inter duo tranſire. & quoddam tertium medium inuenire, quod & legationi poſſit deferri ſimul, & iuſtificare tum Epiſcoporum actionem, tum ipſorum Decretum, ſicque in vnum coniungere duo extrema adeò contraria, hæc quidem via nimis contracta eſt, & ſpinæ nimis craſſæ, è quibus non

Tractatio abſolutionis canonica.

Tertium medium inutile & impoſſibile.

niſi ſaucius expedire te poſſis. Aut potiùs vt loquitur Propheta, *Coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operire non poteſt.* Neque tunc etiam exceptiones canonicæ à periculo, & mortis articulo, ab inimicitia capitali, & diſcrimine illos liberabunt, vt dicant, quòd, recuſante Papa, Epiſcopi, qui ceu viri probi ſic iudicârint, vltra progredi potuerint contra voluntatem ipſam Papæ: & quod conſideratâ abſolutione Romana, & ſine præiudicio illius, ipſorum abſolutio obtinuerit vigorem, ad efficiendum, vt pœnitens in Eccleſia eſſe ne deſinat.

Eſa. 28.

Exceptiones non valent contra intentionem Legiſlatoris.

Quales enim exceptiones canonicæ ſint iſtæ, quæ cum expreſſa voluntate pugnant & recuſatione eius, à quo emanârunt? Aut quis vnquam audiuit dicere, gratiam ſupremi fuiſſe comparatam, vt agat contra authoritatem ipſius, ipſiquemet præiudicet? Et quandoquidem officium hominis probi eſt, iudicare ex intentione Legiſlatoris, quomodo quæſo illæ recipiantur, quæ directè iudicant contrarium, & contra recuſationem ab eo factam?

Rationes recuſationis Sanctitatis ſuæ canonicæ.

Item vt rationes recuſationis Sanctitatis eius, quùm ſimpliciter canonicæ & peremptoriæ fuerint, quemadmodum adhuc illæ continuant, ob impœnitentiam notoriam & publicam eius, pro quo verba fiunt, & à quo ne quidem delegati ipſi, qui ad eam profecti ſunt, manda-

mandatum aut adprobationem habebant; ita ridiculæ ſunt & querulæ, quas de commemorata recuſatione fecerunt, quum proceſſus illorum admodum inciuilis illic fuerit, & conatus in eo fundatus deteſtabilis. O ſapientes valde, & peritos formarum & regularum canonicarum! vt qui primò volunt libellum ſupplicem recipi pro eo, qui id fieri & ipſe non probat, & recipi non poteſt. Secundò, qui de abſolutione ante conuerſionem loquuntur. Tertiò, qui gratiam præſentem experunt, inducti phantaſmate conuerſionis futuræ. Digni vtique & ſapientes architecti, qui, quartò, ædificare volunt ſine fundamento. Et quintò, callidi mercatores, qui pannum acceptant ſine ſolutione, & pro cautione vana. Sic enim Tertullianus loquitur, inquiens, *Pœnitentiam eſſe pretium, quo venditur gratia remiſſionis.* Cuius proinde Deus ipſe mercator eſt, & Papa procurator, qui rationem eius reddere Deo tenetur. Sextò, qui quod maius adhuc eſt, ſpondent pro alio id, quod ille ipſe, pro quo ſpondent, promittere pro ſeipſo nequit, quum res ſit, quæ in eius poteſtate non eſt. Imò contradictionem implicat manifeſtam, condemnare ſimul & approbare rem eandem: condemnare quidē eam promittendo contrarium: & approbare in ea perſeuerādo. Septimò, qui neſciunt, tempus libellorum ſupplicum oblatorū mouēdę querelæ de lōgitudine iudicis, numerari nō debere,

Tertull. de pœnit.

niſi à die, quo ſubiectum diſpoſitum eſt ad effectum ſupplicationis,& illius capax redditum. In quod in abſolutionis materia eſſe nequit aliter, quàm per conuerſionem: & conuerſionem non futuram, ſed præſentem: nec præſentem tantùm, ſed cognitam pro vera, & per veros pœnitentiæ fructus: nec non, vt loquitur, vetus pater Pacianus, *cum magno pondere & momẽto, poſt magnos gemitus ac preces totius eccleſiæ*. Qui diſtinctionem ignorant fori exterioris & interioris: & vt pro interiore Deus, qui fallere ſe nequit, gratiam ſuppeditat ipſo conuerſionis momento: ita, pro exteriore, Eccleſiam, quæ cor non inſpicit, teneri informare ſe antè, & per effecta iudicare: vt quæ vnica nota canonica eſt, quam Ieſus Chriſtus ei dedit. Vnde ne quidem Sancto Paulo, vtut vera erat eius conuerſio, antè fides habita fuit, quàm vel reuelatione, vel factis & teſtimoniis bonis, veritas rei perſpecta fuiſſet.

[Ep]iſt. 1. ad Sym[pr]on.

[A]ct. 7.

[A]ct 9.

[G]al. 1.

[E]xceptiones ca[n]onica ruinoſo [fu]ndamento [n]ixæ.

Ita autem per ſe corruent bellæ iſtæ exceptiones diſcriminis & articuli mortis, inimicitiæ capitalis, & periculi in mora, quòd ſcriptum iſtud tantopere exaggerat. Quum enim hoc canonicum non ſit, niſi pro pœnitentibus: neque aliter, quàm iuxta conditionem principalem nempe pœnitentiæ: quæ quæſo ratio eſt iſta allegare, vbi pœnitentia non eſt?

Taceo alias rationes peremptorias, quæ exceptio-

ceptiones iſtiuſmodi hic nullas efficiunt. Nam etſi maximè diſcrimen mortis canone nititur pro eo, qui in diſcrimine verſatur: locum id tamen non habet apud eum, qui periculum ſibimet creat, tam pro ſe, quàm pro aliis; id quod principium eſt omnis mali. Neque apud eum; qui periculum adit vltrò & ſponte, & in actione illegitima. Velut & in actione vana & temeraria: quales hiſtrionum ſunt actiones, & funambulorum. Iuxta id, quod Veterum quidam in Pſalmi locum, *Deum mandare Angelis, vt cuſtodiant hominẽ in viis ſuis*, verbum illud exponit de viis iuſtis: & non temerariis. Multò minus locum habet apud eum, qui periculum adit ideò, vt violet leges cùm ciuiles, tum canonicas: quum lex expreſsè ſtatuat, *Nullum haurire commodum ex re, quam ipſe conatur oppugnare.* Qua igitur ratione quæſo Canones propugnet is, qui Eccleſiam, & iudicia Eccleſiæ oppugnat? *Pſal. 90.* *L. Ita tamen. Qui ſuſpectan*

Et quoad inimicitiam capitalem, etiam quæ culpâ Excommunicati contracta ſit, licet talis exceptio locum quidem habeat ob culpam ſemel commiſſam, & quæ retineri amplius nequit: non tamen habet ob culpam, quæ continuatur, & qua ceſſante, ceſſaret etiam inimicitia: qualis eſt, quando ſtatus quiſpiam inuaditur, contra leges, ab eo, qui inde iure excluſus eſt, quique hæreticos proſequitur fauore. Aliter gratia patrocinaretur malo.

Digitized by Google

Nec ſequitur,ſi maximè quiſpiam recipiat commodum culpæ ſuæ, propterea culpam recipere debere, commoditatem perſonę: hoc eſt, culpam conſeruandam eſſe, ideò, vt perſonæ parcatur: quum hanc ob rationem qui αὐτοκατάκριτοι ſunt, & in ſcelcribus malitiosè ac continuè volutantur, per leges & canones ab omni gratiâ excluſi ſint.

lo epiſc. aud. 3.

Et maximè, ſi duæ iſtæ exceptiones locum haberent, quis tantopere tunc preſſiſſet eum, quum minores illæ non fuerint, immò maiores antehac?

le pœnit. & miſſ. c.v t.

Nam ad principalem, quam allegant, periculi videlicet in mora, quod attinet, quũ periculũ comprehenſum in Canone, aliud non ſit, quàm *animarum* periculũ, id quidem hic ſpeciem aliquam haberet, ſi periculum ſpirituale illos permouiſſet, & non temporale tantum, cùm pro abſoluto, tum pro ipſiſmet: ob metum; qui id temporis imminebat, ſi ab Ordinibus Rex nominaretur. Vnde ſanè Catholici tacitè iam murmurabant, quos negotium iſthoc vrere cœpit, quippe cum vltimi etiam Bourbonii Cardinalis morte coniunctũ. Qua de cauſſa, quũ remediũ non aliud ſupereſſet, quàm hæc ipſa conuerſio & abſolutio, quam ad extremũ ille reſeruarat, & ad hanc ipſam duntaxat neceſſitatem, coactus vtiq; fuit bibere ex hoc calice, nec longiorẽ nectere moram, ita tamẽ vt id & Hugonotis placeret cùm peregrinis, Anglis, Hollandis, Germa-

riculum me- temporale nõ canonicum.

Germanis, Heluetiis, quàm omnibus per totam Galliam diſperſis: quibus omnem fauorem & gratificationem, litteris ſuis patentibus, eodem xxv. Iulii, anno MDXCIII. exaratis, prolixè promiſit. Quos hac ratione primos honorauit, vt primi, & ante Papam, primam facti ſui excuſationem audirent: quum litteræ ad Papam demum xviii. Auguſt. allatæ eſſent. Ex quo ſequitur, exceptionem iſtam omnino canonicam eſſe non poſſe.

Etenim ad ſpirituale periculum, de quo ſermo fit, quod attinet, tanquam ſi pœnitens deuotionem ſuã amittere, aut ab Hugonotis deflecti poſſit, næ valdè ridiculum vnum & alterum eſt: Primum; quia amitti non poterat id, quod non erat. Et quum deuotio iſta alia non fuerit, quàm vt conſenſus fieret de vſurpando commodo fictionis iſtius neceſſariæ: idcirco illud quidem nimis abſurdum foret canonicum appellari. Ampliori riſu dignum eſt alterum: quandoquidem Hugonoti poſt eum, Mornæus, Sancyus & alii, eum ad id faciendum incitârunt: & quoad illos, qui ipſum ſectantur, ſi ſcrupulus eos pungebat, quòd neceſſariò cum excommunicato conuerſarentur, annon maiorem ipſis ſcrupulum iniicere debebat, ne quidquã contra ſanctam ſedem perpetrarent? *Vanitas periculi ſpiritualis*

Quòd ſi in Epiſcoporum iudicio omnis hic cardo vertitur, ſub ſpecie hominum proborũ, adeò vt abſolutionem ſuppeditare poſſit, ob

periculum temporale, & quidem in re iniuſta, & contra iudicium legum, tum Eccleſiæ, tum Ordinum: ſanè improbè admodum munere perfuncti fuerint patrum ſpiritualium & ædificatorum Sionis, quæ eſt Eccleſia, vt qui parietem intritâ ſine palea linire non dubitant: non conſiderantes id, quod Deus per Prophetam minatur, inquiens: *Dic ad eos; qui liniunt parietem absque temperatura, quòd caſurus ſit.* Et

Ez.13. iterum: *Deſtruam parietem, quem liniſtis abque temperamento: & adæquabo eum terræ: & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & conſummetur in medio eius: & ſcietis; quia ego ſum Dominus. Et complebo indignationem meam in pariete: & in his; qui liniunt eum absque temperamento. Dicam quòd vobis non eſt paries: & non ſunt, qui liniunt eum, &c.* Ita enim loquitur: & ad eos quidem; qui quum dicant *Pax, pax; vbi pax non eſt*, ſupercilium ſuum, & phantaſiam particularem ſequuntur.

Et in genere, ſi auctores Decreti alio ad probanda dicta ſua non nituntur fundamento, certè tegumentum hoc nimis clarum eſt, quam vt hæreſin ſuum occultare, & arundineus ſcipio nimis infirmus, quàm vt ruinam ſuam eo ſuffulcire poſſint.

Abſurditas inhibitionis, ne proferantur propoſita Caſtelli.

CAP. VI.

RESTAT tertium Punctum: quod eſt de inhibitione

hibitione ac prohibitione ad omnes ac ſingulos cuiuſcunque qualitatis & conditionis homines, *Ne ſub pœna criminis læſæ Maieſtatis dicant aut proferant, quocunque loco, publico vel alio, ſupra commemorata propoſita Caſtelli: quæ prædicta Curia declarauit & declarat eſſe ſcandaloſa, & tanquam hæretica à Sanctis Decretis condemnata.*

Vbi, vt hæreſis in ius vertitur, & impietas fidem ſibiipſi ſtabilit, duo veniunt obſeruanda, Conatus videlicet in iudicio, & iudicium ipſum in ſubſtantia ſua. Primum eſt, quòd hîc Laicos videmus determinare Verbum Dei & hæreſin, velut ſupra Maieſtatem diuinã ipſam. Id quod non niſi ſoli Eccleſiæ competit. Nam etiamſi inter eos extent homines quidam eccleſiaſtici, quorum numerus adeò exiguus, inque tam vili apud alios (minimùm huius qualitatis viros) reſpectu eſt, vt quaſi torrente ab illis abripiantur: id tamen locum ita habere nõ debet, quin Laicorum ſit iudicium. Accedit conatus, de quo dictum ſuprà, procurandi beneficia, diſponendi confeſſarios, adeoque prædicatores ipſos: quo modo ſupra etiam Epiſcopos ſeſe extollunt. Hoc etenim eis non conuenit, nec vt Laicis, nec vt Clericis. Nam etſi maximè Clerici illic contineantur, ad propugnanda iura Eccleſiæ: id tamen in Eccleſiæ damnum non fit: neque eo fine; vt in Regum manus tradatur illud, quod eſt ſpirituale. Notus eſt ordo, quem obſeruat Natura, & diſtri-

Incompetentia iudicii ſtrictius ſuper Laicos.

butioni

butio inde fieri ſolita: vt videlicet Luna ſeruiat nocti, & ſol diei: vbi nox eſt temporale, & dies ſpirituale: velut Luna eſt principatus, & Eccleſia eſt ſol, cuius thronus eſt in conſpectu Dei. *Cæli cælorum ſunt Domini: ſed terram dedit filiis hominum.* Quod quum Rex Iudæ Ioſaphat intellexiſſet, *Amarias* ſacerdos (dicebat) *in his, quæ ad* Deum *pertinent præſidebit; porrò Zabadias filius Iſmael, qui eſt dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent.* Et Hoſius, epiſcopus Cordubenſis, ad Conſtantium Imperatorem, *Ne, o Imperator,* inquit, *rebus te immiſceas eccleſiaſticis, neque commendes nobis in illis: ſed diſce potius à nobis.* Et Sanctus Ambroſius ad Valentinianum, *Ne fruſtra labores, o Imperator, cogitando te ius habere commendandi in rebus diuinis. Scriptum eſt, Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſunt Dei. Palatia ſunt pro Principibus & Eccleſiæ pro Sacerdotibus.* Sanctus Athanaſius longiùs progreditur, & illos appellat *Antichriſtos, & abominationem deſolationis prædictam à Daniele:* velut & idem fecit Conſtantius. Quandoquidem non niſi iis, quibus Ieſus Chriſtus dixit, *Vt meus me pater miſit, ita mitto ego vos,* conuenit, res eiuſmodi cognoſcere. Malè admodum ceſſit Sauli, & malè Regi Oziæ, quum rebus ſe ſacris immiſcerent; qui ambo & regnum & vitam propterea amiſerunt. Et Oza morte perimitur ſubitâ, quòd indiſcretè manum Arcæ admouiſſet, etiamſi

Pſal. 88. 2. Par. 19. Athanaſ. ad ſol. vit. ag. Ioh. 21. 1. Reg. 13. 2. Par. 26. 2. Reg. 6.

iamſi id factũ fuerat, quum boues calcitrarent, & declinarent eam. Imò moritur quinquaginta millibus à populo, & ſeptuaginta à Principibus, eò quòd tantùm Arcam aſpexiſſet. Et certè prudentiſſimi quique Principes ſedulò operam dederunt, vt hic quidem nihil molirentur. Conſtantinus M. Concilium Nicenum non ingreditur, niſi vltimus: nec ſedet, niſi permiſſione Epiſcoporum: vbi de pace & concordia quum nonnihil perorâſſet, iudicium de fide Epiſcopis reliquit. Imò de differentiis eorum cognoſcere quicquam noluit. Et Theodoſius iunior, ſcribens ad Concilium tertium Epheſinum ait ſe ſtudioſè curaturum ne de religionis materia verba faciat, *quum nemini licitum ſit, præterquam illi, qui ex numero Epiſcoporum eſt, immiſcere ſe rebus Eccleſiæ.* *Euſ. lib. 3. de vita Conſt.*

Quòd ſi maximè hodie in Anglia contrarium in vſu eſt, vbi vel femina etiam præeſt rebus ſacris, num idcirco Gallia hoc abripiatur vento, quem Aquilones iſti attrahunt? Et quod miſera illa Inſula pedetentim ſuſtinuit, id Gallia perpetiatur curſim, ac præcipitanter?

Verùm tanto minùs tolerandi ſunt, quòd in ſpiritualia imperium ſibi ſumunt, quanto maiori ſeueritate prohibent Eccleſiaſticis, ne verba faciant de temporalibus, adeoque auſterè reprehendunt in alio, id, quod perpetrant ipſi indigniſſimè. Nam etſi Luna pendet ex Sole,

Digitized by Google

ſol tamen ex Luna non pendet. Et plus iuris quidem habet, omni in caſu, Eccleſia, iudicandi de temporalibus (teſte etiam Apoſtolo, Neſcitis, nos iudicaturos Angelos? quanto magis res ſeculares?) quàm habent temporales de Eccleſia.

Et adhuc minus tollerandi ſunt, quod allegant verbum Dei & ſancta Decreta, quorum neutrum intelligunt, imò ambo violant & corrumpũt: nec non hæreſin condemnant, ipſi, qui hæreſin propugnant & pronunciant. Etenim quod verbum Dei in iis inſit, qui eius miniſtros occidunt? qui Prophetas dilaniant? Aut quis aquę viuę guſtus inſit in iis, qui canales eius obſtruunt? Et quandoquidem verbum Dei eſt in ſpiritu, *qui ſolus viuificat, quum littera occidat*: atqui ſpiritus non eſt, niſi in Eccleſia, quomodo quæſo verbum Dei inſit in iis, qui contra Eccleſiam conſpirant?

Idem iudicari debet de ſanctis Decretis, quæ, licet ipſi apertè profiteantur, violant tamen: vt qui primò Monachos & Monachas necant. 2. qui prouiſiones Romanas labefactant. 3. qui profectionibus Romanis interdicunt. 4. qui hæreſin & crimen læſæ Maieſtatis diuinæ determinant. 5. qui auctoritate ſupremâ audent proſpicere de beneficiis. 6. diſponere de prædicatoribus: deque duobus hiſce legem cudere ordinariis. 7. qui patiuntur excommunicatum à S. Sede eſſe in Eccleſia, ſine & contra auctoritatem Sanctæ Sedis. 8. qui

hanc

hanc eandem auctoritatem, vt & Sacrorum Conciliorum, de priuandis hæreticis omni iure Coronarum, negant & infringunt; & generatim Eccleſiæ, ſuper temporalia, per omnes ſenſus ac rationes: vnde principalem ſuam exſtruunt Maximam, ſine admiſſione vllius diſtinctionis. 9. qui imperant hominibus eccleſiaſticis, vt non ita pridem Carthuſianis, Minimis & Cappucinis, quo preces fundant publicas, caſque voce alta, pro excommunicato, relapſo, & contra eſſentiam ipſam excommunicationis, ſub pœna exilii. 10. qui confeſſariis leges ponunt de reuelandis confeſſionibus, imò ad id eos vi cogunt. 11. qui bullas S. Sedis, & per manus quidem carnificis comburunt. 12. qui non ita pridem, & recenter admodum irritam fecerunt Bullam Iubilæi Domini Noſtri Patris Papæ Clementis VIII. ad gubernacula nunc ſedentis, conceſſi Romę, 3. Decembr. 1 5 9 4. eo fine, vt preces inſtituantur pro neceſſitatibus publicis orbis Chriſtiani, oppugnati ab omni parte: allegantes pro ratione clauſulam reſeruationis illic comprehenſam, *de hæreticis & ſchiſmaticis, ſpecialiter declaratis & condemnatis ab Eccleſia*: quibus & pro quibus gratia indulgentiæ non erat data. 13. qui contendunt hæreticum abſolui ſine pœnitentia, & vt relapſus exaudiatur. Quę omnia pugnant cum ſanctis Decretis & conſtitutionibus Conciliorum: imò cum omni legitimo ordine atque politia tum eccleſiaſtica,

tũ ciuili, & omni ſenſu Chriſtianiſmi. Nã ecce religio & reuerentia in ſancta Decreta in iis qui Decreta allegant, in Decretorum partes deſcendunt, atque Decretorum zelo ardere volunt. Perinde vt in Euangelio Diabolus ſcripturam allegat, qui à ſcriptura condemnatus eſt, nihilque maiori curæ cordiq; habet, quàm ſcripturã corrumpere. Qui proinde digni ſunt, vt ille, quibus ſilentium imponatur, ne vel Decretorum, vel ſcripturæ mentionem vllam faciant.

Propoſitiones Caſtelli nec ſcandaloſas, nec ſeditioſas eſſe.

CAP. VII.

VErum ad iudicium ipſum per ſe, ſiue in ſubſtãtia ſua, vt veniamus, nec inſiſtamus tantùm, vt vulgo dicitur *ad hominem*, ſed ius ſumamus ex verbis ipſorum: qualis quæſo ratio eſt dicere, propoſitiones Caſtelli ſcandaloſas eſſe, ſeditioſas, contrarias verbo Dei, & condemnatas, vt hæreticas, à ſanctis Decretis? Cur enim ſcandaloſas dicant? Aut quomodo ſcandalum accipiunt? Nunquam certè veritas fuit ſcandalum, niſi veritatis inimico: nec fides, niſi infideli: nec ſanctitas, niſi profano & impio. Quod illud eſt, quod Theologi dicunt, *Scandalum eſſe acceptum; & non datum. Beatus*, inquit

inquit Ieſus Chriſtus, *ille, qui non ſcandalizatur in me*. Proprium iſthoc eſt Capernaitarum, qui credere nolebant verbo eius de manducatione corporis ſui. Proprium eſt idem diſcipulorum apoſtatarum; qui dicunt, *durum hunc eſſe ſermonem*. Proprium & eſt Iudæ ac Sacramentariorum, eorumque diſcipulorum Caluiniſtarum; qui in hunc ipſum lapidem impegerunt, omneſque ſcandalum acceperunt. Proprium denique eſt *duum domuum Iſraël*, vt loquitur Eſaias, hoc eſt, Simeonis & Leui: Vnius quidem, propter ſcribas & Phariſæos: alterius verò, propter Pontifices & ſacerdotes; qui inde promanârunt: qui impegerũt itidẽ. Breuiter, omnium impiorum & filiorum huius Mundi hoc eſt proprium: quibus Ieſus Chriſtus diſplicet, & cui bellum inferunt. Quandoquidem reuerâ ſcandalum eſſe nequit, niſi quod falſum & vitioſum eſt, & exemplo aut inſtructione malâ alios inducit ad errandum, aut peccandum. Cuius generis ſunt propoſitiones eorum, qui propugnant hæreticos, affligunt Catholicos, ſchiſmata cudunt contra Eccleſiam, blaſphemiis proſcindunt nomen Dei, imminuunt numerum filiorum lucis, econtrariò gehennæ filios multiplicant: vt quidem per decretum iſthoc eſt factũ. Et ſi Caſtellus veritatem dixit, ſi contrarium eſt hæreſis, vt demonſtratum eſt ſuprà, quod præiudicium ferẽt, de ipſiſmet, illi, qui ſcandalum illic deprehendũt? Et de ſcandalo verba facere

Matt. 11. Ioh. 6. Eſ. 8.

vt quæſo audent illi, quorum & actiones, & caput, & pedes non niſi ſcandalum ſunt puriſſimum.

3. *Reg.* 18. *Hier.* 26. 3. *Reg.* 22. Seditioſæ deinde propoſitiones iſtæ non magis ſunt, quàm vt ſeditio appellari ſolet veritas ab eo, qui eam odit. Quo modo Helias ſuo tempore ſeditioſus fuit appellatus: & Hieremias: & Micheas, & alii Prophetæ omnes: qui ob id & peſſimè tractati fuerunt. Quo modo ipſe Ieſus Chriſtus ſeditionis accuſatus fuit, quod veritatem prædicaſſet, & talis etiam condemnatus à Pilato. Hoc modo ſeditioſi habiti ſunt omnes Martyres, quos ferrum & ignis tyrannorum perſecutus eſt: nec non & Confeſſarii, Athanaſii in Ægypto, Baſilii & Chryſoſtomi in Græcia, & Hilarii in Gallia: & omnibus in locis illi, qui prædicant ac pronunciant veritatem. Aut quomodo ſeditioſus dicatur is, qui vocem edit videns latronem, aut lupum aduentantem: qui arma conclamat in hoſtem & illo conſpecto tubam ſonat? Verum ſi è contrario ſeditioſus eſt is, qui impius eſt, qui ignem fouet in Eccleſia, ſubuertit leges patriæ, & efficit, vt ratio cedat viribus, quomodo excuſabunt ſe quæſo illi, qui hic loquuntur?

Propoſi-

Propoſitiones Caſtelli neutiquam pugnant cum verbo Dei.
CAP. VIII.

SED magis ridiculum eſt, quod Propoſitiones eius declarant eſſe contrarias verbo Dei & condemnatas vt hæreticas per ſancta Decreta: quum ſcriptura & Decreta euidenter commonſtrent contrarium, & comprobent verba Caſtelli: velut vterq; articulus tam de tyranno, hæretico, relapſo excommunicato, & vſurpatore &c. hunc nimirum occidere licitum eſſe: quàm de excommunicato à S. ſede, qualis in Eccleſiam remitti ſine Papa nequit, ex ſcriptura & ex Decretis demonſtratus eſt ſuprà.

Nam ſi in Regum gratiam eò niti velint, quod habetur in ſcriptura, antè omnia demonſtrare ipſos oportebat, hæreticos & tyrannos eſſe Reges: aut ſcripturam eius farinæ hominibus patrocinari, vt regibus: quādoquidem equiuocatio nimis craſſa eſt, vnum ſumere velle pro altero.

Scriptum quidem eſt, *Non maledices Principi populi tui*: & alibi, *Nolite tangere vnctos meos* (quanquam vnum & alterum principaliter dicitur de ſacerdotibus:) & Ieſus Chriſtus inquit, *Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris.* Et S. Petrus imperat, *nos ſubiectos eſſe debere omni ordini humano, ſiue Regi vt ſuperiori, ſiue gubernatoribus, vt miſſis ab eo.* Et iterum: *Timete Deum, hono-*

Exod. 22. *Pſal. 104.* *Matt. 22.* *1. Pet. 2.*

Rom.13. *rate Regem.* Et S. Paulus docet omnem animam *ſubditam eſſe debere poteſtatibus ſublimioribus, idq; non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: reddere tributum, cui debetur tributum, Vectigal cui vectigal, timorem cui timor de-*
1. Tim. 2. *betur, honorem cui honor*, &c. Idem Apoſtolus iubet *primùm omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt.* Et quoad Decreta, notum eſt, id quod allegatum ſuprà ex Concilio V. Toletano & Conſtantienſi. Non ignotum quinetiam, intelligi hæc omnia de Regibus legitimis & approbatis ab Eccleſia: & approbatione, non tolerantiâ duntaxat, (vt quondam in Eccleſia primitiua, quando ad plenam ſuam authoritate in Eccleſia nondum peruenerat, & ſpeciatim in hoc articulo:) ſed etiam agnitione pro veris filiis & alumnis Eccleſiæ. Velut poſtea accidit, quum Reges ſe Eccleſiæ ſubiecissent, & coronas ſuas à Ieſu Chriſto ſe geſtare, tanquam vaſallos eius & Locum-tenentes, agnouiſſent: iuxta id quod Pſaltes, de Regibus verba faciens, memoriæ prodidit, *Apprehendi-*
Pſal.2. *te diſciplinam*: pro quo textus Hebræus habet, *Oſculamini filium*, in ſignum homagii & ſubiectionis. Vt certè ſcriptura explicans hoc, & prædicens quod euenturum erat, reges appel-
Sap. 6. lat *Miniſtros regni Dei.* Et apud Eſaiam *nutri-*
Eſ. 49. *tios Eccleſiæ ſuæ*: qui hoc in ſtatu adorabunt eã *vultu in terrã demiſſo, & puluerẽ pedum eius lingẽt.*

vt in

vt in qua Ieſus Chriſtus ſceptrum ſuum ſtabiliuit, & domum Iacob, *in qua regnabit in æternum.* *Luc. 2.* Et per eundẽ Prophetã ſub pœna exitii iniungit illis, & populis & regnis, & coronis illorum, *vt veniant & Eccleſiæ ſeruiant.* Quod ipſum manifeſtè innuit myſterium Nabuchodonoſori reuelatum, & explicatum à Daniele, de lapide, qui ſine manu hominis de monte volutus fuit, ſtatuamq; figuram Monarchiarum Mundi, cõquaſſauit: quò legibus Chriſtianiſmi ſubiecti, formam addiſcant ſumere meliorem.

Verùm quoad hereticos, relapſos & excommunicatos, condemnatos & iure priuatos, ac proinde illegitimos, & vſurpatores, ſub titulo falſo: his quidem nos ſcriptura nec Decreta ſancta, vt dictum eſt ſupra, patrocinantur. *Scriptura nuſquã patrocinatur hæretico.* Et quemadmodum in conſenſu horum amborum fundata fuit excommunicationis Bulla, à Sixto V. contra Regem ementitum pronunciata: ita inde diſcimus, neque Chriſtianis vllum ius aut libertatem defendendi ſe in contrarium ademtam eſſe. Et proinde, vt ex ſcriptura, & ſanctis Decretis colligitur, eſſe hereſim (& hæc quidem veritas eſt) dicere, *Licitum eſſe occidere Reges*, hoc eſt, Principes legitimos, approbatos & non condemnatos ab Eccleſia & Ordinibus; *2. Par. 11. 12.* ita idem dicere de hæretico & tyranno, condẽnato & excluſo à Corona per Eccleſiam & Ordines, tam longè ab hæreſi abeſt, quàm vera & deteſtanda hæreſis eſt, dicere, Eum qui talis eſt, eſſe Regem legitimum.

Imperatorum exemplum nihil concludit pro hæreticis.

CAP. IX.

QVod ſi exemplis agere velint, dicentes, Apoſtolorum tempore, Reges fuiſſe infideles, & tamen in gratiam eorum ſcripta illa fuiſſe, & obſeruata, de quibus ſuprà: tum reſpõdetur, etſi Reges tũc maximè fuerint infideles, tamẽ nihilominus legitimos fuiſſe: quũ lex nõdum extiterit, à Regib. & Regnis publicè recepta, quæ infideles illegitimos declarârit. Quod quùm hodie non ſit, quando Eccleſia vtitur iuribus ſuis, poſt ſubmiſſionem Regum & ſtatuũ eorum, prout prędixerat Eſaias, & lex effectum ſuum produxit, vnde quod ſubſiſtebat per naturam, ſubſiſteret hodie per gratiam (vnde etiã Reges hoc tempore, non ſimpliciter Reges, ſed Reges per gratiam Dei ſe appellant:) idcirco mirum non eſt, ſcripturam, quæ olim infideles commendabat, contrarium hodie facere: iuxta dictum S. Pauli (& ex interpretatione S. Auguſtini) qui conſtituit, *vt parati ſint ad vindicãdam omnem inobedientiam, poſtquam prima obedientia* (quæ eſt ſubmiſſio Regum) *completa fuerit.* Adeò vt variatio non ſit in ſenſu ſcripturæ Apoſtolicæ, ſed in materia duntaxat ſubiecta, in hoc, vt is, qui tunc fuiſſet legitimus, hodie ſit illegitimus. Et ſcriptura, vt eſt dictum, non patrocinatur niſi legitimis.

Eſa. 49.

2. *Cor.* 10. *Aug. ep.* 50.

Vnde

Vnde quoad hæreticos, ſi Ethnicus hodie incapax eſt, multò magis erit omnis hæreticus, qui ad obediendum Deo & Eccleſiæ obligatus eſt per baptiſmum. Accedit, quod hæreticus ſine cōparatione longè periculoſior ac damnoſior eſt Eccleſiæ, quàm vllus Ethnicus aut infidelis.

Neque etiam exemplum Imperatorum hæreticorum.

CAP. X.

QVod ſi obiiciatur, ab illo tēpore, pluribus Imperatoribus hæreticis Obedientiā præſtitam fuiſſe, eoſque agnitos pro legitimis: id quidem verum eſſe reſpondetur, ſed & ignotas non eſſe crudeliſſimas tragœdias, quæ in perſonas ipſorum exercitatæ fuerunt: quarum executores reprehenſos non audiamus, vt vt ſtatum diripuiſſent, niſi quod imitatores fuiſſent infidelitatis eorum, quos ſuſtulerant è mundo. Vt apparuit quondam in regno Iſrael, in Samaria, in perſonis Baaſæ; qui Nadabum, filium Ieroboami, interfecerat; & Zambrii; qui occiderat Elam, filium Baaſæ: & Ambrii; qui Zambrium trucidauerat: & Iehu; qui Ioramum & Ieſabelem, filium & vxorem Achabi peremerat. Qui omnes etſi ſtatum eorum, quos necauerant, inuaſiſſent: reprehenſi tamen, aut puniti ob id à Deo non fuerunt, niſi quod impie-

3. *Reg.* 15. & 16.
4. *Reg.* 10.

tatem anteceſſorum ſuorum imitabantur. Velut Iehu factitauit, qui labefactatâ impietate Achabi, adorantis Baalem, prolapſus eſt ad idololatriam vitulorum aureorum, à Ieroboamo proſtitutorum. Velut etiam idem Ieroboamus, maximam partem labefactato ſtatu Roboami propterea nec punitus, nec reprehenſus à Deo fuit: ſed dumtaxat, quòd religionem Dauidis negâſſet. Id quod exitium ipſi attulit, iuxta promiſſum, quod Deus per Prophetam Ahiam ipſi fecerat, *ſe*
3.Reg.11. *cum illo futurum, & domum firmam ei ædificaturum, ſaltem vt cuſtodiat mandata ſua, & ambulet in via Dauidis.* Quod euidens argumentum eſt, quòd hæretici illi agniti ſunt Imperatores, vti Valens, Baſiliſcus, Zeno, Anaſtaſius, Philippus, Copronymus, Stauratius, duo Leones Iconomachi, Michaël Balbus, Theophilus & alii, id de facto potiùs, quàm de iure extitiſſe: & proinde nihil hic ſuppetere, vnde quicquam vel in exemplum, vel in conſequentiam, pro hæreticis, hauriri poſſit.

* * *

Et minus

Et minus in regno Galliæ.

CAP. XI.

ACcedit, quòd ſi in vllo alio Chriſtiani orbis regno hæreticus iuris quidpiam Principis legitimi habere poſſet (quod nequit) in regnó tamen Galliæ ſolus titulus *Chriſtianiſſimi*, naturaliter, & prærogatiuâ ſpeciali, ſpeciem omnem hæretici planè reiiceret: quum prorſus ἀσύςατοι ſint hæreticus & Chriſtianiſſimus: quandoquidem, veterum Patrum confeſſione, hæreticus ne quidem Chriſtianus eſt. Et pudere ſanè debebat eos, qui, dum boni Galli volunt nuncupari, tamque magnificè de priuilegiis regni Galliæ loquuntur, omittunt, imò pedibus conculcant id, quod eſt omnium pulcherrimum, digniſſimum, & ſummè naturale; cuius reſpectu vel cum dignitate & puritate ſanctæ ſedis, quæ eſt, Eam ab hæretico legitimè adminiſtrari aut poſſideri non poſſe, comparari queat.

Hæreticus non eſt Chriſtianus.

Pulcherrimum & digniſ. priuilegium Galliæ.

Neque

Neque etiam patientia Sanctorum.

CAP. XII.

ET Sancti quidẽ ſi allegentur, quòd diu ſub dominationib. iſtis paſſi ſint, nec de interficiendis tamen tyrãnis, vt vt hæretici fuiſſent, cogitauerint: reſpondetur, præter quam quod argumentum negatiuum nihil concludit, diſcrimen nimis magnum eſſe inter licitum ac meritoriũ, & id quod obligat. Nam etſi maximè opus fuit meritorum: ad id tamen non tenebatur. Et ſi neque obligatio ibi eſt, & propterea illi, qui tyrannorum ſuſtinent violentiam, nec occidunt illos, patientiæ ſuæ meritum non perdunt, vt in qua, ſicut dictum iam eſt, excellentia meriti conſiſtit; fructum tamen meriti ſui ille nihilominus recipit, qui bene in rem operatur publicam, etſi finem ſuum non aſſequatur: idque magis, quo hanc ob cauſſam grauiores ſuſtinet pænas.

Neque exemplum Nabuchodonoſoris.

CAP. XIII.

LOnge minoris ponderis eſt toties in medium allata & repetita obiectio de mandato Dei, facto per Ieremiam populo Iudæ, vt
Ier. 27. ſubiiciãt ſe Regi Nabuchodonoſori, vſurpatori & inſi-

& infideli: quum hoc factum ſit particulare, quod in regulam,aut exemplum vel conſequẽtiam trahi nequit: non magis, quàm mandatum, quod Deus populo Iſrael dederat vt mutuò ſumerent vaſa argentea & aurea ab Ægyptiis, nec redderent: & Hoſeæ Prophetæ, vt duceret in vxorem meretricem. Sed & alibi factum hoc aliis factis particularibus contrariis ſatis impugnatur: veluti nece Amaſiæ, Regis Iudæ ob idololatriam ſuam: commotione Macchabeorum contra Regem Antiochũ: & aliis exemplis ſuprà commemoratis. Adde, quòd hodie Ieremias nullus eſt; qui obedientiam huic regi ementito præſtandam imperet, (niſi fortaſſis Archiepiſcopus Bituricenſis, Patriarcha ſchiſmaticorum, & conſortes eius facti ſint Prophetæ:) ſed potius qui eam prohibeat, qui eſt N.S. Pater. Et mirum profectò eſt, quomodo rancida hæc, & medios per cineres tracta obiectio adhuc luci comparere auſit. Quod argumento euidenti eſt, homines iſtos parum admodum in ſcriptura; cuius nudam litteram adeo fœdè excoriant, verſatos aut fundatos eſſe.

Exod. 12.
Oſ. 1.
2. Par. 25.
1 Mac. 3.

Pars

Pars quinta.

Vitia & abſurditates Decreti contra Ieſuitas.

RESTAT factum Ieſuitarum, & iniuria cùm generalis, tum particularis, quam barbarus iſte furor contra corporis huiuſce membra euomuit: aut potius contra Eccleſiam ipſam, & Religionem vniuerſam. Occaſione enim Caſtelli, qui apud Ieſuitas ſtudiis ſuis operam nauârat (alias enim rationes non allegant:) in genere decernunt, *vt ſacerdotes & ſcholaſtici Collegii Claremontani, & omnes alii à ſocietate iſta cognominati, ceu corruptores iuuentutis, perturbatores tranquillitatis publicæ, inimici Regis & Ordinum, excedant intra triduum, poſt ſignificationem præſentis Decreti, Pariſiis, & ex aliis vrbibus ac locis, vbi ſunt Collegia ipſorum: & intra quindecim deinceps ex toto Regno: ſub pœna, vbicunq; reperiantur poſt tempus illud elapſum, quòd puniēdi ſint ceu rei criminis læſæ Maieſtatis: vt bona eorum tum mobilia, tum immobilia impendantur in opera miſericordiæ, & diſtributio eorum fiat, prout ſtatuetur à Curia. Præterea interdicit omnib. ſubditis Regis, ne ſcholaſticos,* ad

ad Collegia dicta ſocietatis, quæ ſunt extra Regnum, vt ilhic inſtruantur, mittant, ſub eadem criminis læſæ Maieſtatis pœna. Hæc enim Decreti verba ſunt, & ita in effectum producta.

Cæterùm, omnes homines intelligentes & ratione præditos hic rogatos velimus, vt parũ ſe ſiſtant ad cognoſcendum ex ſolo hoc exẽplo; quantum poſſit paſſio ad occæcandum homines, & tranſuerſos rapiendum iudices in tãtam abſurditatem & confuſionem. Etenim hic cõſpiciuntur inter alia, animoſitas, præcipitatio, calumnia, euidens iniuſtitia, & ad conſummãdum opus, dementia atq; furia. Quæ bellæ iſtæ dotes ſunt, quas congregatas hoc in loco, ſeque ipſas accuſare, apertè conſpiciamus.

Animoſitas Iudicum contra Ieſuitas.

CAP. I.

Animoſitas hic manifeſta eſt, ſi cõſideretur paſſio partim in genere, huiuſce corporis Parlamenti, vt eſt compoſitũ, in capite, in mẽbris, & pedibus, contra Eccleſiam & Eccleſiaſticos: partim verò odium ſingulare, quo ordinem hunc proſequuntur. Quoad primũ; caput habent, quod Ligæ, hoc eſt, Eccleſiæ, & Catholicorum, & omniũ, quæ pugnant cũ hæreſi, carnificẽ ſe nuncupat. At qui vnquã audiuit, carnificem debere eſſe iudicem? Et præterea, eleuatum eſſe ad hunc ſtatum, à factione Geneuenſi, vnde inter alios frater eius erat ortus? Maxima deinde pars membrorũ eâdem promota eſt viâ.

Præſes Harlæus appellat ſe carnificem Ligæ.

de qua dictum ſuprà. Idem comprobat tribunal, cuius pedes, præter Procuratorem generalem, hæredem religionis paternæ, ſunt vel vnica perſona Seruini aduocati, pars aduerſaria principalis Ieſuitarum, Hugonotus inſtructus Geneuæ, filius Miniſtri, cui gula laqueo poſteà fracta, eiuſque ſtatus reuera ex Hugonotico loculo ſolutus eſt. Luculentiùs idem comprobant inde nati fructus, veluti crudeliſſima ſupplicia, ad quæ quotidie & ſine intermiſſione rapiunt homines eccleſiaſticos, nec ſanctis ordinibus ipſorum parcentes, nec conſtitutionibus canonicis, nec authoritati Eccleſiæ; idque tantâ ignominiâ, vt vnâ horâ & eodem patibulo, in contumeliam Ordinis extremam ſuſpendendum curârint ſacerdotem cum carnifice.

Seruin⁹ hoſtis principalis Ieſuitarum.

Ad odium porrò particulare in Ieſuitas quòd attinet, eius occaſionem præteritis menſibus Iunio, Iulio, Auguſto & Septembri, plane ἀπροσδιονύσως & violenter arripuerũt: vt efficere poſsẽt, id ꝙ effecerunt: quanquã finẽ propoſitũ aſſecuti nõ ſunt. Tandẽ inopinatus & fortuitus iſte caſus occaſio illis fuit eos condẽnandi ſine alio ſubiecto, quàm phãtaſmate aërio, & ſubitò commota nube quapiam. Vnde ſane odium non vulgare clariſſimè apparet.

Planè vt Iudæi & Phariſæi Ieſum Chriſtum odio habuerũt, cuius actiones, hinc & illac vagantes, inſidioſè explorârunt, vt maledicere illi, adeoq; totum perdere poſſent: nec ceſsârunt etiam, donec in crucem illum egiſſent.

1. Teſtes

1. Teſtes ſunt minæ Sarmoyſii, & aliorum Politicorum, vnâ cum verbis iniurioſis, quæ euomuerunt contra ſocietatem iſtam, ante proditionem,atq; publicârunt cùm viuâ voce, tũ ſcriptis in Anti-Hiſpano,& alibi. 2. Teſtis & eſt proditio, & diſcurſatio ſupra commemorati carnificis, & cõſortiũ eius, qui hoc in negotio, & quia nonnulli affectibus illorum indulgerẽ nolebant,ſanguinem & aquam ſudârunt, & alibi, quàm in palatio, & aliis horis, quàm interdiu. 3. Teſtes ſunt auxilia & admonitiones Miniſtrorum Hugonoticorum; quæ in anguſtias ipſis adductis præſtiterunt, vt paulò pòſt dicetur. 4. Teſtes ſunt libelli famoſi, & impoſturæ horribiles, contra eandem ſocietatem ſcripto poſtea euulgatæ, adeo vt impudenter eam incantationis etiam & magiæ inſimularẽt: vt docet Tractatus, inſcriptus *Lectio ad Ligæ ſocios*: ab eo compoſitus,qui,inſignis doctor vt erat, & in areis ambulatoriis optimè notus,ad prælegendam lectionem Ligæ ſociis, ſocietatẽ ſuam in arearum angulis inſtruit, & ex cloaca quidem impuriſſima hominum ſceleratiſſimorum. 5. Teſtis eſt Hugonotulus quidam chirurgus, Amboyſius cognominatus, qui Rectoris Vniuerſitatis ope,manibus pedibuſque ad gradum iſtum promotus fuit, ſtatim ſub proditionem Pariſienſem, contra formas & priuilegia dictæ Vniuerſitatis, inque præiudicium conclusionis generalis illius, & quatuor facultates congregatas, paulò ante proditionem,

O

A qua dictus chirurgus nominatim excluſus, irriſus,& omni gradu indignus declaratus fuit. Quæ omnia turbis excitandis ſeruire, priſtinumque Vniuerſitatis proceſſum, & iam pæne abolitum, contra commemoratos Ieſuitas, renouare debebant. Quod & declarationi, quam ſpeciatim Theologi tunc promulgabant, in præiudicium vergebat: per quam ex ſua parte inſtantiæ renunciabant, & dictam ſocietatem amplectebantur. 6. Teſtis eſt diſcurſus Pontdaymerii de hoc ipſo negotio, dedicatus primo Præſidi, quaſi quoddam Victoris trophæum, cum inuectiuis in eos; qui plus attulerant relligionis, ne dicta ſocietas condemnaretur. 7. Teſtis inimicitia Seruini hæretici, contra Segurium Catholicum; Collegam ſuum, quæ inprimis hic detecta eſt. 8. Teſtis eſt triumphus Hugonotorum intra Pariſios, & congratulationes ad fratres ipſorum in Parlamento editas ſuper hoc negotio, ſcurrilitates item; quas publicârunt, tum proſâ, tum carmine. 9. Teſtis denique eſt Cabala hoſtium huius ſocietatis, cui occaſio ictus Caſtellani pallii charitatis inſtar eſt, ad tegendam multitudinem iniquitatum contra eam conceptarum: quas tam longo tempore parturiebant, nunc verò in lucem ediderunt.

* * *

Præcipi-

Præcipitatio & confuſio in Iudicio.

CAP. II.

QVod ad præcipitationem attinet, breuitas temporis, neglectus formarum, & malè cuſum Decretum, ſufficienter illam commonſtrant: ſiquidem prouerbium, ſi vnquam aliàs, hic maximè locum habet, *Canis feſtinans cæcos parit catulos.* Etenim quoad tempus, facilè iudicari poteſt, quod otium potuerit eſſe hominibus auentibus diminuendi fumos ſuos, & cedendi rationi: quum interfluxerit non niſi integer dies inter ictum Caſtelli, commiſſum die Martis, 27. Decembr. horâ ſeptimâ veſpertinâ, & inter Decretum, pronunciatum die proximo Iouis, manè. Non minùs malefactum illic latet, quum ne vel vna forma ordinaria & vſitata illic conſpiciatur: ſine conditionibus, informationibus, partibus, teſtibusque: ſine ſupplicatione Procuratoris generalis, ſine appellatione, auditione, interrogatione cũ generali, tũ ſpeciali: quorũ in proceſſu ne mentionẽ quidem fieri audias. Quum aliud nihil illic dicatur, quàm *Iohannem Caſtellum curſũ ſtudiorũ ſuorum in Collegio ipſorũ confeciſſe:* &, *Iohannem Gueretum præceptorẽ dicti Caſtelli ſocietatis ipſorum fuiſſe ſacerdotem, inq; dicto Collegio habitâſſe.* Quod ſi crimen reputent, *Breuitas temporis.*

aut argumentum peremtorium criminis, quomodo excuſabunt ſe, quin proprios ſuos liberos, qui eodem in Collegio habitarunt, condemnent? Imò illos ipſos qui corporis ſunt ipſorũ, ibique, vt alii, nutriti ſunt? Addo & ipſaſmet perſonas ipſorum, qui toties exercitia illorum publica; quibus cùm applauſu, benedictione; commendatione, actione gratiarum, demonſtratione obligationis perpetuæ erga meritum illorum, interfuerunt; præſentiâ ſuâ honorarunt.

Appellamus hîc vos Iudices omnes, omnes Iuriſconſultos & Doctores, Practicos omnes Curiarum, cùm ſupremarum tum ſubalternarum, in Regnis & Rebuſpublicis, veteres & modernos, domeſticos & extraneos, præſentes & futuros, vt veniatis, adcurratis, ſcrutemini atque videatis iudicium, An ſimile ei extiterit vnquam. Nicodemum hic appellamus, qui ſacerdotibus ac Phariſæis, idem in Ieſum Chriſtum machinantibus dicebat, *Noſtra lex iudicat ne quenquam, antequam audiatur, & cognoſcatur id, quod fecit?* Appellamus Proconſulem Feſtum, dicentem, *Romanos non ſolere damnare aliquem hominem priusquam is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores locumq; defendendi accipiat, ad abluenda crimina, quæ ei obiiciuntur.* Appellamus Iuriſconſultum Vlpianũ, qui dicit, *In materia criminali, & materia, quæ concernit honorem perſonæ, probationes debere eſſe clariores luce.* Appellabimus ipſum Pilatũ, qui, vtvt iniquus iudex

Ioh. 7.

Act. 25.

Tit. de dolo.

iudex fuerit, interrogare tamen non dubitauit, *Quam accuſationem affertis contra hominem hũc?* *Ioh.18.* Appellamus in omnib. Iudiciis vſitatam Maximam, audiendam etiam eſſe partem alteram: aliter iniuſtus & temerarius erit iudex: vt inquit Medea in tragœdiis. Cui adſtipulatur præclarum dictum Latinũ Regis Ludoici XII. *Audi partem.* Quod ſpecialiter locum debet habere in materia criminali: vbi circumſtantiæ obſeruandæ iudici inſtitutæ ſunt in gratiam criminalium, quum periculum maius ſit condemnandi innocentem, quàm abſoluendi impium: & non niſi ſola occaſio excipiatur incipiendi ab executione; quæ eſt à tumultu & ſeditione populari, in delicto flagranti, vbi executione factâ à nonnullis, ſit poſtea proceſſus tam contra eos, qui executionem paſſi ſunt, quàm contra nos alios. *L. ſi qui. Qui accuſare non poſſunt.*

Appellamus ſtatuta Regum Galliæ, ſpeciatim ſtatutum Franciſci Primi, anni 1539. de formis procedendi, tam in materia ciuili, vbi agitur de communicando cum parte, & ſuppeditandis mediis diſceptandi & contradicendi, quàm in materia criminali, vbi officia & informationes præcedunt, & ſequitur interrogatorium cum confrontatione teſtium, ac libertate eis exprobrandi crimen aut infamiam: vnde iudex ipſe accuſatum, ſi ſimplex eſt, rerũque ignarus de formis iuſtitiæ admonere debet: omnia ſub pœna nullitatis iudicii. Omittimus alias regulas & ſtatuta de facto conuictio-

nis accuſati; cuius iuſtificatio requiri debet magis, quàm condemnatio: immò tantâ cum circumſpectione, & neceſſitate probationis ſufficientis, vt, deficiente eâ, Iuriſconſultus defendat condemnare accuſatum: dicens, melius eſſe abſoluere centum impios, quàm condemnare vnum innocentem. Et communis iuris lex eſt, iudicem, ſi probatio deſit, abſolutionem dare: perſonam quandoquidem Dei repreſentat. Ac proinde propugnare debet ius abſentis, qui notoriè eſt iudicatus, quando probatio deficit ex parte accuſatoris.

l. Abſentem. ff. de pœnis.
2. Par. 20.

Et vt hoc in loco nihil omittamus, appellamus ipſorummet conſcientias, & quàm ſeuerè iudices inferiores, ab ipſis pendentes, punirēt, ſi in materia criminali hunc ipſum exceſſum commiſiſſent, ſicque formas omnes tranſgreſſi eſſent. Verùm ante omnia appellamus vos animas beatas, quarum virtus & probitas florere quondam fecit in Gallia nobilem iſtum iuſtitiæ florem, tertium lilium, hoc nomine ſupra omnia regna Mundi celebratum: vt iudicetis de indignitate eorum, qui veſtros ſucceſſores ſe nominantes, & ſupra lilii illius flores ſedentes, ceu apri in vinea, dedecore afficiunt honorabilem iſtam picturam, per iniquitatem tam præcipitatam, & præcipitationem tam iniquam.

Adde, indignum admodum facinus commiſſum eſſe contra communitatem, ſpeciatim doctorum, ſcholaſticorum, & profeſſorum publico-

blicorum, etiam eccleſiaſticorum: Vnde Procurator generalis & Aduocati Regis iure cauſſam hanc defendēdam ſumere debent, tanquā ſeminaria pietatis & virtutis in Rebuſpublicis, & tanquā iuſtitię propugnatores pro orphanis & pupillis; cuius iuſtitiæ Parlamenti Curia omni tempore conſeruatrix & protectrix fuit: at contrarium eius hic quidem conſpicitur.

Imò quod deterius eſt, quum ne quidem peregrinis & barbaris vnquam, per regni huius formas iuſtitia fuerit denegata, hoc ipſum nūc domeſticis& iis, qui plus ſunt, quā ciues, denegatur. Sed quid dicam peregrinis? Id quod ne quidem ſummis latronibus & ſicariis, & viliſſimis abiectiſſimisque hominibus fuit denegatum, qui omnes iuxta formas fuerunt iudicati, hoc iis denegatur, qui honorificè ſemper vixerunt, quorumq; meritum publicum eſt, etiam illis ipſis, qui iudicant, teſtibus.

Et quod indignitatem facinoris auget, eſt, quòd ob vnum ſolū è ſocietate, qui in Decreto nominatur, nempe Iohannē Gueretum, obque facinus, quod crimen appellari nequit, ſed *officium eſt approbatum, meritorium & honorabile*, videlicet quòd pceptor Caſtelli extitit, & tādę etiam innocens inuentus eſt, totum corpus cōdemnatur. Quod ne tum quidē fieri poſſet, ſi corporis iſtius membrum vel maximè criminis veri conuictū fuiſſet. Quū nec lex, nec praxis ſit, quæ non iudicet, *Delicta eſſe perſonalia, & pœnam ſequi delictū*. Certę malè haberet Dominos

iſtos,ſi ob certa quæpiam corporis ſui membra quæ punita fuerunt vt hæretici,falſarii & repetundarum rei, aut alia ob crimina (occulta, quibus leges perruperunt, veluti veſpæ telas aranearum perrumpere ſolent, omitto;) ſui propterea honoris naufragium ipſi facerent: & adhuc magis; ſi omnibus eadem pœna ſubeunda eſſet: vt reuerâ euadere non poſſunt; quum delictum nimis grande commiſerint, & in corpore integro; quin aliquando Deo rationem reddere,pœnamq; ſuſtinere debeant.

Vt autem punctum iſtud de formis malè obſeruatis abſoluamus, ſciendum eſt illos incidenter iudicare id,quod plus eſt principali. Et hi, qui aliâs norunt multiplicare inſtantias, & ex proceſſu vno cudere alterum, decidentes perpluribus vicib. id, quod decidi vnâ poſſet, vt lucrifaciant procuratores, & partes ſumtibus exhauriant (teſtis ille, qui ſupplex petiit à Curia, vt Decretum ſibi daretur caſtratum, hoc eſt, definitiuum, quod ex ſe non alia generaret:) iudicant hic vnâ vice, & ſine neceſſitate, id,quod ſenſus & natura comprobant aliter fieri debuiſſe.

* * *

Maturandi

Maturandi iudicii huius nulla ratio valida.

CAP. III.

QVod ſi maturatio, qua agitabantur, ad cõfuſionem iſtam illos traduxit, quæ maturandi quæſo ratio? Aut quid nam illos preſſit tantopere? ſi factum, vt facinus eſſet conſtans, Caſtello agnoſcente ictum: quid tum pro Ieſuitis, qui facinus non agnoſcunt, neque commiſerunt, & quos inde etiam Criminalis eximit? Quo argumento delictum ſuum probent? Quod debitum etiam informandi niſi per abuſum confeſſionis & calumniam ſupra formatam? Subiectum tanti momenti an non merebatur inſtructionem longè maiorem? Cur condemnent vno die, & die quidem feſto, corpus tale, & ſine inſtructione vllâ, ipſi, qui ad iudicandum hominem priuatum, proceſſum vel ad decem, duodecim quindecim & viginti protrahunt annos, dicentes, in negotio lucem elicere ſe cupere? Qui allegant, ceu Dii, in negotiis longè vilioribus illud, *Deſcendam, & videbo*. Et hic procedunt ſine agnitione aut obſeruatione eius, quod percutiũt, Andabatarum more in tenebris pugnantes? Quando volunt, ſagittæ Ionathani inſtar affecti ſunt: & perinde inconſiderati vt ſtragula ſine plumis? Gen. 15.

Quando volunt, clarum vident Draconum inſtar: at hic quidem cœci vt talpæ? Quando volunt, teſtudinum inſtar cōparati ſunt: at hic leporibus celeriores? Duri & graues, ad exercēdum ius rectum: *at celeres habentes pedes ad effundendum ſanguinem.* O gens iniquitati dedita, qui ſiue maturando, ſiue differendo, non niſi iniuſtè agere poſſunt!

Pſal. 13.

Quod ſi ex ira, & iniuriæ ſenſu illud accidit, cur tot vnâ innocentes puniantur? Aut quæ deinceps exſpectanda iuſtitia ſit, ſi paſſio, vt vt cara & ignara eſt, ipſa agnoſcit locum à ſe occupatum eſſe? ſuaq; Decreta ibi pronunciare non dubitat? & vel in dedecore ac turpitudine ſua fidem ſibi haberi contendit?

Si dicamus ferrum quando calidum eſt, tractari, & ſatisfieri voluntati imò expreſſo mandato magiſtri ipſorum (vt poſtea factum & cōtinuatum Diuionæ:) item compleri deſiderium tum ipſorummet tum omnium hæreticorum, qui omnes vno conſenſu in executionē iſtam ardebant, eodem ſpiritu, quo ille, cui nihil maiori horrori eſt quàm nomen IESVS & IESVITARVM: fiſco etiam addici bona illorum ad alituram Miniſtrorum, qui Geneuâ accerſuntur, mediantibus centum viginti millibus coronatorum, quo veteribus direptionibus nouū additur ſacrilegium templorum ad feneſtram aperiendam ſequentibus: (hæc etenim *opera miſericordiæ* ſunt, quibus confiſcationes tales dedi-

dedicantur:) tum certè quod res eſt dixerimus, videlicet factionem eſſe, interceptionem vigiliarum, decertationem Germanicam, officium Aulici, ſeruitium voluntarium, aut actionē potiùs mācipii. Quicquid ſit; iudiciū eſt Herodis, Act.12. qui vt Iudæis gratificaretur, ſanctum Petrum in carceres coniiciendum curauit, ad morte afficiendum eū, ſicut S. Iacobum interfecit: typus eſt Iezabelis & Achabi contra Nabothum, cōdemnatū per calumniam, vt conſpicaret vineā 3. Reg. 21. eius: & eorum; qui dicunt in ſcriptura: *Inſidias* Sap.2. *collocemus iuſto, ad intercipiendum eum: quia aduerſatur noſtris operibus:* intellectus mutuus magiſtri ac ſeruorum: & correſpondentia vnâ parte eius, de quo loquitur ſcriptura, *Homo apoſtata, vir inutilis graditur ore peruerſo, annuit oculis,* Prou.6. *terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat:* & alterâ parte eorum, de quibus dicitur, *Qualis eſt* Eccl.10. *iudex populi, tales ſunt miniſtri eius:* Praxis eius, cuius Propheta Micheas meminit, *Omnes* Mich.7. *in ſanguine inſidiantur: vir fratrem ſuum ad mortem venatur: malum manuum ſuarum dicunt bonum: princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt: & magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ: & conturbauerunt eam. Qui optimus in eis, eſt quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe, &c.* Vno Verbo id, quod dicit ſapiens in Eccleſiaſte, *Vidi ſub ſole* Eccl.3. *impietatem loco iudicii, & loco iuſtitiæ præſidere iniquitatem:* ad diripienda bona Eccleſiæ,

ad venandos Catholicos, ad ſtabiliendam hæreſin: breuiter ad proficiſcendum equis diſpoſitis in Angliam, & collocandam Geneuam in tota Gallia. In iudicium citemus diſcurſum hunc, & iudicet totus Mundus, quo præcipitatio iſta Galliam adductura ſit, niſi quamprimùm retrahatur, & ocyus equo effrænato frænum iniiciatur, qui huc illum rapit & illuc, quò
Pſal. 32. furia abripit.

Calumnia & impoſtura in Decreto.

CAP. IV.

VERVM ante omnia immanes calumnias & impoſturas hic reperias, quando dicunt, *Corruptores eſſe iuuentutis, perturbatores pacis publicæ, hoſtes Regis & Ordinum.* Si ſunt tales, vbi pœna eſt? Si ſunt tales, vbi probatio eſt? Conſtat enim criminibus iſtis exilii pœnam non ſufficere. Socrates accuſatus (quanquam falsò) quòd corrupiſſet iuuentutem, morte eſt affectus. Et Iudæis fortius argumentum non ſuppetebat, quo Pilatum permouerent, vt condemnaret Ieſum Chriſtum, quàm quòd dice-
Luc. 22. rent, *Perturbâſſe eum populum, & hoſtem eſſe Cæ-*
Ioh. 19. *ſaris ac Ordinum.* Notæ præterea ſunt leges contra homines eiuſmodi. Et dicere clementiam aut reſpectum erga ordinem eccleſiaſticũ iſtos Parlamenti dominos retinuiſſe, ne vlterius, ad præcedentes immanitates, contra eccleſi-

cleſiaſticos, tanto numero, tantaq; ſupplicio-rum varietate, adeò inhumaniter & barbarè exercitas, ob quas manus ſanguine adhuc madentes necdum ſatiatas habêt, progrederētur: id quidem quid rei ſit, ſatis manifeſtè docet.

Et nihilo tamē minus quæritur, de qua corruptione iuuentutis loquantur, an particulari, hoc in facto, per inſtructionē prætenſam Caſtello datam, an generali erga iuuentutem vniuerſam? Si de prima: cur euaſit ille, qui præceptor erat, & vbi apparētia maior, facti miniſtrū eum extitiſſe? Quum non ille ſolus exemplo ſeruiuit temperandi rigorem in alios? Et cur in proceſſu ſpeciatim ille non notatur? Et ſi maximè reus ſit, cur puniantur alii? Quum vt delictū eſt perſonale, ita pœna perſonalis debeat eſſe, nō directa in corpus vniuersū? Et quandoquidē eò veniendum ſit, vt pœna extendatur, cur extra Pariſios, & totam Galliam, Caſtellus ſiquidem non niſi Pariſiis inſtitutus erat? Si de poſteriori loquantur: quid commune quæſo iſtud habet cum facto Caſtelli? Cur eodē Decreto? Cur materiæ confundantur? Cur quum de cepis quæſtio ſit, reſpondeatur de alliis? Similiter quod ad crimen perturbatorum pacis publicæ: an tales ſunt omnes, an pars tantùm? Si pars: cur ſub pœna omnes? & in exiliū propulſi è Gallia? Si omnes: cur non Decretum, aut proceſſus habetur particularis? Et quare in vniuerſo iudicium ſit ſine proceſſu? & tantâ cum præcipitatione?

Digitized by Google

Verùm vt minùs admirandæ videantur iſtiuſmodi ſuppoſitiones, facit poſſeſſio, in qua collocati ſunt ipſi, qui puniunt falſarios, aut minimùm punire debent. Teſtis apud Pariſios recens admodum eſt Decretum alibi cuſum, quàm in loco Maiorum, tempore Ordinum, in Ianuario, vltimò congregatorum, 1593. in gratiam Excommunicati, & eius, quem caput ſibi poſtea prefecerunt. Vbi factum dicunt ad ſupplicationem Procuratoris generalis Regis. Et conſtat, neq; negare etiã id poſſunt, & idẽ Procurator generalis teſtatur, & alii Regis miniſtri, qui tunc aderant, ſupplicationem nunquam apparuiſſe, vtque nonnulli eorum erubuerint, quando ad faciem ipſis cõmonſtrata fuit.

Teſtantur illud & falſi teſtes Turonenſes, præparati contra Patrem Edmundum Burgoinum, Iacobitarum Pariſienſium Priorem, ob mortem Regis defuncti. Quibus deficientibus (vt qui innocens erat, nonniſi purâ putâ ſuppoſitione hac exiſtente:) poſtquam quadrimeſtre eum captiuum detinuiſſent, vt aliud officium nanciſci non poſſet, ſuppleuit tãdem, vt dictum, pro omni comprobatione, alacritatem, quam confitebatur, per examen ſuum, ideò habitum, vt alii. Et ita falſum ſupponentes, & rem, quæ nunquam in rerum natura fuit, quatuor ipſum equis dilacerârunt ac dilaniârunt.

Teſtis, præter duas iam commemoratas falſitates, contra Caſtellum prolatas, eſt & recens

calum-

calumnia,& impudens ſuppoſitio eorum,quorum ſuperbia & inſolentia altiùs ſubinde aſcēdit: qua nixi auſi ſunt proceſſum inſtituere in Ducem Aumalenſem; quem ſupplicio in effigie affecerunt, loco publico Pariſienſi ſuppliciis deſtinato quatuor equis dilaniatum, decollatum,inq; quatuor partes diſſectum: cuius arma lacerata,ipſeq; cum ſuis plebeius & ignobilis declaratus eſt,propterea quod arcem Han Hiſpanis vendidiſſet. Vt vt verò hoc ſe habeat; veluti in poteſtate eius id tale non erat,ita neq; particeps illius vllo modo fuit.Et potuiſſet ille ſanè meliùs ſeſe gerere, ſi negotiūmet tractâſſet,quàm is qui caput ideò perdidit.Ex quo apparet,ſi ne quidem Principibus parcitur,quę in perſonas priuatas aut particulares machinationes inſtitui non poſſint.

Inprimis autem, demonſtrandæ integritati, qua hic quidē procedunt,exemplo authentico ſeruiet,cōniuentia,aut potius approbatio falſitatis Seruini, Turonii itidē, contra Conſiliariū Pelletieriū,Catholicū & ſacerdotē:cuius receptioni dictus Seruinus ſe oppoſuit. Eius informationes quū falsâſſet, & falſitatis accusâſſet, ꝓpriâ ſuâ cōfeſſione,in pręſentia Curiæ,ad quā querela perlata fuit,receptus erat, vt pro excuſatione diceret, *Id, quod perpetrâſſet,ob zelum & affectū,quo in ſeruitiū Regis flagraret, perpetratum eſſe.* *Iuſtificatio Seruini.* Et vt poſtea dictus Pelletierius calūniatorē, pro iudice receptionis ſuę repudiauit,ita repudiatio hæc recepta non fuit, ſed admonitio audita,tanquam ſi caſus non extitiſſet.

Iudicent verò omnes, vter melior ſit, an falſarius, an qui iuſtum illum pronunciat? Qui zelus eſt, qui exedit illos, & zelus calũniandi, ac proinde diabolicus (Diabolus n. calumniatorẽ ſignificat:) imò deterior *Zelo amaro*, quem S.
Iac. 3. Iacobus appellat. Prçterea, quis ſanctus ille, cui candelæ huiuſmodi afferuntur, & honores ac ſeruitia talia præſtantur? Et quo etiam modo tuti apud illum erunt ſacerdotes & Catholici, quandoquidem ob zelum ſeruitii eius, receptus eſt magiſtratus Hugonoticus, vt exerceat in eos falſitatem notoriam, & nominatim in actione publica. Et talis quidem falſarius etſi agnitus ſit: ſtabilitur tamen nihilominus iudex illorum, idque contra formas iuſtitiæ. Quæ diſtributio iuſtitiæ ſperanda ibi, vt tanta inæqualitas & προσωποληψία eſt? vbi colantur culices Catholicorum, & deglutitur camelus hæreticorum, & contra Catholicos, & illos ipſos, qui
Pſal. 100. partem ipſorum ſequũtur. Quòd ſi Dauid perſequebatur illos, qui clam proximo ſuo detrahebant, quid putas facturum de falſario manifeſto, in actione publica, decipiente Magiſtra-
Dan. 13. tum, & eos; qui ipſum recipiunt? Aut Danielem quid putas facturum, qui quondam ſenes, calumniatores Suſannæ condemnabat?

Certè & calumniatorem condemnaret de nouo & eos; qui illum iuſtificant.

* * *

Defenſio

Defenſio Societatis contra crimina Decreti.

CAPVT V.

CÆterùm, vt in cauſſam ipſam nos inſinuemus, nec immoremur duntaxat in formis, videamus parumper, quæ ſint iſta crimina, quæ obliciuntur: quæ hæc corruptio iuuētutis: quæ perturbatio tranquillitatis publicæ: quæ hoſtilitas in Regem ac ſtatum: quæ oportuit tam altâ voce & magnificè promulgari per Decretũ, tantaq́; ſeueritate puniri.

Nota ſunt miracula, quæ Deus operatus eſt per inſignem hanc ſocietatem, & quomodo tēpore opportuno; non ſine prædictione Prophetarum, quos Deus vltimis temporibus Eccleſiæ ſuæ ſuſcitauit, veluti Abbatis Ioachimi & aliorum, hæc ſocietas è Deo miſſa eſt, eodem tempore, quo rabioſa hæreſis Lutheri in Mundum peruenit: vt antidoton eius eſſet, velut antè S. Franciſci, & S. Dominici ſocietates fuerunt; tempore hæreticorum Albigenſium. Pluribus hic nolo commemorare ſanctitatem inſtitutoris, referendo me ad ea, quæ hac re fuſè ſcripta ſunt iam antè, & per Eccleſiam, in canonizationem perſonæ, publicantur breui. Tantummodo dicam, Ordinem nunc diuinitus eſſe erectum, ad gloriam Dei, & exaltationem Eccleſiæ ipſius: tam extra, per propagationem fidei Chriſtianæ, & conuerſionem infide-

Fructus & merita huius ſocietatis.

lium,apud Indos, & prouincias recẽs inuẽtas: quàm intùs, ad medicinam ferendam malis, quæ gliſcebant, tam per hæreſes, quàm per remiſſionem deuotionis, & deprauationem morum,apud Clericos ſimul atq; ſeculares:ad ſupplendos item defectus, quos malitia temporis tam in religione & diſciplina publica, in omni ætate, ſexu atq; ſtatu, quàm circa inſtructionẽ iuuentutis,inuexerat:vt plantulis eiuſmodi teneris pietas ſimul & doctrina implantari poſſent: quem certè in finem vbique & laborem ac induſtriam ſuam ſtudioſè impenderunt, & ſanguinem etiam ſuum apud Indos & in Europa ſpeciatim in Anglia,effuderunt: quorum vtique fructus, conformes inſtitutioni ipſorum, adeò pulchri, grandesq; & præclari, per totum Chriſtianum orbem, & nominatim in Gallia, extra,& intra Lutetiam,extitêre, ſi ſpectes partim conſcientiarum reformationem, Sacramentorum frequẽtationem, pietatis exercitia, & ſanctas meditationes, multiplicationem itẽ numeri Religioſorum, Cappucinorum, Carthuſianorum, & aliorum, partim verò cognitionem linguarum, & ſcientiam Humanitatis, Philoſophiæ & Theologiæ: vt totus id Mũdus norit, videat, & cognoſcat, & illi ipſimet, qui illos condemnant, & per experientiam cùm ſuam,tum liberorum ſuorum,& per confeſſionem ipſorum.

Non ſunt corruptores iuuentutis.

Si hoc corrumpere eſt iuuentutem: facilè hinc apparet,quis natus ſit eorum, qui hac vtuntur

tur lingua; quibus religio & pietas catholica ſordet, æquè ac roſa ſcarabeo: & quibus vt S. Paulus docet, *bonus odor Ieſu Chriſti eſt odor mortis ad mortem, veluti bonis eſt odor vitæ ad vitã.* 2. Cor. 2.
Qualis quæſo zelus illorum erga iuuentutem eſt, ſi inſtructio Catholica illos vrit, ſi probitas illos offendit, ſi deuotio illos exulcerat, ſi reformatio illos affligit, & profectus illos exagitat? Annon potius ſunt, vt patres ipſorum, *generatio peruerſa, & rebellis, generatio quæ cor ſuum paratũ non habuit, & cuius ſpiritus in Deũ fidelis nõ fuit?* Quos vrit, ſocietatem hanc fundatam eſſe ſupra ſoliditatẽ Eccleſiæ, à qua ſe ſeparârunt.

Si deinde hoc perturbare eſt quietem publicam: videatur quæ ſit illorum quies: cui vita exemplaris & inſtructio Virtutis moleſtiã creat, vt cantus galli gallinacei dormientibus, ſonus tubæ nebulonib. aurora beſtiis ſyluaticis, & lux latronibus: præſentia itẽ iuſti impiis ac ſceleratis, quorum mentio fit in ſcriptura, quãdoquidem contraria eſt operibus ipſorũ. Et quemadmodũ hæc quies eſſe nequit, quã IeſusChriſtus promittit iis, qui ad ipſum perueniũt, ita ſequitur, hãc potius eũ eſſe, qui ipſemet venit deſtructũ, & gladiũ in Mundũ miſſum. *Ea quæ reddit memoriã mortis amaram ei, qui in pace eſt, & bonis ſuis fruitur.* Quę in ſcripturis ſignificatur per lectum ſcorti Babylonici, quod in delitiis ibi ſe cõficit, & feminæ ſtultæ, allicientis ad ſe iuuenem: per ignauiam, abundantiam, & ſaturitatem panis Sodomæ, quæ ipſam conſumſit &

Sap. 2.
Matt. 10.
Eccl. 41.
Apoc. 17.
Prou. 5.

Ez.16. perdidit: per bonum tempus dierum Noë;
Matt.24. quando homines bibebant, edebant, ducebāt, nubebant, vſq; dum diluuio perirent: per requiem habitantium in Laide, qui gladio interemti ſunt:
Iud.18. per ſomnum hominū, quo durante
Matt.13. aduerſarius zizania ſeminauerat: per ſabbathū, de quo Ieſus Chriſtus nos docet, orandum eſſe,
Matt.24. ne in eo fuga noſtra accidat. Breuiter, quies; de qua filii Mundi dicunt, *Pax, pax; vbi pax non eſt:*
Ez.13. inquit Propheta: & S. Paulus, *Quando dicent,*
1.Theſ.5. *Pax, & ſecuritas accidet illis ſubita deſtructio.* Hæc etenim tranquillitas ea eſt, quam ſocietas iſta ruptum venit, vt dicat cum illo ipſo ſancto
Eph.5. Paulo, *Tu, qui dormis, euigila, & excita te de mortuis, & Ieſus Chriſtus te colluſtrabit.*

Si porrò hoſtes dicantur eſſe Regis & ſtatus: videatur quis iſte Rex ſit, & quis ſtatus iſte. Babylonicus nēpe; cuius aduerſarii habētur Prophetæ & Præcones Dei, liberi Hieroſolymitani,
Gen.3. & ſemen mulieris, quæ conterit caput ſerpētis, quæ eſt Eccleſia Catholica; exercitus item nouæ militiæ, quē ducit Deus Sebaoth, ad ſternendum hoſtes ſuos, & ingrediendum in ſuam hæreditatem. Nam etſi maximè alii iam pugnabant; eo tamen non impediuntur iſti, ſed ſup-
Luc.9. petias vt ferant. *Et qui non eſt contra nos,* inquit Ieſus Chriſtus, *is eſt pro nobis.*

Myſterii Decreti, & intētio hoſtium reuelata. Hinc igitur facilè iudicare licet, cuiuſmodi ſit Decreti huius myſterium, & quo tendat, nēpe Eccleſiā vt deſtruat, Sacramenta ſubuertat, hæreſin ſtabiliat, & Satanæ regnum in Galliam intro-

introducat, quod ipſum & aliunde, & aliis ex actionibus iudicari facilè poteſt. Nam ſi eò etiã deuentum eſt, vt frequentare Sacramenta, ſtudere deuotioni, longas in Eccleſia preces fundere, reformare mores, ardere zelo honoris Dei, amare verbum eius, & Eccleſiæ obedire, nota ſit ſuſpicionis, eiuſq; generis homines explorẽtur, traducantur, conuitiis proſcindãtur, & vt Ligæ ſocii tractentur: quis per illoſmet interpretationem verborum ipſorum non videat, & ſenſum hunc eius eſſe, quod appellant corruptionem iuuentutis, perturbationem quietis publicæ, & inimicitiam erga ſtatum?

Etenim ſi iuſtificandi ſui gratiâ, Caſtelli allegant factũ: duo ipſis probanda erant: Vnum; actũ ex ſe malũ fuiſſe: alterum; ſocietatẽ ipſum ad hunc inſtigâſſe. Et ſi maximè primum eſſet, (de altero enim loqui nequeũt, quũ ſemet ipſi conuincerent:) tamen nunquam dicetur, pulchram arborem, grauidã bellis atq; bonis fructibus & in magna quantitate, propter vnum ſolum, qui illic reperiatur, aut pinguedine, aut vermibus corruptũ, radicitas amputandã eſſe. Et ſi vel maximè illud locũ habere debet, vt ob fructum omnẽ malum ſecuris ad arborẽ ponatur: neq; tamen huc deueniendũ eſt. In Caſtello etenim malũ non ineſt. Ipſimet fructus ſunt mali, quos arbor iſta protulit, hoc eſt, qui illic inſtituti ſunt, quanquam nõ ab ipſo, ſed aliũde peſſimum iſtũ ſuccum hauſerunt. Et iudicent ipſimet, Non omnia, quæ facit diſcipulus, proficiſci à præceptore.

Defenſio, contra cauſam Arnoldi.

CAP. VI.

NOn magis iuſtificauerit illos Academiæ proceſſus, quo vſi ſunt, per inutiles admodum homines, quos ne natos quidē eſſe conſtabat, vt camarinā iſtā mouerent: neq; actio forēſis Arnoldi; quā publicârūt poſtea: quandoquidē vnâ parte nimis manifeſti ſunt abuſus cōtra conſiliū prudētiſſimorū, & alterâ mēdacia atq; impoſturæ: de quibus propter inutilitatem ac nauſeam, quam creant, vt gramē cani Lunā allatranti, plura verba facere tædet, ac piget, &c.

Hoc tantùm dicere iuuat, queadmodum omnis nouitas in principio ſuſpecta eſt, vt vt optima ſit: ita mirum non eſſe, idē ſocietati huic accidiſſe: velut & antè Ordini S. Dominici, & S. Franciſci: qui iiſdē contradictionib. laborabāt: imò Ieſu Chriſto ipſi; de quo dicitur, *Poſitū eſſe in ſignum, cui contradicatur*: & poſtea religioni
Luc. 2.
Chriſtianę vniuerſæ, vbicunq; annunciata fuit: iuxta id, quod in Apocalypſi dicitur, *Ad apertionem tēpli Dei in cœlo, & ad apertionē Arcæ* (quæ prædicationē Euangelii ſignificat:) *facta fuiſſe fulgura, & tonitrua, & terræmotus, & grandinem magnā*. Siquidē tentatio hac neceſſaria eſt, ad probandos ſpiritus, an ſint ex Deo, vel non iuxta regulam Euangelicam, *Omnis planta, quam non plantauit Deus, eradicabitur*. Econtrariò, vt inquit, Gamaliel: *Id quod ex Deo eſt, non poteſt diſſolui.*
Apo. 11.
Ioh. 15.
Act. 5.

Et ſi maximè oppoſitio in principio videtur bene

bene fundata:ita tamen nunc quidem eſſe non potuit, quin fructus ſubſequentes iuſtam cõprobarent cauſſam. Nominatim Theologi corpori huic tantam inferunt iniuriam, vt membra eius appellari haud mereantur.

Multo minùs in mediũ adducendus erat ille, cuius vt nomen accedit ad vnũ eorum, quod Antiquitas tribuit Antichriſto, in quo Beſtiæ reperitur numerus, quod eſt ἀρνοῦμαι, & *Renegare* ſignificat (quod Aduerſarius iſte tum per mendacia, tum per blaſphemias faciet:) ita videtur hic effecta eius in medium produxiſſe, vt nomen Ieſus in perſona Ieſuitarum exterminaret: idque eadem ratione; qua *Renegator* iſte facere debet: qui diſcurſum ſuum aut euidentibus mendaciis complet, aut euidentib. blaſphemiis, aut blaſphemiis rerum bonarũ, aut minimùm non malorũ. Planè vt Iudæi quondam duplici hac ratione Ieſum Chriſtũ perſequebãtur: ita vt reprehẽderent in eo id quod erat bonũ, veluti quòd peccatores reciperet, ægrotos ſanaret in Sabbatho, ederet & biberet medios inter homines: aut imputarent ei q falſum erat, hoc eſt, eſſet ſeductor, crapulę deditus, ebrioſus & dęmoniacus. Quod tãtã factitant curioſitate, quãta Adrianus Willãt Muſicus vſus eſt, qui induſtriã ſuã in cantando demõſtrare volens, in ſancto ſacello Pariſienſi, præſente Certone Archimuſico, concentũ ne vnũ quidẽ bonũ præſtitit &c. Ita iſte, vt inſigne opus illud cõficeret, elaborâſſe videtur vt ne vnum verbũ bonũ, aut

Myſteriũ in oppoſitione Arnoldi.

Luc.15.
Ioh.9.
Ioh.7.
Matt.11.
Ioh.8.

Summarium cauſa Arnoldina. *Apoc.13.*

verum diceret, niſi vt blaſphemiis vteretur. Et quis non ſentiat ἀρνοῦμαι in altero, hac eadē duplici ratione: vt miniſter eſſet dignus eo, *cui datum eſt os, proferens res grandes, & blaſphemias?* Veluti & hæc duo iſta capita ſunt, ad quæ cauſa illa refertur.

Reprehenſiones ob res bonas, aut indifferentes.

Primùm eſt; quòd ſocietatem reprehendit ideò, quia bona poſſidet: quia Pater eorum eſt Hiſpanus, & Ordo primùm in Hiſpania receptus: quia votum faciunt obedientiæ Generali ſuo: quia defendunt authoritatem Sanctę ſedis, de excommunicandis etiam Regibus: quia Pariſiis ſermones cōtulerunt cum legatis S. ſedis, pro Catholicis conciones habuerūt, abſolutionem recuſarunt iis, qui excommunicati Regis defuncti partes non deſeruerunt: quia pro excommunicato à S. ſede preces non fundunt: quia à paruis initiis maiorem in modum multiplicati ſunt, adeò vt & Cardinales inter ſe habeant.

Alterum eſt; quòd Hiſpanicæ factioni illos fauere dicit, econtrariò Gallię hoſtes eſſe: quòd patriarcha & inſtitutor illorū, Ignatius Loyola quum à Gallis læſus ſit in crure, perpetuus Galliæ hoſtis ſit, & acerbior, quàm Hannibal fuit Romanorum, quem patrem filii in hoc ſequantur: quòd coniurationes machinati ſint Pariſiis cum legatis & aliis miniſtris Maieſtatis Catholicæ: quòd vrbē Regi Hiſpanię prodere in animo habuerint, miſſo ei ſtatu regni: quòd Regem Hiſpaniæ appellent Regem vniuerſalē Chri-

Chriſtianorũ: quòd omnes illorũ cogitationes intentæ ſint in amplificationem magnificẽtiæ Hiſpanicæ: ſint rei parricidii, attentati in Regẽ, per confeſſionẽ Barrierii, ſupplicio affecti Meloduni: iuuentutem doceant interficere reges, concitare ſeditiones, & ſtabilire tyrannidem Hiſpanicam: interfecerint Regem Portugalliæ Sebaſtianum: introduxerint in Portugalliam Regem Philippum: occidẽdos curârint Gallos Terceræ: architecti ſint crudelitatum, quas Hiſpani exercuerunt apud Indos & terras nouas, &c. Ad cuius operis conſummationem, Oceano iniuriarum & conuitiorum illos inũdat.

Nam ecce paullò pòſt ſubſtantia cauſæ iſtius habetur: cuius oracula publicata exempla impreſſa ſunt, vt alienas in linguas omnibus locis traducantur, hæcq; ſpuma paratâ pecunia, vt in Parlamento, & in Germania poſtea, per hæreticorum factionẽ factitârunt, ematur. Ad hæc verò omnia quid reſpondeatur? At potius, quæ petra *ſepulchro huic aperto, atq; gutturi*, vnde halena iſta flatum edit, applicetur?

Etenim initiũ facere à bonis, eo quidem tragœdiæ fundũ nimis manifeſtè declarant: perinde vt in proceſſu Nabothi eſt factũ, & cũ proſcriptis à Triumuiratu: quorũ crimen erat poſſeſſio bonorũ: tanquam ſi crimini ducẽdum ſit Cõmunitatibus, habere media; quibus ſuſtententur. Quaſi verò non ipſa Ieſu Chriſti ſocietate loculus fuerit cõmunis. Nam ad Baronias & Comitatus quod attinet, quas ipſos in Hi-

ſpania & Italia habere dicit: eorũ quidem titulos proferre ipſum oportebat, nec ne obliuiſci, ad cõprobanda verba ſua. Quẽadmodum quo ad numerum ipſorũ; quem dicit excurrere ad nouem aut decẽ millia, atq; cẽtum viginti octo Collegia, ſaltem in Hiſpania, id quidẽ Hiſpaniã nimis honorare eſt, quaſi hęc Mundus ſit totus: quandoquidẽ hic illorum numerus eſt in vniuerſa terra, tã perſonarũ quàm Collegiorũ. Idẽ iudicari debet de duobus millionib. auri, quos ipſos poſſidere affirmat. Vnde enim numerus iſte ei notus eſt? Et vbi eius commẽtarios vidit? Quòd ſi id de ſola intelligat Hiſpania, Vicinitas nimis propinqua eſt, vt mendaciũ tale credi poſſit, de quo nimiùm multi teſtimoniũ perhibere queunt. De prouincia igitur lõgiùs diſſita verba illũ facere oportebat. Si loquatur de prouinciis omnibus Mundi; quale quæſo id miraculum foret, ingentis numeri reſpectu, qui emergeret; ratione Hiſpaniæ, quæ ſola decẽ cõtineret millia: Et ſi libræ ducẽtæ pro capite ſuo, admodũ exiguum pretium ſunt eius, quod debetur, quid reſidui maneret in Gallia, Italia, Belgio, Germania, Suetia, Polonia, Hungaria, in omnibus Imperii prouinciis, & Indorum, ſi pro ſolis Hiſpanis, ad alituram eorum, non minus quàm duo milliones librarum ſufficerent?

Supputatio ridicula.

Et quoad inſtitutionẽ; ſi maximè pater illorũ fuit Hiſpanus, & ſocietas primũ in Hiſpania recepta: cogitare tamẽ debebat, eandẽ & in Gallia initium cepiſſe: imò conſtructa & excuſa eſt Pariſiis, & prima vota facta ad Martyrũ-montẽ

Societas primordia capit in Gallia.

in Martyrũ ſacello: idq; iudicio admirabili: vt concurſu vtriuſq; nationis Gallicæ & Hiſpanicæ, lux eius, *qui ſuper Occidentem aſcendit*, proponeretur in Mũdo: ſic tamẽ, vt claritas inciperet in Gallia, iuxta myſteriũ Candelabri in Tabernaculo, Veræ religionis typi: cuius lumen im̃ediatè ferebant lilia, ceu pręſagiũ renouationis luminis, ꝙ ſplendere debet in Gallia. Et quãdoquidẽ forma rei nomẽ dat: idcirco hæc ſocietas potiùs Gallicana, quã Hiſpanica appellari meretur, quũ facta & formata ſit in Gallia. Qui quũ Gallię honoris ſit titulus, ſanè pręter boni Galli officiũ, ille huic inuidetur, aut planè adimitur. *Pſal. 67.* *Ex. 25.* *Societas Ieſu potiꝰ Gallica, quàm Hiſpanica.*

Præterea, ſi, quòd pater Hiſpanus eſt, ideò ꝓles debet exterminari; & ſanctus Ludoicus exterminandus ſit, & quicquid ab eo eſt natum, quum mater eius fuerit Hiſpana. Et, vt adhuc propiùs accedamus, ob hanc ipſam rationem exterminandus foret S. Dominici ordo, quem cõſtat Hiſpanum fuiſſe: licet ordo etiã in Gallia primordia ceperit. Viciſſim ex Hiſpania exterminandi eſſẽt ordines Ciſtales, Grandi-montii, Trinitaris, Clunenſes, Pręmonſtratẽſes, ſanctę Crucis, S. Wilhelmi, Carthuſianorũ, Charitatis noſtræ Dominæ; quorũ primi authores è Gallia oriundi fuerũt, & capita ordinis in Gallia ſunt. *Capita ordinum eccleſiaſticorum in Gallia.*

Quòd porrò ſocietas in Hiſpania recepta fuiſſe dicitur, quis neſcit cõtradictiones, & ſine cõparatione maiores, quã vnquã in Gallia fuerint? Itẽ, ſi Hiſpania, ꝗ plantã ſuppeditauit, perſentiſcere inde fructꝰ debuit: certè Gallia haud minores debet ꝑcipere, quũ ea ſit, in quã ſocietas trãſ- *Societati Ieſus contradictum fuit in Hiſpania.*

plantata fuit; qui in gremium ſuum illam recepit, nutriuit, coluit, rigauit, ſuſtulit, propagauit, breuiter nihil intermiſit tantiſper, dum primos videret flores, & primas vuas produceret.

Verùm in Calumniam rapere, quod votum præſtat obedientiæ, & ſuperiorem agnoſcit, & auctoritatem S. ſedis propugnat, & cũ legatis ipſius colloquia inſtituit, & conciones habet Catholicas, & ſchiſmaticos abſoluere recuſat, & publicè pro excõmunicato orare grauatur: id quidem tantò intolerabilius eſt, quantò maiori cum impietate coniunctum eſt, omniq; iudicio ac ratione caret. Tanquam ſi quiſpiam reprehendere velit filium, propterea quòd honorat patrem: agricolam; quòd colit agrum: cęmentariũ; quòd cęmento vtitur: fabrum; quòd opus tractat fabrile: militem; quòd pugnat: immò ſolem; quòd lucet: & Lunam ac ſtellas; quòd curſum ſuũ conficiũt ordinariũ: & omnino creaturas omnes; quòd munere ſuo naturali perfunguntur. Obedientiã enim cur reprehenderis, quum religio ſine ea non conſiſtat? ſanctam ſedem cur non propugnaueris, quum ad hoc tum omnes homines, tum inprimis illi obligentur? Legatos interuiſere, qui legationem & miſſionem habent legitimã cur quæſo non liceat? Cur non habere conciones Catholicas, quùm hæc illorũ ſit vocatio? ſchiſmaticos abſoluere, & pro excommunicatis orare, cur quęſo liceat, quum Canones expreſsè prohibeant vtrumque?

Huius

Huius farinæ eſt, quòd traducuntur, à paruis initiis illos magnopere multiplicatos eſſe: quaſi id de religione Chriſtiana dici nequeat, quæ propterea comparatur *cũ grano ſinapis: quod minimũ quidẽ eſt omnibus ſeminibus. Quum autẽ creuerit, maius eſt omnib. oleribus & fit arbor: ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius.* Et ꝙ attinet ad Cardinales, inter illos exſiſtentes, id perinde eſt, eos calumniari immeritò, quòd vt iſtud accidit nec ex voto eorum, nec ſupplicatione, nec etiã approbatione, multò minus ex ſpiritu patris ipſorum, qui totus erat cõtrarius: ita neq; malũ inde natum imputari eis debeat. *Mat. 13.*

Verùm, ad calumnias vt veniamus, & ex vna iudicemus de reliquis omnibus: omni planè ratione caret, id, quod de patre Ignatio Loyola in mediũ adducit, eum peiorẽ Hannibale, Galliæ hoſtẽ iuratũ eſſe. Quæ impudentia extrema eſt, facere nimirũ ex agno lupũ, & ex columba myluũ: hoc eſt, ex Chriſtiano infidelẽ, ex homine conſecrato Deo ambitioſũ & inſatiabilẽ: ex patiente vindictæ cupidum: ex humili & dulci ſuperbũ & crudelẽ: ex patre ſpirituali latronẽ: ex charitatis exẽplari hominem ſpirantẽ ferrũ ac ſanguinẽ: ex ardenti zelo Dei & proximi eũ, qui non niſi lucrũ animarũ ſpirauerit, barbarũ ac hoſtẽ, ſine Deo, ſine fide, ſine lege, talẽ, qualẽ Hannibalẽ fuiſſe conſtat. Breuiter, ex eo; qui à ſpiritu Dei ducebatur, illum, quẽ ſpiritus infernales agitârint. O ſubtile admodùm & iucundum parallelum, & dignum quod recipiatur in locum; vbi tenebræ ſunt lux, & lux tenebræ. *Impudens impoſtura.*

eſt, & quæ refutat ſeipſam, ita ex Decreti clauſula originē ſuā ſumit, quę iiſdē vtitur terminis. O gēs ad credēdū malūſa cilis, κὰ εὔπιςος! cui ſimplex impoſtura inſtitutioni ſeruiit & oraculo.

Iniuſtitia & tyrannis in condēnatione.

CAP. VII.

HIs non obſtantibus, fundamentū hic iacitur propellendi & excōmunicandi cū cōfiſcatione bonorum, non hominē vnū, aut particularē, ſed corpus vniuerſum: & non Pariſiis ſolū, ſed ex Regno toto: & nō Regno ſolo, ſed ex vniuerſo Mundo, quantum in ipſis eſt, propter *inhibitionem*, quam addunt, *ſub pœna criminis læſæ Maieſtatis Scholaſticos in Collegia illorum mittendos non eſſe* extra regnum. Quod ſi iniuſtitiam & tyrannidem, furiam hic concomitari quis dicat: certè conuitium non dixerit.

Nam, præter paſſiones ſuprà cōmemoratas, iniuſtitia hic clariſſimè apparet: quandoquidē iudicatur ſine ſubiecto generali, aut particulari, & ob purā calumniā, & calumniā palpabilē. Et ſi particulare ibi eſſet vt demonſtratū eſt ſuprà: inde generale aſſumere velle, id quid: ſine exēplo, niſi tyrannorū apertorū & perſecutorū Eccleſiæ factū eſt. Qualis Herodes fuit, qui ob ſolū I. Chriſtū oēs infantes in Bethlehē mactādos curauit. Qualis fuit Saul contra ſacerdotes oēs ciuitatis Nobę, & oēs ciues eius, viros, fœminas & infātes; quos ob ſolū Achimelechū ſacerdotē, qui prętereuntē Dauidē ſuſceperat, trucidādos miſerè curauit. Qualis fuit ſuperbꝰ Hāmanus cōtra vniuerſā nationē Iudaicā, ob vnū

Adoriri omnes, prō vno actus eſt tyrannicus.

Matt. 2.

1. *Reg.* 22.

Eſt. 3.

Mardochęū. Qualis crudelis Sylla fuit,& Triū-uiratus poſt eum, contra populū vniuerſum, ob ſimultates particulares. Qualis Muhamedes II. fuit, qui ob vnicum cucumerē comeſtū mortis ſententiam tulit cōtra infinitum numerū adoleſcentum, quos medium per ventrem findendos curauit. Sed qui & ſimiliter puniti fuerunt: veluti Herodes & Sylla; qui à pediculis abſumti: & Saul; qui proprio gladio occiditi & Hammā; qui in patibulo, alteri parato, periit.

Et licet Theodoſius, qui alioqui Princeps bonus erat, idē commiſit vitiū; non euadet tamē, quin actus eius cēſeatur tyrānicus; & ex ipſiuſmet cōfeſſione: vt ex pœna, quā ſuſtinuit, & pœnitentia, quā fecit, liquidò patet. quanquā adhuc excuſari ille poſſit, graui quippe irâ correptus: quū iræ coniuncta potentia hæc talia tonitrua edat facilè, & facilius; quàm corpus integrum Parlamenti, vbi ratio dominari debet: cuius officium fuit omni tēpore moderari iras, & voluntates præcipitatas Regum. Quod certè longè aliâ viâ hîc progreſſum eſt, quàm fecit S. Ambroſius erga Theodoſium.

Adde, quū caſus non niſi vnus ſit in quo Cōmunitas aut Generalitas, cōdēnari poſſit, nimirū ſi cū ſcandalo cōiuncta, & deprauata, & Religioni ac ſtatui perniciosa vita ſit, vt eſt hæreticorū, ſchiſmaticorū, apoſtatarum, Iudæorū, & aliorū hoſtiū Eccleſiæ, aut malè viuentiū. (Hęc etenim inſecta ſunt, quæ exterminari oportet, vt alios ne inficiant:) quòd hîc quidem tale nihil reperiatur.

Præ-

Præterea quum tyrannorum proprium ſit bonos odiſſe, & virtutem ſuſpectã habere, ſiue propter antipathiam mutuã, vt ſerpentis eſt in fraxino, & bubonis in platea: ſiue propter συντήρησιν indignitatis illorũ, veluti Neronis & Caligulæ, qui homines ſe habiliores in quacunque vocatione ferre non poterant; ſiue propter apprehenſionẽ; quam concipiunt, homines illos perniciem ſibi adferre, vt fert aqua igni, canes lupo, feles muribus: certè & huius quoq; praxis hic apparet.

Plus eſt, quòd adorti in genere omnes; & eos, in quibus ne ſcintilla apparet ſuſpicionis, qui ſunt extra Pariſios ſiti, & etiam extra Galliam; oſtendũt, non crimen, ſed ordinem, & cauſſam eius inſtitutionis peti: quæ quum alia non ſit, quàm vt propagetur pietas Chriſtiana, occurratur hæreſibus, & promoueantur boni; de quibus dictum ſuprà: ſanè & hoc eſt Ieſum Chriſtũ ipſum petere, & redigere velle omnia ad terminos primorum tyrannorum, vt religio criminis accuſetur: vt factum eſt in Anglia.

Verùm qui ita condemnati ſunt, non infeliciores ſunt cæteris ſacerdotibus & doctoribus *Act.5.* qui propulſi fuerunt ante ipſos; quibus honori eſt pati perſecutionem propter Ieſum Chriſtũ: quum econtrariò qui illos pellunt, ſupra hos *Luc.9.* excutiãt puluerem pedum ſuorum, vt aliquando in teſtimoniũ ipſis ſeruiat: & populo; quem derelinquunt: cui dicere poſſunt, vt ille, cuius nomen ferunt; & qui propulſus eſt cum ipſis,

Nolite flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas flete,
Luc.23. *& ſuper filios veſtros*: qui fruſtrabuntur eo; quod ipſis inprimis vtile erat. Et ſuper populum; qui vt tempore Oziæ leproſi, deſtituetur Prophetis. Et (quæ omnium maxima commi-natio eſt, quam Deus inſtituit in ſcriptura:)
Oſ.4. *videbit, ſilentium impoſitum eſſe matri ſuæ, in nocte*
Eſ.5. perſecutionis: *nubes retinebuntur, ne dent ampli-us pluuiam*: & per conſequens, *famem*, quæ ad-
Am.3. uentabit, *non panis, vel vini, ſed verbi Dei*: vt deſeratur ab iis; *qui prophetiſcant ex corde ſuo, ſuumq; ſequuntur ſpiritum*: prout ſaporati ſunt ab Eccleſia: & videri ſe exiſtimantes,
Ez.13. *talpâ ſunt cæciores*. Quò cum Eccleſia perinde agatur, atque cum ſenatu, & vt loquitur
Eſ.21. Propheta; *Qualis eſt populus, talis ſit ſacerdos*. Idemque illi accidat, quod Ægyptiis, in exi-
Oſ.4. tu Iſrael, qui exitii ipſorum cauſſa fuit: aut vt Hieroſolymæ, quum hæredem è vinea Do-
Ex.32. Mat.21. mini eieciſſet. Vnde & petra ſupra petram
Luc.19. non manſit.

Iniuſtitia aduerſus Patrem Ioh. Gueretum.

CAP. VIII.

VERVM hoc non ſufficiebat, ſed *ſanguinem* vt loquitur Propheta, *attingere ſanguinem alium* oportebat. vt docet pœna & ſupplicium duorum potiſſimùm huius corporis membrorum

tum, nempe Patris Ioannis Guereti, quem torturâ excruciarunt, & Patris Iohannis Guygnardi, cui laqueo gulam fregerunt, 7. die Ianuarii ſequentis, corpore eius in cineres redacto. Ambo ſacerdotes fuerunt & profeſſores: ille Philoſophiæ: hic verò Theologiæ, ſiue id factum ſit ad explendas paſſiones ipſorũ: ſiue ad colorandum facinus, odore quopiã muneris, & iuſtitiæ, imò etiam miſericordiæ: tanquam ſi minus fecerint, quã quòd potuerint: verùm adeò iniquè: vt in neutro cauſſa fuerit, eò deueniendi.

Nam quoad primum, notum eſt, quæſtiones non adhiberi niſi conuictis, ad exquirendos cõplices, aut illi, qui minimùm dimidiâ oneratus eſt probatione, ad eliciendam integram. Et in dictum Gueretum quid quæſo probari potuerit, quum ne quidem accuſatus fuit? Nam ſi, quòd præceptor fuit Caſtelli, propterea hunc ipſum pœnam ſubire oportet: certè dura admodum, & inaudita conditio hæc fuerit, ſi quilibet tenetur mulctari pro iis, quos ſibi concreditos habuerat, & ob id, quod poſtea perpetrârint.

Diogenes equidem Philoſophus, conſpicatus iuuenem ſcholaſticum nugas agere, & ineptire, præſente magiſtro ſuo, baculo petiit magiſtrum, quòd hanc inſolentiam pateretur: ſed & ſic erat magiſter, & in diſciplina illum habebat, & præſes præterea erat. Ac abſtinuiſſet profectò Philoſoph⁹ hoc illũ modo excipere, ſi abſente eo, & anno poſt, quã ex ſchola eius pfect⁹

fuiſſet, actum iſtum commiſiſſet. Herus in Lege non reſpondet pro eo, quem liberum dimiſit, ſi mali quidpiam poſtea committit. Dicitur
Ex. 21. quidem in Scriptura, Si bos cornupeta fuerit, & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſerit eum, occideritque virum aut mulierem: tunc bouem lapidibus obruendum eſſe, & dominũ illius occidendum, ſed ſi non cornupeta fuerit antea, & percuſſerit virum aut feminam, adeò vt mortui ſint, bouem quidem tunc lapidibus obruendum; ſed innocentem fore dominum. Capitaneus, exortâ factione, tenetur pro militibus ſuis reſpondere, quos repræſentat: ſed nõ item, poſtquam exauthorati ab eo ſunt. Ita carcerum cuſtos pro iis; quos cuſtodiendos accepit, ſed non de iis, quibus ianuæ apertę ſunt: vnde ſufficienter excuſatus eſt. Parẽtes illius, qui cœcus natus erat, dicebãt de filio ſuo,
Ioh. 9. *Ætatem habet ipſe, de ſe loquatur*, &c. Et omnino Scriptu-
Deut. 24. ra dicit, *Filium non portaturum iniquitatem patris,*
Ez. 18. *nec patrem iniquitatẽ filii.* Et Ieſus Chriſtus ipſe,
Ioh. 18. interrogatus per ſummum ſacerdotẽ, de diſcipulis ſuis, non qui fuiſſent, ſed quos ſecum haberet, ne verbum ad id reſpondit. Certè iſtos Parlamenti dominos non parum vreret, ſi ob facinora & delicta eorum, qui è ſepto, adeoque corpore ipſorum prodierunt; ipſi in iudicium vocandi eſſent.

Etenim ſi id locum debet habere, quid reſpondebunt vinitores de actionibus hominum ebriorum? quid friuolarii de latrociniis, armis

ipſorum

ipſorum perpetratis? quid Medici de venenis, quæ propinantur? quid Theologi de hæreſibus eorum; qui inſtituti ſunt in ſchola ipſorũ? Nam quis quęſo excuſauerit eos, ſi ita procedendum ſit? Miſerandi igitur ſummoperè erunt Catholici, ſi in ſingula momenta, & ſine cauſſa pœnis afficiendi, inque gehennam præcipitandi erũt: ſi de foliis omnibus quæ mouentur, & arboribus quæ cadunt, & ventis, qui ſpirãt, & ineptiis, quas cerebrum quodvis quotidie profert, reſpondendum ipſis erit.

Cæterùm bene habet, quòd illum abſoluerint, quum innocentẽ repererint, isque ſit, pro quo & propter quem videntur reliquos in exilium eieciſſe, bonis ipſorum confiſcatis. Hoc enim modo iudicium ſuum per ſeipſos condemnant. Nam quæ maior iuſtificatio ſit, quàm declarare innocentem eum, cuius cauſſâ cæteri puniantur?

Crudelitas & ſacrilegium, in perſona Patris Guygnardi commiſſum.

Cap. IX.

Verum quò leuior cauſſa fuit, ob quã morte affecerunt patrem Guygnardũ, hoc maior fuit crudelitas, quam in eum exercuerunt: ob collectanea videlicet è Patribus ac Decretis collecta: quibus demonſtraret, Licere bellum *Cauſſa mortis Guygnardi.*

Cauſſa mortis Guygnardi. inferre Principibus hæreticis & excommunicatis; quæ in Muſæo eius repererunt: indicio ſpeciali Miniſtri cuiuſpiã, qui paucis annis antè, Biturigibus de hac materia concionantẽ Guygnardum audiuerat.

Nullitas eius. Etenim ſi liceat capitis condemnare ob collectiones ſcholaſticas, quid de S. Patribus iudices, è quibus hauſtæ ſunt? ſi morti addicenda ille, cur non & Patres addicantur, è quibus illæ depromptæ? Et quomodo excuſaueris S. Hilarium, Galliæ lumen, & Luciferum, Sardiniæ Epiſcopum, qui ſuo tempore, viuaciter adeò, de hac materia, contra Imp. Conſtantium ſcripſerunt, ſuoſq; illi libros miſerunt? Et quomodo *Scripta Veterũ Patrum condemnata ab Arreſto.* S. Cyrillum, & S. Greg. Nazianzenũ, qui in Iulianum apoſtatam ſtilum ſtrinxerunt? ſi à multis ſeculis agitata hæc à Veterum conſenſu digeſta, perq; Eccleſiæ iudicium, cui ſoli veritatẽ decidere cõpetit, approbata, & in Scholis theologicis poſtmodũ recepta & publicata ſunt: quid opus erat, Cenſores iſtos ſuperbè adeò iſta reprehendere? Spiritum ſanctum ipſum cur quæſo condemnent? & de coloribus iudicent vt verè cœci, cœcorumq; conductores?

Quòd ſi collectanea huiuſmodi condemnãda, & ſeuerè adeò punienda ſint: cur hæreticorum ferantur collectanea? Cur peſtilentiſſimi libri, ſcripta, propoſitiones & maximę illorum, quæ ab Eccleſia Parlamentiſq; Galliæ dudum condemnata ſint? Cur conciones & blaſphemiæ illorum contra Deum & Eccleſiam non

modo

modò tolerentur,ſed & per edictum approbētur,& per ipſos verificentur? Certè ſi bellum inferre Principi hæretico nō liceat, multò minus licebit hæretico bellum inferre Principi Catholico. Et quomodo iuſtificetur is,qui,vt hæreticorum caput & anteſignanus Regibus Galliæ Catholicę bellum intulit,toto vitę ſuę tempore? Quod totum illud eſt, quod præſtitit,& cuius cauſſa condemnatus eſt, Princepsque agnoſcitur. Cur non liceat igitur illi bellum inferrę, cuius ipſemet, præter authoritatem Decretorum,exemplum ſuppeditauit?

Adde,quòd propoſitio hęc neutiquam condemnationē merebatur,quum propoſitio fuerit merè ſcholaſtica, & generalis, & purè depicta ex doctrina Eccleſiæ: & omnino conueniēs Generali Partis, & per conſequēs occulta, tum per edictum proditionis Pariſienſis,tum per illud,quod poſtea eſt publicatum:quandoquidē ſi vſurpetur hunc in modum,nō ſolùm ex commemorata ſocietate nullus erat, ſed ne quidem eccleſiaſticus zelo ardens,ex totaque adeò parte Catholica, qui eandem non pœnam ſubire debeat.

Quo ipſo cùm ſuammet, tum patrum ſuorū menſuram adimplent, interficiendo nimirum ſacerdotes,& occidēdo vnctos Dei,perſequendo veſtigia Turonēſia & crudelitatē;quā in nonaginta & amplius, cū ſacerdotibus tū religioſis exercuerunt:ſine cauſſa alia;quàm ex impietate & prætēſione hæretica ſua: nō obſeruando *Perſecutio aperta ſacerdotum*

formas & ſolennitates iuridicas Decretorum & conſtitutionum Regis, vſitatas in Parlamentis, & omnibus iuriſdictionibus criminalibus, vt eccleſiaſticis tantiſper manus non iniiciantur, dum ab Eccleſia condemnati, & brachio ſeculari traditi ſint. Vnde ſanè veros Idumęos di-
1.Reg.21. xeris, progenitos ex ſtirpe Doegi, & miniſtros feminæ, ſanctorum & martyrum Ieſu Chriſti
Apoc.17 ſanguine inebriatæ; quæ Babylon vocatur, *mater fornicationum & abominationum terræ*, hæreſeos. Non conſiderantes, id, quod Spiritus San-
Pſ.104. ctus dicit, *Nolite tangere unctos meos*. Et alibi,
Zach.2. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei* : neque fulmina, & cenſuras, ab eccleſia contra machinatores & ſacrilegos eiuſmodi effuſas, quorum vtique caſus, à Concilio Conſtantienſi reſeruatus eſt, excommunicatorum videlicet no-
Mat.23. minatim: *Vt veniat ſuper eos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terrâ, à ſanguine Abel iuſti*, primi Sacerdotis, & omniũ huius ordinis; qui, ab hæreticis & Caluiniſtis, tã in Anglia & Belgio, quã à triginta annis in Gallia, mactati fuerunt.

Martyrium Patris Guygnardi, ex omni parte iuſtificatum.

CAP. X.

O quàm felix interim ille, qui ſoluens pretio ſanguinis ſui, ſtultitiã & temeritatẽ iudicũ, vt quon-

vt quondam S. Iohannes Baptiſta Herodis ſoluit, hoc boni inde conſequitur, vt delicti commodo fruatur: qui mortuus eſt, non ob ſomnium ex ſua parte: non ob vanitatem phantaſticam, non ob fundamentum aërium, aut arenā mouentem hæreſin, neq; vt S. Paulus loquitur, *currens tanquam ad incertum, aut vt, qui ventum ferit:* ſed vt qui firmus ſtat ſuper baſem & ſoliditatem petræ Euangelicæ, hoc eſt, obedientiæ, & propter obedientiam Eccleſiæ. Qui nouit, vnde veniat, & quo vadat, reſpiciens ad authorem ſalutis Ieſum Chriſtum, & exſpectans ab eo coronam iuſtitiæ. *Marc.6.* *1.Cor.9.* *Matth.7.* *Hebr.12.* *2.Tim.4.*

Ac licet corpus concremauerint, & cineres in aerem diſperſerint: ſanguis tamē iuſtus perpetuò ebulliet, & plagæ ſanguinem edent, præſentibus latronibus, coram Deo Sebaoth, qui reddere illum aliquando poterit.

Conſtantia hominis ad extremum vſque ſpiritum, agnoſcere nolentis Regem, eum; qui ab Eccleſia condemnatus, nec iudices legitimos, eos; qui ab Eccleſia ſe ſeparârunt, & contra Eccleſiam iudicant: & nolentis proferre clauſulas ac verba, in Decreto illorum concepta, ad agendam pœnitentiā honorariam: perſiſtentis in veritate eius, quod partim prædicauerat, partim monumentis ſuis mandauerat (ob quam ipſam cauſſam executio precipitata, neque ipſe in carceres reductus fuit:) in quo vtique martyrium omnibus modis atque numeris abſolutum eſt, quū pura veritas Catholica eius ſola cauſſa fuerit,

rit, quam incluſiuè ad mortem vſque ſuſtinuit, cuius contrarium eſt hæreſis: hæc, inquam, conſtantia teſtimonio aliquando ſeruiet, faciendo proceſſui ipſorum, ligādis pedibus & manibus catenis ferreis, pronunciandæ ſententiæ ipſorū, & condemnandis definitiuè, adeò vt non reuocetur iudicium: vt ſanè *omnium ſanctorum gloria*
Pſal. 149. *hæc propria eſt.* Tunc nimirum; quando is, qui
Ap. 20. *veritatem cuſtodit in ſempiternum:* ſecumque habet rationum libros æternos, in quo ſcripta ſunt
Pſal. 141. omnia, *iudicium faciet iis, qui iniuriam patiuntur.* quando iuſti eleuabunt ſe magnâ confidentia, coram facie eorum, à quibus exagitati ſunt; qui conſpectis iis turbabuntur, & horribili metu corripientur, attoniti, quòd ſaluos eos, contra machinationem ſuam videant: qui mutatâ ſententiâ, & ſuſpirantes præ angore, quo ſpiritus ipſorum afficietur, dicent contra eos, *Hi ſunt,*
Sap. 5. *quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperii: nos inſenſati vitam illam exiſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* & quod fuſiùs habetur in S. Scriptura.

Admonitio ad Catholicos de facti huius conſequentia.

CAP. XI.

VElim autem Catholicos omnes hic conſiderare,

derare, quò primus iſte actus abeat, & tandem euaſurus ſit, ſi, quot ſunt religioſi ac ſacerdotes, hi in exilium omnes pellãtur, imò è medio tollantur, religioq; vniuerſa pereat; ſi hiante & latrante rictu iuuentus deuoretur, inque profundum gurgitem hæreſeos ſepeliatur. O potentia tenebrarum, quæ hoc tempore ad ſummum faſtigium aſcendiſti! *Luc. 28.*

Quòd ſi ad tẽporalia ſeſe homines conformantes, exiſtimant, eos, qui cooperati ſunt, eò vẽturos, quo alij venerũt: neq; propterea liberatũ iri: tũ memoriâ recolãt, q in Anglia ii, qui hæreticis patrocinati ſunt, primi pœnas dederunt: & per illosmet, quorũ cauſsã ſuſtinuerũt. *Admonitio ticularis ad tores hæretic.*

Talis fuit Cardinalis Eboracẽſis, princeps architectus impietatum Henrici VIII. qui tandẽ, effuſâ gratiâ, & criminis læſæ Maieſtatis reus factus, obiit in carcere, quũ duceretur Londinũ. Talis quoq; fuit Mylordus Cromelus, auctor cõfiſcationis redditũum Eccleſiæ in Anglia: qui quũ mandatũ publicandũ procuraſſet, in quo teſtẽ vnum euincendo crimini læſæ Maieſtatis ſufficere fuerat ſtatutũ, per idem illud quod tamen poſtea abolitũ fuit:) primus & vltimus, & ſolus pro omnibus, morte affectus fuit: & ob verbum vnũ, quod præſente vno, temerè protulit. *Quia ſi in viridi ligno hoc faciũt, in arido quod fiet?* Quòd ſi illi, quorũ fructus & actiones, non niſi pietas sũt & doctrina, qui formãt cõſciẽtias, propagãt honorẽ Dei, promouẽt ſalutẽ pximi, hũc in modũ tractati ſunt, hodieq; tractantur: *Luc. 23.*

quid cum illis actum iri putes, qui non niſi in vitiis ſuis ac ſceleribus excellunt, nullaque virtute commendari poſſunt? qui piſcibus magis muti ſunt: vaſa repleta iniquitate, quorum aer fœtet, & ſordibus inquinatus eſt? ſi abſque cauſſa oppugnatur innocētia quorundã, quam habebit Miniſter cauſſam propellendi ſcandalum & imputitatem aliorum, ob temporalia? ſi vitia hominũ eccleſiaſticorũ hæreticis ſpeciale præbuerunt ſubiectum, quando nudi erant & miſerabiles, ad opprimendos eos, adeò vt ſine hoc miſeri Miniſtri muti ſæpius extiterint: quid futurũ putas, ſi rerum potiantur, & tempus videant locupletandi ſe ſuis ſpoliis? Et tum quid lucrabuntur fautores illorum, contra potentes hoſtes ipſorũ, quando nucibus excuſſis in ignẽ coniicitur pertica? Quãdo inſidentes generoſis ipſorũ equis, aditu eis facto, ſupra ventrem ipſis tranſibunt, tanquam infantibus perditis? Quando legendas ſuas recitabunt, quarũ tabulas confecerũt, quasq; ad extremũ conſeruant, oraculi inſtar illis vſuri? Breuiter, ſi bonus conculcatur ſal, quid cum malo, cui ſapor nullus eſt, futurum putas?

Admonitio de cooperatione cum Deo, aduerſus tyrannidem Hæreticam.

Cap. XII.

QVòd ſi eiuſmodi Cœli iudiciũ eſt de peccatis Galliæ, & tot actã enormib. vitiis, vt ſol et-

ſol etiã inhorreſcat: ſi hic miſericordiæ fructus eſt, quã impiis nõ niſi nimiũ exhibuit, q hodie, iuxta Dei verbũ, *ei claui ſunt in oculis, & aculei in Lateribus*: ſi ille effectus eſt *vua acerba quã patres noſtri comederunt, vnde dentes filiorum obſtupuerunt*: quid obſtet, quò minus malo reſiſtamus, cum Deo cooperemur; & ad ipſum, ferendæ medicinæ gratiâ recurramus? *Num.33.* *Ier.31.* *Ez.18.*

Natura ſubiecti, quæ eſt cauſa à Deo ipſo, & offenſa delicata, cor & oculum tangens, illud ipſum eſt, quo confirmamur, vt dicamus, *Exurge Deus, iudica cauſſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab inſipiente fiunt tota die. Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum; qui te oderunt, aſcendit ſemper.* *Pſal.73.*

Iuſtitia eius nobis promittit idem, ob aduerſarium ex vnâ parte, qui deſpicit & aſpernatur illum, qui ipſius opprimit Eccleſiam, lupos in ouile intromittit, ſacramenta profanat, ſeruos eius occidit, præcepta contemnit, peccatum comprobat, veluti ſimoniam in Eccleſia, violentiã in Nobilitate, vindictã in iuſtitia, adulterium in matrimonio fideli, & hæreſin in ſtatu publico: Ex alterâ verò parte, ob clamores populi ſui, qui ingemiſcit ad lateres & cæmentũ: cuius ille ſolus *laborem & dolorẽ* conſiderat: Laborẽ, ob meritum ſuum, & Zelũ propagandę religionis, defendendæ Eccleſiæ, frequentandorum ſacramentorũ, & ob longanimitatem, conſtantiam ac debita omnis generis: dolorem *Ex.2.* *Pſal.9.*

verò; ob pœnas quas cùm ab hoſtibus tum ab amicis excipit, moleſtias; quas deuorat, dãna; quibus afficitur, oppreſſionem; quam ſuſtinet; & captiuitatem; qua detinetur.

Pſal. 143. Nam ſi *beatus eſt populus ille, cuius Dominus eſt Deus*, & per conſequens, is, qui pugnauit pro Deo ſuo, qui paſſus eſt pro illo famẽ intra muros, & gladium extra: quemadmodum hodie quidem facit perſecutione intra, & exilio extra regnum: breuiter, qui Chriſtianiſmi ſui probamentum dedit coram Deo, coram Angelis, & coram hominibus; quare in perpetuum reiicetur? & ira Dei adeò longo tempore *arderet in gregem paſcuæ ipſius*? *ſi gloriati ſunt qui oderunt* *Pſal. 73.* *Deum, in medio ſolennitatis*, hoc eſt, Eccleſiæ: *ſi ſigna ſua poſuerunt ſigna*, hoc eſt, Decreta ſua, ceu trophea, ad legem ferendam Eccleſiæ, *in ſummitate eius, tanquam in compito?* & ſine reſpectu, hoc eſt, ſupra auctoritatem & dignitatem etiam S. Sedis, tanquam ſi ſubiecta ipſis, & negotium eſſet cum hominibus populi ſimplicis. *Si ſecuribus exciderunt ianuas & ornamenta*, vi, & non iure proſcribentes eos, qui inſtruebant populum, & ad Ieſum Chriſtum adducebant: *ſi ignem hæreſeos intulerunt in Sanctuarium Dei*, per publi- *Libertas conſcientiæ quæ.* cationem libertatis conſcientiæ, hoc eſt, *licentia ſcelerum & impietatis: ſi polluerunt tabernaculum nominis ſui: ſi in corde ſuo dixerunt ipſi, & tota cognatio eorum ſimul, Agite dùm, quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra: ſi populus non videt ampliùs ſigna: ſi Propheta ampliùs nõ eſt, & gens*

non

Digitized by Google

non cognoſcens eos, hoc eſt, qui intelligentes tractandi conſcientias: *quare retraheret Deus dexteram ſuam de medio ſinu ſuo?* quare, qui eſt *rex ipſius, qui ſalutẽ in medio terræ operatus eſt,* pendens in cruce, *qui contriuit caput ſerpentis,* h.e. Satanæ, *non recordaretur hoſtis, qui improperauit ei, & populi ſui, qui incitauit nomen eius?*

Verùm ante omnia inſtigare nos debet miſericordia eius, *coram quo patientia pauperum non perit in æternum: qui mortificat & viuificat, qui lædit & ſanat: in cuius voluntate eſt vita, & ira indignationis ſuæ:* hoc eſt, cui placet vitam dare, & qui iraſcitur non niſi inultus. *qui non delectatur exitio viuentium: nec tentat ſupra vires: ſed nouit finem bonum dare:* qui *delectatur illis, qui ipſum timẽt, & in miſericordia eius ſperant: qui exurgit propter miſeriam patientium, & propter gemitus pauperum, ad vindicandũ ſanguinem ſeruorum ſuorum, & vt ſit propitius terræ populi ſui &c.* An non hoc vehementius eſt cõfirmare, quàm ſit *petra firma & ſolida, ſupra quam Deus pedes ſuos collocauit:* & refugii domus, ad eũ ſeruandũ? Et, vt Propheta dicit, *fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione ſua: ſpes à turbine, & umbraculũ ab æſtu?* Imò *ſecretũ faciei ipſius, contra perturbationes hominum* &c.

Pſal.9. *1.Reg.2.* *Pſal.29.* *Sap.1.* *1.Cor.10.* *Pſal.11.* *Deut.32.* *Eſa.25.*

Sed & ad cooperationem cum Deo obligare homines debet ordo, quem in natura collocauit, vt auxilium illi ferat, qui iuuat ſeipsũ: quẽadmodum certè Paulus nos *cooperatores Dei* expreſsè vocat. Et vt *ſine eo nihil factũ eſt:* ita nec ſolus operari vult, ſed vt vnà cũ ipſo laboretur.

Obligatio cooperandi cũ Deo. *1.Cor.3.* *Ioh.1.*

Terra fructum non fert ſine ſemine, nec vinea ſine labore. *In ſudore vultus ſui*, neceſſe eſt *homo comedat panem ſuum*. Scientia non acquiritur ſine ſtudio: nec victoria ſine pugna, &c. Deus per hominem gignit hominem, nutrit, educat, inſtruit illum: veſtit, conducit & gubernat illum: ſanat, ſeruat & redimit illum. Ita *homo homini eſt Deus*, iuxta tritum prouerbium. Cur non liceat igitur homines liberare à manibus hoſtium ipſorum, auxilio hominum? Certè quando Deus occidit Seonem regem Ammorrhæorum, Ogum regem Bazani; & alios reges potentiſſimos, Ioſuæ miniſterio eſt vſus. Eglon rex Moabitarum & tyrannus populi Dei, Aiodi magnanimitate eſt interfectus. Sic Oreb, Zeb, & Salmanach, tyrãni Madianitarum, gladio ſimul Domini & Gedeonis occubuerunt. Et manu Dauidis proſtratus fuit Goliath: & Iudithæ Holofernes. In perimendis Ochoſia, Ioramo & Iezabele officiũ præſtitit Iehu. Ita Deo operam nauârunt Othoniel contra Cuſamrathaimum, regem Meſopotamiæ: Barac contra Iabinum, regem Cananęorum: Iahel contra Siſaram: Iephte, Samſon, Saul, Dauid contra Philiſthæos: Macchabæi contra Antiochum &c. Prophetæ ipſi & Sacerdotes officium illud fecerunt. Sic enim Samuel Agagum, regem Amaleckitarum, propriâ occidit manu: & Ioiada Athaliam reginam: & Elias falſos Prophetas.

Gen. 3. Pſ. 135. Num. 21. Iud. 3. Pſal. 82. Iud. 7. 1. Reg. 17. Iud. 13. 3. Reg. 19. Iud. 3. Iud. 4. 1. Reg. 15. 4. Reg. 11. 3. Reg. 18.

Poſteris temporibus Deus vſus eſt armis Conſtantini, contra Maxentium & Licinium: Hera-

Heraclii, contra Coſroëm, regem Perſarum; Clodouæi, contra Gothos Arianos: Simonis de Montfort, contra Albigenſes: Georgii Caſtrioti Scanderbegi & Huniadum, cōtra Turcas: Caroli V. contra Proteſtantes: & Ducum Guyſiæ, patris & filii, cōtra Caluiniſtas in Gallia. Quorum felici ſucceſſu rerum ab ipſis geſtarum Deus teſtatus eſt, actiones illorum gratas & acceptas ſibi fuiſſe.

Nec ſequitur, quia Deus permittit impios, propterea adoriendos non eſſe. Nam immittit ille quoque lupos, leones & alias beſtias furioſas: vt dicitur apud Ieremiam. Et ſine permiſſione eius latrones officere nihil poſſint: vt ex Iobi libro apparet. Interim non impedit, quò minus obuiam eis ire liceat, eoſque conſtringere. Nam ſi permiſſiones iſtæ Dei locum haberent, Principes & Nobiles ab obligatione, quam habent, liberandæ terræ à beſtiis & hominibus malis, liberi forent, &c. Aut in vanum eſſet ius, quod eum ipſum in fine habent iuſtitiæ ſummæ, mediæ & infimæ ex vna parte, & venationis ex alterâ: & per conſequens, in trophæorum formam, nec tinnire arma ſua, nec portas domuū ſuarum, luporum, aprorū, & aliarum beſtiarum inimicarū capitibus ornare deberent: vt illi; qui ex officio Hercules, & ἀλεξίκακοι patriç debent eſſe. Peſtis eſt flagellum Dei, velut & alii morbi omnes: nec tamen ad præueniendum ei medicina negligitur. Et inundationes aquarum ſi immittat Deus, lici- *Ier. 15.*

ſum eſt repagulis, aut aliis propugnaculis vei. Diaboli ipſi, qui in corpora hominum Dei iudicio immittuntur, vi inde pelli debent. Ac licet Deus nos ab eis tentari permittat: reſiſtendum tamen nihilominus illis eſt. Et ſcriptura docet, hunc ipſum in finem tentationes à Deo permitti & immitti. Idem iudicium eſt de omnibus hoſtibus, armatâ manu aduentâtibus: quibus dicere reſiſtendum nõ eſſe, propoſitio non ſolùm eſt ridicula, ſed etiam hæretica, & quaſi à Decretis condemnata.

Et ſi maximè quis nondum egreſſus eſt, cur non egrediatur poſtea? Is, qui primâ impingit vice, non impinget ſecundâ aut tertiâ. Et efficiet quartâ, quod non potuit tertiâ. Dies poſterior diſcipulus eſt prioris. Obſidio non tollitur ab obſidẽte, quòd, irruptionem molitus, damnum perpeſſus eſt. Gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo. Filii Iſraël primâ & ſecundâ vice à Beniamitis ſuperati, tertiâ ipſi victores extiterunt. Romani ſæpiùs fuſi ab Hannibale, tandem vicerunt ipſi. Sic etſi recenti memoriâ Princeps Mendicorum Auraicus ictum primum in maxillâ acceperat: alter tamen ſucceſſit, cuius primus fuit præſagium: QVEMADMODVM CASTELLI ICTVS PRÆSAGIVM ERIT ALTERIVS ICTVS, IN EO, QVI PRIMVM ACCEPIT, LOCO EODEM: iuxta ſcripturam, *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet Dominus: impius quandoquidem ad*

Nota bene.

Pſal. 57.

ad nihilum deueniet, tanquam aqua: intendit arcum ſuum, donec infirmetur. Sicut cera: quæ fluit, auferetur ſuper cecidit ignis, & non viderunt ſolē. Priusquā intelligant ſpinæ veſtræ rhamnum, hoc eſt, tyrannis tota conſummatur. *Deus in ira abſorbebit omnes viuentes. Tunc lætabitur iuſtus, quū viderit vindictam; & manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Et dicet homo, ſi vtiq; eſt fructus iuſto: vtique eſt Deus iudicans eos in terrâ.* Summa igitur calliditas eſt in Mundo, eius partem ſectari, & exſpectare miſericordiam.

Exhortatio finalis ad exterminandum hoſtem Dei & Eccleſiæ ipſius.

CAP. XIII.

O QVAM beatus interim ille, forti cuius dexterâ beſtia proſternitur! *Beatus*; inquit Pſaltes, *qui retribuet Babyloni retributionē ſuam, quam retribuit nobis! Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos eius ad petram!* Pſ. 136.

Quod ſanè proceres Chriſtiani orbis omnes diligēter perpendere debeiét, vt cōmuni conſenſu deſtruerēt eū, qui eſt deſtructio boni cōmunis Chriſtianorū: Ad ſibilū atq; motū cui⁹ omnis generis hoſtes & hæretici intrà quidē, infideles aūt extra domum Dei, vno tempore aduolârunt, deuorandæ religionis & Eccleſiæ Catholicæ ergò. Hic hic igitur arma iuſta ſint, & iuſtiora, quàm contra omnes infideles:

Digitized by Google

Hæreticus deterior ethnico. vt certè & deterior omni infidelitate eſt hæreſis: idque iuxta verbum Dei; qui permittebat populo ſuo pacem & fœdera quidem facere cum ciuitatibus gentilium longè diſſitis: at nō propinquis; quas ſine remiſſione ferro excindendas præcepit, adeò vt ne vni parceretur. Infidelis quandoquidem propinquus nihil eſt aliud, quàm is, qui ſub nomine Chriſtianiſmi impietates & blaſphemias ſuas, vt facit omnis hæreticus, tegere ſolet. Verùm iuſtâ ſi arma ſunt contra hæreticum; quantò magis contra hæreticorum capita: Et ex toto regno Chriſtiano ſi propellenda, quantò magis ex regno Chriſtianiſſimo?

Rex Catholicus portat inſigne fidei. Hæc præterea gloria, ſic honor eſt, qui debetur Monarchæ potentiſſimo, & Regi verè Catholico; quem Deus præaliis elegit, vt defendat Eccleſiam ſuam, & velut alter Conſtantinus, omnibus in locis, gerat vexillum Crucifixi & religionis Catholicæ: vt onus totius orbis Chriſtiani adeò fluctüantis ſuſtineat, inuictum eum redditurum: qui malleus eſt omniū incredulorum terræ, Idololatrarum, Mahumetanorum, Iudæorum, hæreticorum omnis generis, & omnium locorum, confederatorūque eorum Politicorum, & quotquot ſunt, hominum impiorum: aut, vt loquitur ſcriptura, *Idumæorum, Iſmaelitarum, Moabitarum, Agarenorum, Gebalitarum, Ammonitarum & Amalecitarum: Philiſthæorum item, Tyriorum & Aſſyriorum*: quorum ſeptem priores, quia ad *Pſal. 82.*

Abraha-

Abrahamũ pertinent,& ab eo progeniti ſunt: ideò ſignificant hęreticos & politicos:tres verò poſteriores, infideles peregrinos: & coniũctim ſignificant per numerum denariũ omnes eos,qui Deo ſe & Eccleſiæ eius opponunt. Ita Deus,*tanquam columnam ferream, & vultum æneum*,qui reſiſtat omnibus, fieri illum voluit. Et quamuis cunctus Mundus *bellum ei inferat*: *nihil poterit tamen contra eum; quia Deus eſt pro eo,& Angelus eius caſtrametatur circa eum*: ſicut quondam circa Eliſæum : & poſtea circa Theodoſium Iuniorē, cum Saracenis pugnātem:qua ratione *hoſtes ſuos*,vt taurus, *cornu ſuo conquaſſabit*: imò *vt teſtam terreſtrem comminuet*: veluti ſapiens in Euangelio, *qui ædificauit domum ſuam ſupra petram: & deſcendit pluuia: & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam,& non cecidit: fundata enim erat ſuper petram*: hoc eſt, ſuper cauſſam Dei,& religionis ipſius,verę & vnicæ:quę ceu campus felix & fertilis tum coronas illi germinat,tum ſtatus multiplicat: veluti bono & fideli ſeruo; *qui domino ſuo talentum amplificat argenti*: cui & munera ac adminiſtrationes recompenſat Dominus: iuxta id, quod alibi dicitur, *Qui me honorat, hunc honorabo ego: & qui contemnunt me,contemnentur*. Certè qui Ieſum Chriſtum regnare facit vbique, is & magno honore ſuo communionem habet cum illo,in eo, quod prædictum eſt, & cuius ipſe factus miniſter: *Vt dominetur ab vno mari ad*

Pſ.33. 4.Reg.6. Matt.7. Luc.19. 1.Reg.2. Pſ.71.

alterum, & ab vno fluuio ad extremitatem terræ. Quum miniſterialiter, & hommagii loco obtineat id, quod Ieſus Chriſtus tenet propriè, ac poſſidet ſummo iure: quæ ſuperficies terræ eſt, & circulus; qui prædictus: in quo *vox Apoſtolorum* audiatur. Vt verò præſidium ac refugium eſt Catholicorum, ita etiam dici meretur, non Rex Catholicus tantùm, ſed etiam Catholicorum.

Pſal. 18.

Exitium præparatũ politicis.

Econtrariò magnâ ignominiâ afficiuntur, qui huic ſe opponunt, ſtatuum phantaſias varias excogitantes; quas aduerſus religionem moliuntur, quo modo Deum ipſum adorti, iudicium ſibi præparant, *quod Deus faciet in Iſrael, &c.* Veluti ſtultus in Euangelio, *qui domum ſuper arenam ædificauit: & deſcendit pluuia: & venerunt flumina: & venti flauerunt: & irruerunt in domum illam: quæ cecidit, & ruina eius fuit magna.* Veluti etiam experientia docebit, quandò minimum ipſi cogitabũt, *Quòd Deus in interitu illorum ridebit, & ſubſannabit, quum eis id, quod timebant, aduenerit. Quum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper eos tribulatio & anguſtia. Tunc inuocabunt Deum, & non exaudiet: manè conſurgent, & non inuenient eum: eò quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorẽ Dei non ſuſceperint, nec acquieuerint in conſilio eius: & detraxerint vniuerſæ correctioni eius.*

1. Reg. 3.

Mat. 7.

Prou. 1.

Cum hoc etiam protectore iungere ſe debent omnes veri Catholici: velut cum eo; qui Hercu-

Hercules eſt & ἀλεξίκακος, à Deo confirmatus, vt hydram, & draconem venenatum, Catholicorum ſanguine rubentem, aliaque monſtra variegata conficiat: qui draco ſibilo ſuo hortum omnium pulcherrimum & delicatiſſimũ Chriſtiani orbis inficit, & infeſtat. Quin operi huic deuouere ſe perinde debebant: vt contra Cananæos Iſraelitæ quondam fecerunt, & victoriam etiam reportârunt, ad profligandum hoſtem hunc, & omnes ei adhærentes. Quod maiori ſtudio efficiendum ipſis eſt, quia perſenſerunt iam, quantum malum ſit hæreſis: & quo crudeliores apparent notæ ac veſtigia locorum, oppidorum & prouinciarum, quas tygres iſtæ immaniſſimæ tranſiuerunt. Quibus templa deſtructa, ſcelera ac ſacrilegia omnis generis commiſſa teſtimonium præbebunt luculentiſſimum. Ad excitanda corda frigidiſſima eorum; quibus vel minimus Catholicæ religionis ſenſus eſt, vt progeniem iſtam exterminent & excindant: in Gallia præſertim: vbi propter excellentiam naturalem, monſtra huiuſmodi, in materia hæreſeos, longè ſunt deteriora: veluti aer ſubtilior periculoſiùs corrumpitur: & in corporibus magis temperatis ac nobilibus, infectio maior eſt, corruptione ibi collocatâ: ad profligandũ *ex vinea Dei aprum, & vulpeculas*; quæ eũ ſequũtur: ad ablegandũ *impietatem infirmatã in vas*, cuius Zacharias meminit, & extra Chriſtianũ orbẽ. Ad deſtruendũ ſapientes

Num. 21.

Pſal. 79.
Cant. 2.
Zach. 5.

verò; ob pœnas quas cùm ab hoſtibus tum ab amicis excipit, moleſtias; quas deuorat, dãna; quibus afficitur, oppreſſionem; quam ſuſtinet; & captiuitatem; qua detinetur.

Pſal. 143. Nam ſi *beatus eſt populus ille, cuius Dominus eſt Deus*, & per conſequens, is, qui pugnauit pro Deo ſuo, qui paſſus eſt pro illo famē intra muros, & gladium extra: quemadmodum hodie quidem facit perſecutione intra, & exilio extra regnum: breuiter; qui Chriſtianiſmi ſui probamentum dedit coram Deo, coram Angelis, & coram hominibus; quare in perpetuum reiicietur? & ira Dei adeò longo tempore *arderet in*

Pſal. 73. *gregem paſcuæ ipſius? ſi gloriati ſunt qui oderunt Deum, in medio ſolennitatis*, hoc eſt, Eccleſiæ: *ſi ſigna ſua poſuerunt ſigna*, hoc eſt, Decreta ſua, ceu trophea, ad legem ferendam Eccleſiæ, *in ſummitate eius, tanquam in compito?* & ſine reſpectu, hoc eſt, ſupra auctoritatem & dignitatem etiam S. Sedis, tanquam ſi ſubiecta ipſis, & negotium eſſet cum hominibus populi ſimplicis. *Si ſecuribus exciderunt ianuas & ornamenta*, vi, & non iure proſcribentes eos, qui inſtruebant populum, & ad Ieſum Chriſtum adducebant: *ſi ignem hæreſeos intulerunt in Sanctuarium Dei*, per publicationem libertatis conſcientiæ, hoc eſt, *licentia ſcelerum & impietatis: ſi polluerunt tabernaculum nominis ſui: ſi in corde ſuo dixerunt ipſi, & tota cognatio eorum ſimul, Agite dùm, quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra: ſi populus non videt ampliùs ſigna: ſi Propheta ampliùs nõ eſt, & gens*

bertas conſcientiæ qua.

non

non cognoſcens eos, hoc eſt, qui intelligentes tractandi conſcientias: *quare retraheret Deus dexteram ſuam de medio ſinu ſuo?* quare, qui eſt *rex ipſius, qui ſalutē in medio terræ operatus eſt,* pendens in cruce, *qui contriuit caput ſerpentis,* h. e. Satanæ, *non recordaretur hoſtis, qui improperauit ei, & populi ſui, qui incitauit nomen eius?*

Verùm ante omnia inſtigare nos debet miſericordia eius, *coram quo patientia pauperum non perit in æternum: qui mortificat & viuificat, qui lædit & ſanat: in cuius voluntate eſt vita, & ira indignationis ſuæ:* hoc eſt, cui placet vitam dare, & qui iraſcitur non niſi inuitus. *qui non delectatur exitio viuentium: nec tentat ſupra vires: ſed nouit finem bonum dare:* qui *delectatur illis, qui ipſum timēt, & in miſericordia eius ſperant: qui exurgit propter miſeriam patientium, & propter gemitus pauperum, ad vindicandū ſanguinem ſeruorum ſuorum, & vt ſit propitius terræ populi ſui &c.* An non hoc vehementius eſt cõfirmare, quàm ſit *petra firma & ſolida, ſupra quam Deus pedes ſuos collocauit:* & refugii domus, ad eū ſeruandū? Et, vt Propheta dicit, *fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione ſua: ſpes à turbine, & umbraculū ab æſtu?* Imò *ſecretū faciei ipſius, contra perturbationes hominum* &c.

Pſal. 9. *1. Reg. 2.* *Pſal. 29.* *Sap. 1.* *1. Cor. 10.* *Pſal. 11.* *Deut. 32.* *Eſa. 25.*

Sed & ad cooperationem cum Deo obligare homines debet ordo, quem in natura collocauit, vt auxilium illi ferat, qui iuuat ſeipſū: quēadmodum certè Paulus nos *cooperatores Dei* expreſsè vocat. Et vt *ſine eo nihil factū eſt:* ita nec ſolus operari vult, ſed vt vnâ cū ipſo laboretur.

Obligatio cooperandi cū Deo. *1. Cor. 3.* *Ioh. 1.*

Terra fructum non fert ſine ſemine, nec vi-
Gen. 3. nea ſine labore. *In ſudore vultus ſui*, neceſſe eſt
homo comedat panem ſuum. Scientia non acqui-
ritur ſine ſtudio : nec victoria ſine pugna,&c.
Deus per hominem gignit hominem,nutrit,e-
ducat,inſtruit illum : veſtit,conducit & guber-
nat illum: ſanat,ſeruat & redimit illum. Ita *ho-*
mo homini eſt Deus, iuxta tritum prouerbium.
Cur non liceat igitur homines liberare à mani-
Pſ.135. bus hoſtium ipſorum,auxilio hominum? Certè
Num.21. quando Deus occidit Seonem regem Amnor-
rhæorum , Ogum regem Bazani ; & alios reges
Iud. 3. potentiſſimos,Ioſuæ miniſterio eſt vſus. Eglon
rex Moabitarum & tyrannus populi Dei , Aio-
Pſal.82. di magnanimitate eſt interfectus. Sic Oreb,
Zeb,& Salmanach, tyrãni Madianitarum, gla-
Iud.7. dio ſimul Domini & Gedeonis occubuerunt.
Et manu Dauidis proſtratus fuit Goliath:& Iu-
1.Reg.17. dithæ Holofernes. In perimendis Ochoſia, Io-
Iud.13. ramo & Iezabele officiũ præſtitit Iehu. Ita Deo
operam nauârunt Othoniel contra Cuſamta-
3.Reg.19. thaimum,regem Meſopotamiæ: Barac contra
Iabinum,regem Cananęorum:Iahel contra Si-
Iud. 3. ſaram: Iephte,Samſon,Saul,Dauid contra Phi-
Iud. 4. liſthæos: Macchabæi contra Antiochum &c.
Prophetæ ipſi & Sacerdotes officium illud fe-
cerunt. Sic enim Samuel Agagum, regem A-
1.Reg.15. 4.Reg.11. maleckitarum,propriâ occidit manu: & Ioiada
3.Reg.18. Athaliam reginam:& Elias falſos Prophetas.

Poſteris temporibus Deus vſus eſt armis
Conſtantini, contra Maxentium & Licinium:
Hera-

Heraclii, contra Coſroëm, regem Perſarum; Clodouæi, contra Gothos Arianos: Simonis de Montfort, contra Albigenſes: Georgii Caſtrioti Scanderbegi & Huniadum, cōtra Turcas: Caroli V. contra Proteſtantes: & Ducum Guyſiæ, patris & filii, cōtra Caluiniſtas in Gallia. Quorum felici ſucceſſu rerum ab ipſis geſtarum Deus teſtatus eſt, actiones illorum gratas & acceptas ſibi fuiſſe.

Nec ſequitur, quia Deus permittit impios, propterea adoriendos non eſſe. Nam immittit ille quoque lupos, leones & alias beſtias furioſas: vt dicitur apud Ieremiam. Et ſine permiſſione eius latrones efficere nihil poſſint: vt ex Iobi libro apparet. Interim non impedit, quò minus obuiam eis ire liceat, eoſque confringere. Nam ſi permiſſiones iſtæ Dei locum haberent, Principes & Nobiles ab obligatione, quam habent, liberandæ terræ à beſtiis & hominibus malis, liberi forent, &c. Aut in vanum eſſet ius, quod eum ipſum in finē habent iuſtitiæ ſummæ, mediæ & infimæ ex vna parte, & venationis ex alterâ: & per conſequens, in trophæorum formam, nec tinnire arma ſua, nec portas domuū ſuarum, luporum, aprorū, & aliarum beſtiarum inimicarū capitibus ornare deberent: vt illi; qui ex officio Hercules, & ἀλεξίκακοι patrię debent eſſe. Peſtis eſt flagellum Dei, velut & alii morbi omnes: nec tamen id præueniendum ei medicina negligitur. Et inundationes aquarum ſi immittat Deus, lici- *Ier. 15.*

tum eſt repagulis, aut aliis propugnaculis ver. Diaboli ipſi, qui in corpora hominum Dei iudicio immittuntur, vi inde pelli debent. Ac licet Deus nos ab eis tentari permittat: reſiſtendum tamen nihilominus illis eſt. Et ſcriptura docet, hunc ipſum in finem tentationes à Deo permitti & immitti. Idem iudicium eſt de omnibus hoſtibus; armatâ manu aduentãtibus: quibus dicere reſiſtendum nõ eſſe, propoſitio non ſolùm eſt ridicula, ſed etiam hæretica, & quaſi à Decretis condemnata.

Etſi maximè quis nondum egreſſus eſt, cur non egrediatur poſtea? Is, qui primâ impingit vice, non impinget ſecundâ aut tertiâ. Et efficiet quartâ, quod non potuit tertiâ. Dies poſterior diſcipulus eſt prioris. Obſidio non tollitur ab obſidẽte, quòd, irruptionem molitus, damnum perpeſſus eſt. Gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo. Filii Iſraël primâ & ſecundâ vice à Beniamitis ſuperati, tertiâ ipſi victores extiterunt. Romani ſæpiùs fuſi ab Hannibale, tandem vicerunt ipſi. Sic etſi recenti memoriâ Princeps Mendicorum Auraicus ictum primum in maxillâ acceperat: alter tamen ſucceſſit, cuius primus fuit præſagium: QVEMADMODVM CASTELLI ICTVS PRÆSAGIVM ERIT ALTERIVS ICTVS, IN EO, QVI PRIMVM ACCEPIT, LOCO EODEM: iuxta ſcripturam, *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet Dominus: impius quandoquidem* *Nota bene.* *Pſal. 57.*

ad

ad nihilum deueniet, tanquam aqua: intendit arcum ſuum, donec infirmetur. Sicut cera: quæ fluit, auferetur: ſuper cecidit ignis, & non viderunt ſole. Priuſquã intelligant ſpinæ veſtræ rhamnum, hoc eſt, tyrannis tota conſummatur. *Deus in ira abſorbebit omnes viuentes. Tunc lætabitur iuſtus, cũ viderit vindictam; & manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Et dicet homo; ſi vtiq; eſt fructus iuſto: vtique eſt Deus iudicans eos in terra.* Summa igitur calliditas eſt in Mundo, eius par.em ſectari, & exſpectare miſericordiam.

Exhortatio finalis ad exterminandum hoſtem Dei & Eccleſiæ ipſius.

CAP. XIII.

O QVAM beatus interim ille, forti cuius dexterâ beſtia proſternitur! *Beatus*; inquit Pſaltes, *qui retribuet Babyloni retributionẽ ſuam, quam retribuit nobis! Beatus; qui tenebit, & allidet paruulos eius ad petram!* Pſ. 136.

Quod ſanè proceres Chriſtiani orbis omnes diligẽter perpendere deberẽt, vt cõmuni conſenſu deſtruerẽt eũ, qui eſt deſtructio boni cõmunis Chriſtianorũ: Ad ſibilũ atq; motũ cuiꝰ, omnis generis hoſtes & hæretici intra quidẽ, infideles aũt extra domum Dei, vno tempore aduolârunt, deuorandæ religionis & Eccleſiæ Catholicæ ergò. Hic hic igitur arma iuſta ſint, & iuſtiora, quàm contra omnes infideles:

vt certè & deterior omni infidelitate eſt hæreſis: idque iuxta verbum Dei; qui permittebat populo ſuo pacem & fœdera quidem facere cum ciuitatibus gentilium longè diſſitis: at nō propinquis; quas ſine remiſſione ferro excindendas præcepit, adeò vt ne vni parceretur. Infidelis quandoquidem propinquus nihil eſt aliud, quàm is, qui ſub nomine Chriſtianiſmi impietates & blaſphemias ſuas, vt facit omnis hæreticus, tegere ſolet. Verùm iuſta ſi arma ſunt contra hæreticum, quantò magis contra hæreticorum capita: Et ex toto regno Chriſtiano ſi propellenda, quantò magis ex regno Chriſtianiſſimo?

Hæreticus deterior ethnico.

Hæc præterea gloria, ſic honor eſt, qui debetur Monarchæ potentiſſimo, & Regi verè Catholico; quem Deus præ aliis elegit, vt defendat Eccleſiam ſuam, & velut alter Conſtantinus, omnibus in locis, gerat vexillum Crucifixi & religionis Catholicæ: vt onus totius orbis Chriſtiani adeò fluctuantis ſuſtineat, inuictum eum redditurum: qui malleus eſt omniū incredulorum terræ, Idololatrarum, Mahumetanorum, Iudæorum, hæreticorum omnis generis, & omnium locorum, confederatorūque eorum Politicorum, &, quotquot ſunt, hominum impiorum: aut, vt loquitur ſcriptura, *Idumæorum, Iſmaelitarum, Moabitarum, Agarenorum, Gebalitarum, Ammonitarum & Amalecitarum: Philiſthæorum item, Tyriorum & Aſſyriorum*: quorum ſeptem priores, quia ad Abraha-

Rex Catholicus portat inſigne fidei.

Pſal. 82.

Abrahamũ pertinent,& ab eo progeniti ſunt: ideò ſignificant hęreticos & politicos: tres verò poſteriores, infideles peregrinos: & coniũctim ſignificant per numerum denariũ omnes eos, qui Deo ſe & Eccleſiæ eius opponunt. Ita Deus, *tanquam columnam ferream, & vultum æneum*, qui reſiſtat omnibus, fieri illum voluit. Et quamuis cunctus Mundus *bellum ei inferat: nihil poterit tamen contra eum; quia Deus eſt pro eo, & Angelus eius caſtrametatur circa eum*: ſicut quondam circa Eliſæum: & poſtea circa Theodoſium Iuniorẽ, cum Saracenis pugnãtem; qua ratione *hoſtes ſuos*, vt taurus, *cornu ſuo conquaſſabit*: imò *vt teſtam terreſtrem comminuet*: veluti ſapiens in Euangelio, *qui ædificauit domum ſuam ſupra petram: & deſcendit pluuia: & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſuper petram*: hoc eſt, ſuper cauſſam Dei, & religionis ipſius, verę & vnicæ: quę ceu campus felix & fertilis tum coronas illi germinat, tum ſtatus multiplicat: veluti bono & fideli ſeruo; *qui domino ſuo talentum amplificat argenti*: cui & munera ac adminiſtrationes recompenſat Dominus: iuxta id, quod alibi dicitur, *Qui me honorat, hunc honorabo ego: & qui contemnunt me, contemnentur*. Certè qui Ieſum Chriſtum regnare facit vbique, is & magno honore ſuo communionem habet cum illo, in eo, quod prædictum eſt, & cuius ipſe factus miniſter: *Vt dominetur ab vno mari ad*

Pſ. 33. *4. Reg. 6.* *Matt. 7.* *Luc. 19.* *1. Reg. 2.* *Pſ. 71.*

alterum, & ab vno fluuio ad extremitatem terræ. Quum miniſterialiter, & hommagii loco obtineat id, quod Ieſus Chriſtus tenet propriè, ac poſſidet ſummo iure: quæ ſuperficies terræ eſt, & circulus; qui prædictus: in quo *vox Apoſtolorum* audiatur. Vt verò præſidium ac refugium eſt Catholicorum, ita etiam dici meretur, non Rex Catholicus tantùm, ſed etiam Catholicorum.

Gal. 18.

Exitium præparatū politicis. Econtrariò magnâ ignominiâ afficiuntur, qui huic ſe opponunt, ſtatuum phantaſias varias excogitantes; quas aduerſus religionem moliuntur. quomodo Deum ipſum adorti, iudicium ſibi præparant, *quod Deus faciet in Iſrael, &c.* Veluti ſtultus in Euangelio, *qui domum ſuper arenam ædificauit: & deſcendit pluuia: & venerunt flumina: & venti flauerunt: & irruerunt in domum illam: quæ cecidit, & ruina eius fuit magna.* Veluti etiam experientia docebit, quandò minimum ipſi cogitabũt, *Quòd Deus in interitu illorum ridebit, & ſubſannabit, quum eis id, quod timebant, aduenerit. Quum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper eos tribulatio & anguſtia. Tunc inuocabunt Deum, & non exaudiet: mane conſurgent, & non inuenient eum: eò quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorē Dei non ſuſceperint, nec acquieuerint in conſilio eius: & detraxerint vniuerſæ correctioni eius.*

Reg. 3.

Mat. 7.

Prou. 1.

Cùm hoc etiam protectore iungere ſe debent omnes veri Catholici: velut cum eo; qui Hercu-

Hercules eſt & ἀλεξίκακος, à Deo confirmatus, vt hydram, & draconem venenatum, Catholicorum ſanguine rubentem, aliaque monſtra variegata conficiat: qui draco ſibilo ſuo hortum omnium pulcherrimum & delicatiſſimũ Chriſtiani orbis inficit, & infeſtat. Quin operi huic deuouere ſe perinde debebant: vt contra Cananæos Iſraelitæ quondam fecerunt, & victoriam etiam reportârunt, ad profligandum hoſtem hunc, & omnes ei adhærentes. Quod maiori ſtudio efficiendum ipſis eſt, quia perſenſerunt iam, quantum malum ſit hæreſis: & quo crudeliores apparent notæ ac veſtigia locorum, oppidorum & prouinciarum, quas tygres iſtæ immaniſſimæ tranſiuerunt. Quibus templa deſtructa, ſcelera ac ſacrilegia omnis generis commiſſa teſtimonium præbebunt luculentiſſimum. Ad excitanda corda frigidiſſima eorum; quibus vel minimus Catholicæ religionis ſenſus eſt, vt progeniem iſtam exterminent & excindant: in Gallia præſertim: vbi propter excellentiam naturalem, monſtra huiuſmodi, in materia hæreſeos, longè ſunt deteriora: veluti aer ſubtilior periculoſius corrumpitur: & in corporibus magis temperatis ac nobilibus, infectio maior eſt, corruptione ibi collocatâ: ad profligandũ *ex vinea Dei aprum, & vulpeculas*; quæ eũ ſequũtur: ad ablegandũ *impietatem infirmatã in vas*, cuius Zacharias meminit, & extra Chriſtianũ orbẽ. Ad deſtruendũ ſapientes

Num. 21.
Pſal. 79.
Cant. 2.
Zach. 5.

Abd. 2. Edom & prudentiam montis Eſau, hoc eſt,
Bar. 3. Conſilii ſanguinarii, & conuenticuli totius ty-
Gen. 27. rannidis Politicæ, qui eſt *è terra*: non è cœlo,
Hebr. 12. ſignificata per Eſauum, contemtorem rerum
Abd. 10. ſacrarum, propterea appellatum *profanũ*. Ad efficiendum, *vt pudore ſuffundatur, & extermi-netur in ſeculum, propter occiſionem & iniuriam; quam intulit fratrem ſuum Iacobum*, hoc eſt, miſerum Catholicum. *Vt domus Iacob poſſideat eos, qui ſe poſſederant*, poſt perſecutionem: *& ſit*
Verſ. 18. *Iacob velut ignis: & Ioſeph velut flamma: & domus Eſau velut ſtipula, quæ ſuccendetur in eis, & deuorabit eos: tantiſper dum non ſint reliquiæ domus Eſau, &c.* Vt tot ſeruet animas Chriſtianas, quæ ſub iugo iſto ingemiſcunt: Vt iuuentutem liberet, à veneno tam lethali: Vt domũ repurget; in qua Deus tandiu habitauit, & adytum ſecretiſſimum eius; *qui paſcit inter lilia.*
Cant. 2. Ad extruendum ibi altare *ex lapidibus nouis*: vt
2. Mach. 4. fecerũt Macchabæi, ob corruptionem & profanationem, quæ ineſt in veteribus. Ad redigendum inſigne illud corpus ad vnionem Eccleſiæ. Breuiter, ad efficiendum, vt tam ſancti Regni ſtabilimentum, quo *Saluatores & perſe-ueratores*, in cauſſa Dei, *ad montem Sionis aſcendent, ad iudicandum montem Eſau*, qui regnum
Abd. verſ. vlt. eſt Politicum, REGNVM SIT DOMINO: hoc eſt, vt Deus regnet, omni ex parte, per ordinem meliùs inſtitutum, tam in Eccleſia, per electionem *ſacerdotum ſine macula, habentium*
2 Mach. 2. *voluntatem in lege Dei*: quàm in ſtatu publico per

per *Regem; qui regnabit in iuſtitia,& Principes; qui præſidebunt in æquitate. Ad confortandum id, quod infirmatum erat: ſanandum, quod ægrum: reſarciendum, quod ruptum: reducendum, quod errauit à via: quærendum, quod perditum*, ex ouili Ieſu Chriſti. *Eſa.32.* *Ez.34.*

Quâ confectâ vnione eorum, quos belli furia antè diſcordes reddiderat, (vt tẽpore Dauidis, per confirmationem regni ipſius, quum poſt Saulis occaſum, Rex placidus totius Iſraëlis vnctus eſſet, eſt factum:) id canticum, quod Dauid tum compoſuit, adque citharam ſuam accommodauit decantari poſſit: *2.Reg.5.*

Nil caritate mutuâ fratrum, nihil *Pſa.132.*
Iucundius concordiâ:
Non aura ſuauis balſami, quum funditur
Aronis in ſacrum caput,
Et imbre læto proluens barbam & ſinus
Limbum pererrat aureum:
Non ros, tenella gemmulis argenteis
Pingens Sionis gramina,
Aut verna dulci inebrians vligine
Hermonis intonſi iuga.
Fraterna, quam pax incolit domum, iuuat
Dominus benignâ dexterâ:
Et opibus auget: filiorum & filios
Multis propagat ſæculis.

FINIS.

Digitized by Google

Effecta abominanda Excommunicationis Heinrici Valeſii & Heinrici Navarræi, &c.

In quis ad vivum depicta continetur Hiſtoria mortis Heinrici Valeſii: *& docetur* Heinricum Nauarræum *regni Galliarum incapacem eſſe.*

Percuſsit reges magnos, & occidit reges fortes, quoniam in æternum miſericordia eius. *Pſal.135.*

Antehac impreſſa Pariſiis, Anno 1589 *apud* Nicol. Niuellum, *in platea S. Iacobi ad duas Columnas: & apud* Rolinum Thierry, *in platea Anglica, iuxta Mauberti aream, bibliopolam & typographum ſacroſanctæ Vnionis.*

Cvm Privilegio.

Anno M D C X I.

Noua bella elegit Dominus. Qui ſponte obtuliſtis animas veſtras ad periculum, & qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite Domino. Iud. 5.

Conſecrâſtis manus veſtras Domino, vt detur vobis benedictio. Exod. 32.

Dedit ſe, vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen. 1. Macch. 6.

Victima haud vlla amplior
Poteſt, magiſq́ opima mactari Ioui,
Quam rex iniquus.
Seneca in Herc. furente.

In necem Heinrici Valesii.

Qui Monachi virtutem habitu ſimulauerat olim,
Hunc Monachi virtus non ſimulata necat.

Appoſi-

Appoſita Hiſtoria

CHILPERICI, Regis Galliarum,

Deſumpta è S. Gregorii Turonenſis Libro 6. cap. vltimo.

CHILPERICVS, noſtri ſeculi Nero & Herodes, Cheleũ peruenit, Pariſiis diſtans centum circiter ſtadiis, venationi vt operam daret, animi cauſſa. Verùm quodã die, veſperi reuerſus à venatione, quum deſcenderet ex equo, innixus altera manu humero ſerui ſui, à ſuperueniente tunc quodam cultri ictum ſub axilla accepit, & alterum in ventre. Ebulliente ſubitò ſanguine copioſo per os & vulnera eius, animam ſuam maledictam efflauit. Ex illis, quæ ſuperius de illo ſcripſimus, ſatis clarè apparet, quàm ſcelerate vixerit. Nam perplures ad vaſtitatem redegit prouincias. Vnde, tantũ abeſt vt mœrorem ac triſtitiam perceperit, vt vehementer propterea lætatus fuerit, Neronem imitatus; qui tragœdias cantabat id tem-

poris, quo totum Palatium conflagrabat. Sæpenumero homines iniuſtè mulctabat, quò fortunis ipſorum eos exueret: cuius durante tempore pauci Eccleſiaſtici, ſiquidē ita loqui oportet, ad Epiſcopatus aſcendere meriti fuerunt. Tantopere enim vino & crapulæ deditus erat, vt venter ei Deus fuerit: tam ſe prudentem iudicabat, quàm eſſet alius vllus: pauperum cauſam odio proſequebatur: conuiciis crebris proſcindebat ſacerdotes: & inter ſuos nemini tam acerbè illudebat, quàm Epiſcopis Eccleſiæ, hunc appellando temerarium, illum ſuperbum, vnum ſupra modum diuitem, & alterum lubricum, ac voluptatibus immerſum: nihil tam ei inuiſum erat, quàm templa vel eccleſiæ. En, dicebat, redditus noſtri imminuti ſunt: bona noſtra & facultates ad Eccleſias tranſportatæ ſunt. Præter Dominos Epiſcopos regnat nemo: honorem & hommagium; debita nobis, illi rapiunt ad ſe. Atque ita irrita faciebat legata & mādata, quæ pater eius imperauerat & reliquerat, perſuaſus, voluntatē & conſtitutionē ſuā effecturā idē. Ad luxū & luxuriā quod attinet, nullā formā aut ſpeciem eius imaginari tibi poſſis, quā iſte non cōmiſerit aut perpetrauerit. Intentus ſemper erat in inuentiones & artificia noua; quibus proculcare populū ſuū poſſet. Ex corde ac ſincerè neminem vnquā amauit: nec etiā à quoquā amatus fuit ille: ac proinde vt primùm mortuꝰ eſt, ab omnib. etiā ſuis deſertus & derelictus fuit.

Eſſe-

Effecta abominanda

EXCOMMVNICATIONIS HEINRICI VALESII, & Heinrici Nauarræi, &c.

In quis verè deſcribitur Hiſtoria mortis HEINRICI VALESII: *& docetur,* HEINRICVM Nauarræũ *regni Galliarum incapacem eſſe.*

SI VNQVAM gratiæ agendæ fuerunt optimo Deo noſtro, & gratitudo debita ei declaranda: certè hoc tempore illud factitare tenemur, quando è medio ſuſtulit hoſtẽ noſtrum omnium maximũ, imò hoſtem Eccleſię ſuæ & totius Chriſtiani orbis, modoq; admirabili admodum patefecit nobis ſummè formidabilem iuſtitiam ſuam ſimul, & dulciſſimam clementiam ac miſericordiam. Cui rei exaggerandæ campus præparatus eſt ampliſſimus omnibus Hiſtoriographis, Poetis, Oratoribus & concionatoribus excellentioribus.

alterum, & ab vno fluuio ad extremitatem terræ. Quum miniſterialiter, & hommagii loco obtineat id, quod Ieſus Chriſtus tenet propriè, ac poſſidet ſummo iure: quæ ſuperficies terræ eſt, & circulus; qui prædictus: in quo *vox Apoſtolorum* audiatur. Vt verò præſidium ac refugium eſt Catholicorum, ita etiam dici meretur, non Rex Catholicus tantùm, ſed etiam Catholicorum.

Pſal. 18.

Exitium præparatū politicis.

Econtrariò magnâ ignominiâ afficiuntur, qui huic ſe opponunt, ſtatuum phantaſias varias excogitantes; quas aduerſus religionem moliuntur. quo modo Deum ipſum adorti, iudicium ſibi præparant, *quod Deus faciet in Iſrael, &c.* Veluti ſtultus in Euangelio, *qui domum ſuper arenam ædificauit: & deſcendit pluuia: & venerunt flumina: & venti flauerunt: & irruerunt in domum illam: quæ cecidit, & ruina eius fuit magna.* Veluti etiam experientia docebit, quandò minimum ipſi cogitabũt, *Quòd Deus in interitu illorum ridebit, & ſubſannabit, quum eis id, quod timebant, aduenerit. Quum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper eos tribulatio & anguſtia. Tunc inuocabunt Deum, & non exaudiet: mane conſurgent, & non inuenient eum: eò quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorẽ Dei non ſuſceperint, nec acquieuerint in conſilio eius: & detraxerint vniuerſæ correctioni eius.*

Reg. 3.

Mat. 7.

Prou. 1.

Cum hoc etiam protectore iungere ſe debent omnes veri Catholici: velut cum eo; qui

Hercu-

Hercules eſt & ἀλεξίκακος, à Deo confirmatus, vt hydram, & draconem venenatum, Catholicorum ſanguine rubentem, aliaque monſtra variegata conficiat: qui draco ſibilo ſuo hortum omnium pulcherrimum & delicatiſſimũ Chriſtiani orbis inficit, & infeſtat. Quin operi huic deuouere ſe perinde debebant: vt contra Cananæos Iſraelitæ quondam fecerunt, & victoriam etiam reportârunt, ad profligandum hoſtem hunc, & omnes ei adhærentes. *Num.21.* Quod maiori ſtudio efficiendum ipſis eſt, quia perſenſerunt iam, quantum malum ſit hæreſis: & quo crudeliores apparent notæ ac veſtigia locorum, oppidorum & prouinciarum, quas tygres iſtæ immaniſſimæ tranſiuerunt. Quibus templa deſtructa, ſcelera ac ſacrilegia omnis generis commiſſa teſtimonium præbebunt luculentiſſimum. Ad excitanda corda frigidiſſima eorum; quibus vel minimus Catholicæ religionis ſenſus eſt, vt progeniem iſtam exterminent & excindant: in Gallia præſertim: vbi propter excellentiam naturalem, monſtra huiuſmodi, in materia hæreſeos, longè ſunt deteriora: veluti aer ſubtilior periculoſiùs corrumpitur: & in corporibus magis temperatis ac nobilibus, infectio maior eſt, corruptione ibi collocatâ: ad profligandũ *ex vinea Dei aprum, & vulpeculas*, *Pſal. 79.* quæ eũ ſequũtur: ad ablegandũ *impietatem in-* *Cant. 2.* *firmatã in vas*, cuius Zacharias meminit, & ex- *Zach. 5.* tra Chriſtianũ orbẽ. Ad deſtruendũ ſapientes

Abd. 2. Edom & prudentiam montis Eſau,hoc eſt,
Esr. 3. Conſilii ſanguinarii,& conuenticuli totius ty-
Gen. 27. rannidis Politicæ,qui eſt *è terra*: non è cœlo,
Hebr. 12. ſignificata per Eſauum, contemtorem rerum
Abd. 10. ſacrarum,propterea appellatum *profanũ.* Ad efficiendum, *vt pudore ſuffundatur, & extermi- netur in ſeculum, propter occiſionem & iniuriam; quam intulit fratrem ſuum Iacobum*, hoc eſt, miſerum Catholicum. *Vt domus Iacob poßideat eos,qui ſe poſſederant*, poſt perſecutionem: *& ſit*
verſ. 18. *Iacob velut ignis: & Ioſeph velut flamma: & domus Eſau velut ſtipula, quæ ſuccendetur in eis, & deuorabit eos: tantiſper dum non ſint reliquiæ domus Eſau,&c.* Vt tot ſeruet animas Chriſtianas,quæ ſub iugo iſto ingemiſcunt: Vt iuuentutem liberet, à veneno tam lethali: Vt domũ repurget; in qua Deus tandiu habitauit, & adytum ſecretiſſimum eius; *qui paſcit inter lilia.*
Cant. 2. Ad extruendum ibi altare *ex lapidibus nouis:* vt
2. *Mach.* 4. fecerũt Macchabæi, ob corruptionem & profanationem,quæ ineſt in veteribus. Ad redigendum inſigne illud corpus ad vnionem Eccleſiæ. Breuiter,ad efficiendum, vt tam ſancti Regni ſtabilimentum,quo *Saluatores & perſeueratores*, in cauſſa Dei, *ad montem Sionis aſcendent,ad iudicandum montem Eſau*, qui regnum
Abd. verſ. vlt. eſt Politicum, REGNVM SIT DOMINO: hoc eſt,vt Deus regnet,omni ex parte,per ordinem meliùs inſtitutum,tam in Eccleſia, per electionem *ſacerdotum ſine macula, habentium*
2 *Mach.* 2. *voluntatem in lege Dei:* quàm in ſtatu publico

per

per *Regem; qui regnabit in iuſtitia,& Principes; qui præſidebunt in æquitate. Ad confortandum id,* *Eſa.32.* *quod infirmatum erat: ſanandum, quod ægrum: reſarciendum, quod ruptum: reducendum, quod erranit à via: quærendum, quod perditum,* ex o- *Ez.34.* uili Ieſu Chriſti.

Quâ confectâ vnione eorum,quos belli furia antè diſcordes reddiderat, (vt tẽpore Dauidis,per confirmationem regni ipſius, quum poſt Saulis occaſum, Rex placidus totius Iſ- *2.Reg.5.* raëlis vnctus eſſet, eſt factum:) id canticum, quod Dauid tum compoſuit, adque citharam ſuam accommodauit decantari poſſit:

Nil caritate mutuâ fratrum,nihil *Pſa.132.*
Iucundius concordiâ;
Non aura ſuauis balſami,quum funditur
Aronis in ſacrum caput,
Et imbre læto proluens barbam & ſinus
Limbum pererrat aureum:
Non ros,tenella gemmulis argenteis
Pingens Sionis gramina,
Aut verna dulci inebrians vligine
Hermonis intonſi iuga.
Fraterna,quam pax incolit domum,iuuat
Dominus benignâ dexterâ:
Et opibus auget: filiorum & filios
Multis propagat ſæculis.

FINIS.

Digitized by Google

Effecta abominanda Excommunicationis Heinrici Valesii & Heinrici Navarræi, &c.

In quis ad viuum depicta continetur Hiſtoria mortis Heinrici Valeſii: *& docetur* Heinricum Nauarræum *regni Galliarum incapacem eſſe.*

Percuſsit reges magnos, & occidit reges fortes, quoniam in æternum miſericordia eius. *Pſal.* 135.

Antehac impreſſa Pariſiis, Anno 1589 *apud* Nicol. Niuellum, *in plateâ S. Iacobi ad duas Columnas: & apud* Rolinum Thierry, *in platea Anglica, iuxta Mauberti aream, bibliopolam & typographum ſacroſancta Vnionis.*

CVM PRIVILEGIO.

Anno M D C X I.

Noua bella elegit Dominus. Qui ſponte obtuliſtis animas veſtras ad periculum, & qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite Domino. Iud.5.

Conſecrâſtis manus veſtras Domino, vt detur vobis benedictio. Exod.32.

Dedit ſe, vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen. 1.Macch.6.

Victima haud vlla amplior
Poteſt, magisq́ opima mactari Ioui,
Quam rex iniquus.
Seneca in Herc.furente.

In necem Heinrici Valesii.

Qui Monachi virtutem habitu ſimulauerat olim,
Hunc Monachi virtus non ſimulata necat.

Appoſi-

Appoſita Hiſtoria

CHILPERICI, Regis Galliarum,

Deſumpta è S. Gregorii Turonenſis Libro 6. cap. vltimo.

CHILPERICVS, noſtri ſeculi Nero & Herodes, Cheleū peruenit, Pariſiis diſtans centum circiter ſtadiis, venationi vt operam daret, animi cauſſa. Verùm quodā die, veſperi reuerſus à venatione, quum deſcenderet ex equo, innixus altera manu humero ſerui ſui, à superueniente tunc quodam cultri ictum ſub axilla accepit, & alterum in ventre. Ebulliente ſubitò ſanguine copioſo per os & vulnera eius, animam ſuam maledictam efflauit. Ex illis, quæ ſuperiùs de illo ſcripſimus, ſatis clarè apparet, quàm ſceleratè vixerit. Nam perplures ad vaſtitatem redegit prouincias. Vnde, tantū abeſt vt mœrorem ac triſtitiam perceperit, vt vehementer proptereà lætatus fuerit, Neronem imitatus, qui tragœdias cantabat id tem-

Effecta abominanda

EXCOMMVNICATIONIS HEINRICI VALESII, & Heinrici Nauarræi, &c.

In quîs verè deſcribitur Hiſtoria mortis HEINRICI VALESII: *& docetur*, HEINRICVM Nauarræũ *regni Galliarum incapacem eſſe.*

SI VNQVAM gratiæ agendæ fuerunt optimo Deo noſtro, & gratitudo debita ei declaranda: certè hoc tempore illud factitare tenemur, quando è medio ſuſtulit hoſtẽ noſtrum omnium maximũ, imò hoſtem Eccleſię ſuæ & totius Chriſtiani orbis, modoq; admirabili admodum patefecit nobis ſummè formidabilem iuſtitiam ſuam ſimul; & dulciſſimam clementiam ac miſericordiam. Cui rei exaggerandæ campus præparatus eſt ampliſſimus omnibus Hiſtoriographis, Poetis, Oratoribus & concionatoribus excellentioribus,

Saltem non tacebo ego, exemplum quatuor Leproſorum imitatus, qui dicebant: Nos bene non operamur, quum hæc dies ſit bonorũ nouorum dies. Si taceamus, nec tempore illa annunciemus, reprehendemur & criminis inſimulabimur. Eccum Holophernem noſtrũ, manu feminæ proſtratum in terram; hoc eſt, eius, cui ordinis ſui ratione, perinde licitum non erat, cultrum corripere, & ſanguinem effundere, atque feminæ. Verùm ille ipſe, qui ſanctæ & caſtæ viduæ Iudithæ cor permouit, & bonum hunc Religioſum, vt plurima documenta comprobant, mouit & incitauit, vt actum committeret, tam generoſum, tam glorioſum, tam neceſſariũ Galliæ, tam vtilem atque fructuoſum toti Chriſtiano orbi, tam acceptum & approbatum ab authoritate Canonũ, à ratione, conſilio & ſententia tot hominum ſapientiſſimorum, & deuotiſſimorũ in mũdo: Hac re optimus ille Iacobinus firmiter nixus, & conſtanter fundatus in animum ſuum induxit conſecrare vitam ſuam pro Dei honore & bono publico, armatus zelo magis & deuotione, quàm cultro ſuo: fiduciã in Deo magis, quàm viribus aut induſtriã ſuã propriã: certitudine magis in ius & poteſtatem, quam habet quiſque in tyrannum condemnatum, depoſitum, proſcriptum, quàm exiſtimatione aut honoris cuiuſcunque, hinc reportandi.

Conſi-

Conſiderans igitur apud ſe bonum, in alios inde redundaturum,hoc in Mundo: in ſe verò præmium & compenſationem cœleſtem in Paradiſo,fidenter & pluſquam heroicè vitam ſuam pro noſtra expoſuit, tollendo è medio tyrannum,vt illam nobis redderet. *Videte*,inquit generoſa illa Iudith, *& probate*, *Num quod facere conſtitui,ſit bonum & ſecundum Deum,& orate illum,vt conſeruare me,inq; propoſito confirmare velit*. Idem planè factitauit Frater Iacobus Clemens, verus Iacobus, ſupplantator Eſaui noſtri,Octauâ S.Iacobi Apoſtoli,die S.Petri in Catenis; qua die Macchabæorum in Eccleſia memoria celebratur: quò ille,qui vincula & claues S.Petri contemnebat, vim ſentiret & poteſtatem gladii S.Pauli, per manum eius, qui zelo ardebat non minus generoſo & heroico, quàm in cauſa ſua quondam ardebant Macchabæi. Et certè optimo iure comparare illum poſſimus, cum Iahele; quæ Siſarā occidit: cum Eleazaro, qui in elephantem irruit,cui inſidere Regem putabat: cum Samſone; qui ruens in terram perplures vnâ ſecum morti dedit: cum Codro Ethnico:cum Scæuola,Horatio,Curtio,&c. Ex quo veritas etiam apparet dicti Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, Qui gladium ſumit iniuſtè,ad occidendum & latrocinandum, eodem peribit, & eâdem menſurâ illi metientur. Cui aſtipulatur alterum dictum, Puniri hominem ac caſtigari iiſdem rebus, quibus eſt vſus ad pec-

candum: itemque, Potentes, & alto in gradũ conſtitutos potẽtibus etiam, & grauibus pœnis affectum iri.

Sed &, hoc in negotio, conſiderandum eſt, ſingulari voluntate & prouidentia Dei factũ eſſe, vt is, qui ſanctum monachum & eremitã ſe ſimulabat, necnon ſacerdotes, monachos, religioſos, prædicatores, & eccleſiaſticos omnino oẽs, zelo ac deuotione, longo interuallo ſuperare conabatur, caſtigaretur & puniretur, per monachũ ſacerdotẽ ordinis fratrũ Prædicatorũ; quorũ fundator, beatiſſimus S. Dominicus, bonos quondã Catholicos in hæreticos Albigenſes, & oẽs eorũ adhærẽtes ac fautores, excitabat: qui miraculoſè admodũ per exiguũ numerum militũ Comitis de Mõtfort, hominis ſummè Catholici, & fortiſſimi Ducis, occiſi & ſublati fuerunt: vt apparet ex cõmonefactione, nõ ita pridem nobis data ſuper Bulla noſtri S. Patris de excõmunicatione Heinrici Valeſii. Accedit, quòd clementiſs. Deus, qui paternam adeò ſuorum gerit curam, in conſolationem ipſorum, ſtatim poſt lanienã Bleſenſem, in ſancto homine commiſſam, reuelauit, veluti ex fide digno accepi, nõ quinq; aut ſex menſes tranſituros, quum tyrannus iſte noſter Kal. Auguſti nõ prætergreſſurus ſit, quin cultro, vel pugione perimatur. Et ex litteris vltimis tabellarii ordinarii, qui biduo aut triduo poſt mortẽ illã adpulerat, cognitũ fuit, rumorẽ Romæ iam ſparſum fuiſſe, Heinricum Valeſiũ

occiſum

occiſū eſſe ictu cultri, occaſione reuelationis alterius de eodē facinore. Ac certè euētus cōprobauit fidem & authoritatē reuelationis & prædictionis iſtius; quæ exclamare nos facit: *Domine, nemo aſſequi poteſt fundū cogitationum tuarū: tu diſſipas & cōfundis conſilia magnorū: tu vitam adimis Principibus: tu formidabilis es Regibus terræ*, &c. Et hîc quidē egregiè accōmodari poſſunt verba, quib. poſt victoriā Iudithæ, vtebantur Iudæi: *Dominus omnipotēs nocuit eū, & tradidit eum in manus feminæ*, (hic autē monachi) *& confudit eū. Non .n. cecidit potens eorū à Iuuenib. nec filii Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes impoſuerunt ſe illi.* O æterne Deus! quis id vnquā cogitaſſet? ô iudicia Dei magni! O admirabilē iuſtitiam! ô vanas & mēdaces ſpes! Ecce brachiū carnis amputatū & putrefactum eſt. O vos mēte capto, aut minimū imprudētes homunciones; quorū arundo debilis atq; fragilis rupta & cōminuta eſt, & citiùs, & loco, & modo, quā quis veſtrū imaginari ſibi potuiſſet aut ſciuiſſet: quodq; nec ipſi auſi vnquā fuiſſemus expectare, niſi nos (qui, quàm vos, firmiùs eramus ædificati ac fundati: meliorem etiā cauſſam habebamus, quā vos, licet inter ſummas afflictiones, quib. Deus probaſſe nos voluit) ſciuiſſemus, in his talib. tāti momēti actionib. vnicū Dei honorē & gloriā ſpectandā eſſe, perſuaſi, citò aut tardè ab eo, ceu domino, in effectū deductū iri. Is ille eſt, q nouit, potuit & voluit, tēporib. priſcis, filii Iſraël

ex ſeruitute Eglonis, Regis Moabitarum, liberare. Pari, imò longè maiori, miſericordiã & liberalitate erga nos etiam vſus eſt hoc tempore, quando à tyrannide nos liberauit; tam prodigioſa, tam intollerabili: quando vſus eſt modo non prorſus abſimili, imò maiori admiratione digno, quàm olim. Ponite vobis ante oculos hiſtoriam, & perpendite eam vos ipſi: & vberrima occurret ſeges celebrandi Deum exercituum, Deum zelotem, Deum vindictarum. *Dixit Aod ad regem Eglon, verbum ſecretum habeo ad te, ô Rex. Et ille imperauit ſilentium, egreſſisq́; omnibus, qui circa eum erant, ingreſſus eſt Aod ad eum: ſedebat autem in æſtiuo cœnaculo ſolus. Dixitq́; verbum Dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno. Extenditq́; Aod, ſiniſtram manum, & tulit Sicam de dextro femore ſuo, infixitq́; eam in ventrem eius tam validè, vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere, ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur. Nec eduxit gladium, ſed ita, vt percuſſerat, reliquit in corpore, ſtatimque per ſecreta naturæ alui ſtercora proruperũt.* Quòd ſi accuratè binas haſce hiſtorias enarrare vellem, citius me tempus, quàm oratio deficeret. Vobis igitur perpendendas, vt dixi, relinquã. Hoc tamen interim ἐν παρόδῳ non dicere non poſſum, iſtum Heinricum Valeſium optimo iure dici potuiſſe Regem Moabitarum, & per conuenienter in eum quadrare (vt cætera omnia omittam) Prophetæ Amoſi ſententiam, quam fulminat in Regem Moab, & Moabitas

ras ipſos: *Hæc dicit Dominus: ſuper tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quòd incenderit oſſa regis Idumeæ vſque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth, & morietur in ſonitu Moab in clangore tubæ, & diſperdam iudicem de medio eius, & omnes Principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus.* Certè Heinricus tria & quatuor, hoc eſt, ſeptem & infinita crimina, quæ enumerare nunc nolo, perpetrauit. Verùm crimen, quod Propheta collocat poſtremo loco, & cauſſam ſtatuit principem exitii & interitus Moabitarum, eſt, quòd combuſſerit oſſa regis Idumæorum vſque ad cinerē. Hoc fecit ipſum Heinricus in perſona Dominorum de Guyſe; quos veros & legitimos Idumeæ, hoc eſt, Hieroſolymorum, reges appellare poſſimus. Ac proinde vereor, ne Deus illum conuerterit, & ipſemet ſe ad Deum conuertere noluerit, ſi vera ſunt, quæ de miſera & deſperata eius morte perhibentur: quemadmodum paullò pòſt in narratione ampliori hiſtoriæ huiuſce tragicæ intelligetis. Et vtinam obtemperare voluiſſet non tantùm tot & tam fidelibus admonitionibus, quæ ad ipſum factæ ſunt de horrendis iudiciis Dei, & immanibus pœnis in excōmunicatos, quas perſpicere nuper admodum in breui tractatu ſuper hac re edito potuit: ſed vt & tempore adhuc, atq; otio, quod à commiſſo ictu vſque ad mortem datum ei fuerat, duodecim nimirum & quatuordecim horis inte-

Cap. 2.

gris, vſus eſſet! Nō auſim dicere, haud id feciſſe; ſed doleo, affirmare illud me nō poſſe: verū occaſionē potiùs dediſſe putādi contrarium. Veriſſimè profectò aſſerere poſſis, Imprecationem Gregorii VII. in Heinricū IV. Cæſarē, in hoc miſero Heinrico noſtro cōpletam eſſe. *Hoc autē iudiciū*, dicebat ille, *citò in Heinricum exercitote, vt intelligāt oēs, iniquitatis filiū non fortuitò, ſed veſtrâ operâ* (alloquitur S. Petrum & S. Paulum) *è regno cadere*. Quod ipſum ſanè & hic adimpletum videmus, manibusq; palpamus: manus ipſa Dei hæc eſt, quæ operata eſt: vnde ſperamus, fore, vt, qui tam feliciter cœpit, idē perſequatur & perficiat opus reliquū, ad confuſionem partis aduerſariæ Hugonotorum, Atheiſtarum, Politicorū, & parum zelatorum Catholicorum, &c.

Vide Plat.

Quod ad alterum attinet Heinricū, nempe Bearnenſem, dubitandum equidem eſt, Num hac morte lætetur magis, an doleat. Ex altera parte lætari poteſt; quia credit, hac rationē portam ad Galliæ regnum ſibi patere: ex altera poteſt dolere; quia columen ſuum amiſit, quo nixus hederæ more ſupra murū, illum in terram proſternere prætendebat. Verùm quū murus mallei ictibus nunc demolitus ſit, inque terram præcipitatus, ideò neceſſe eſt & maledictum iſtum ingratum, qui alteri rei nō ſeruit, quàm fouendis, conſeruādis & propugnandis conſcientiis cauterizatis, omnino in terram ruere, deſertum à toto Mundo, & à quocunque

quocunque pedibus calcatum. Satis notum eſt, tum per Paparum cenſuras, tum per eius facta propria, Hugonotum eſſe, & relapſum, & per conſequens incapacem reuerâ, nō tantùm ſacroſanctæ Coronæ Chriſtianiſſimi: ſed cuiuſcunque alterius ſiue coronæ, ſiue dominii, aut iuriſdictionis. Audi quid dicat ſanctus noſter Pater, Sixtus V. in declaratione ſua cōtra ipſum: Ne, inquit ſanctus Pater, vnquam coram Deo neglecti officii noſtri accuſemur, ideò cogimur exercere arma militiæ noſtræ, quæ non ſunt carnalia, nec à nobis proficiſcuntur, ſed à Deo omnipotente in ruinam poteſtatis aduerſariæ, contra duos potiſſimū iræ filios Heinricum Borbonium, quondam Nauarræ regem, & Heinricum item Borbonium, olim Principem Condenſem. Nām ille quondam Rex, hæreſes Caluini ab ineunte adoleſcentia ſecutus, pertinax earum patrocinium exercuit. Et ſtatim declarat, quomodo hæreſin abiurârit, aut, vt magis propriè loquar, abiurationem ſimulârit: nec non reconciliare ſe cum Papa id temporis Gregorio XIII. voluerit, intercedentibus erga ſanctitatem eius Rege Carolo IX. Regina Matre, Cardinale Borbonio, auunculo eius, & Mōtpenſerio Duce: miſſo paulò pòſt ad eum Iohanne Durato, legato ſuo, qui nomine ipſius, de pœnitentia, conuerſione, fide, & conſtantia, in conſpectu ſanctæ Sedis Appoſtolicæ teſtaretur.

Præterea conſtat vt haud longâ interpoſitâ morâ in hæreſin ſit relapſus, & publicè reuocarit, præſentibus omnium ſceleratiſſimis, & alioquin ipſi ſimillimis hæreticis: factis promiſſionibus & iuramentis continuare ſe velle Caluiniſmum, velut & fecit, & facit pertinaciter adhuc hodie. Item, vt bellum geſſerit aduerſus ſummum ſuum Principem Galliæ Regem & Catholicos, collectis hinc inde copiis Hugonoticis, è terris etiam peregrinis, perſecutus Catholicos ferro & igne, violans Eccleſias & Sacramenta, exercens omnis generis ſacrilegia & hoſtilitates, prohibens exercitium religionis Catholicæ, & cogens Catholicos ad contrariam, falſamq; adeò religionem. Poſtquam, inquam, ſanctus noſter Pater omnia iſta & alia plurima, manifeſta publica & notoria ſcelera, quorum plenam & perfectam cognitionem habuerat, recitaſſet: pronunciat & declarat dictum Heinricum, quondam Regę Nauarræ, relapſum & pręcipitatum eſſe in crimen inexcuſabile hæreſeos, & proinde reum, ceu fautorem hæreticorum, in terminis ſuis. In ſede illa excelſiſſima, ac plena poteſtate, quā Rex Regum & Dominus Dominorū ac Monarcharum nobis dedit &c. Pronunciamus & declaramus Heinricum, quondam Nauarræ Regem, eſſe talem, vt ſuprà, nempe hæreticū, in hæreſes relapſum, impœnitentē, hæreticorum ducem & fautorem, & læſę Maieſtatis diuinæ reum, & fidei Chriſtianæ hoſtem, tam euidenter,

pidenter, vt ambagine aut excuſatione vlla contrarium demonſtrari nequeat. Et proinde iure damnari à ſententiis, cenſuris, & pœnis contentis in ſanctis Canonibus, conſtitutionibus Apoſtolicis, legibus cùm generalibus tum ſpecialibus, decretiſq; contra hæreticos, relapſos & impœnitentes:& hoc ipſo iure, priuatum eſſe ementito ſuo Nauarræ regno, & parte illâ; quam hodieq occupat: quin etiam Bearnenſi Principatu,& vná cum ipſo omnes poſteros eius omnibus principatibus, ducatibus,dominiis,ciuitatibus,locis,feudis, & bonis etiam emphyteuticis priuatos eſſe:neq; his tantùm,ſed & omnibus dignitatibus,honoribus,& officiis regiis,quocunque iure hic & illi ea poſſideant:ad quę declaramus eſſe inhabiles & incapaces ad ſuccedendum in eis, aut ad illa retinenda: præſertim verò ad ſuccedendū in ducatibus principatibus ac regnis,& ſpecialiter in regno Franciæ: in quo tam enormia perpetrauit delicta atque crimina,&c. Et ex abundanti poſteros quoque illius priuamus in perpetuum & inhabilitamus ad ſucceſſionem,in perpetuum,&c. Paulò pòſt abſoluit & liberat omnes proceres,feudatarios, vaſallos, & cęteros omnes,qui illis quomodocunq; iurauerint,ab eiuſmodi iuramento & fidelitatis & obſequii debito,& interdicimus,ne illis audeant obedire. Tandem monet & hortatur Heinricum Valeſium,id temporis Regē Chriſtianiſſimum per viſcera miſericordiæ Ieſu

Chriſti, vt, conſideratâ fide & religione excellentiſſimâ Regum, anteceſſorum ſuorum, iuramento item in Conſecratione & coronatione ſua præſtito, de extirpandis hæreticis, præſtito, intendat exſequendæ tam iuſtæ ſententiæ, authoritatem, potentiam, virtutem, adeoque neruos ſuos omnes: quò hac ratione Deo omnipotenti acceptior ſit, matrique Eccleſiæ obedientiam & officium præſtet debitum.

Ex qua declaratione clariſſimè apparet, (vt de preeminentia Cardinalis Bourbonii in hoc gradu nihil dicam:) Heinricum Bearnenſem iuris in coronam Galliæ ne tantillum habere: quum fuerit, & ſit hodieque, hæreticus, relapſus, periurus, ſacrilegus, tyrannus, perturbator & perſecutor Regni Galliæ, impius & crudelis in vel proximos ſuos agnatos, ob fidem & religionem Catholicam. Zippis notum eſt ac tonioribus, qualem ſe diebus nuper præteritis præſtiterit erga homines eccleſiaſticos, erga Eccleſias & ſancta Sacramenta. Inficiari equidem ille nequit, quin fauore & auxilio ſuo proſecutus ſit Heinricum Valeſium, itidem excommunicatum; in quo nouam excommunicationem ſubiit. Quòd ſi dicere nolimus, Valeſium erga Bearnenſem exſequi noluiſſe, ſententiam ſancti Patris noſtri contra eum: tamen confiteri oportet, Bearnenſem, iudicio & prouidentiâ Dei (quanquam non

nō eo animo, quòd id facere deberet, aut vellet) eandem contra Valeſium exſecútum eſſe. Huc etenim ille deduxit eum nobis: aut optimus Deus in medio tropheorum ipſius, & maximorum factorum, ex hac vita illum amputauit. Fingat & conformet ſe Bearnenſis, vt velit: ad hypocriſin tamen Valeſii nunquam accedet: & ſi vel maximè nos fallat; artificio tamen ei quopiam alio aduerſus nos opus erit. Satis probè intelligimus, inquit ille, quid ſit Catholicum ſe facere: vt cui conſcientia nō ſit, audiendi ad tempus Miſſam, in templis etiam ab eo recens combuſtis & deſtructis: modò genua ei flectantur vt Regi, ipſe verò ſua flectat imaginibus, quæ in corde ſuo & anima ſua reputat idola. Verùm ſi talis eſt, qualem vult nos eum agnoſcere & credere, qui contrarium hactenus ſemper profeſſus eſt & exercuit, niſi ab heri, aut pridie fortaſſis: tum talem ſe agnoſcat reuerà, videlicet, ſe, quod negare ipſe nequit, eſſe hæreticum, relapſum, excommunicatum: pœnitentiam agat talem, quæ ei iniungetur: adeat paſtorem ſuum, noſtrum ſanctum patrem, eius ſe ſubmittat conſilio ac ſententiæ: humiliet ſeipſum, vt decet, coram Ordinibus Galliæ, exſpectans ſuper eo conſilium ipſorum: humiliet item ſe, & reuerentiã præſtet Domino Cardinali Borbonio, auunculo ſuo, & pro naturæ officio, quod ei debet, & pro dignitate ac gradus regio, qui

debetur ipſi, directè & immediatè, deponat arma, rebellisq; eſſe deſinat contra patriam & rempubl. ſuam: deſinat item accumulare ſcortationes, diuortia, crudelitates, & alia facinora ſceleratiſſima, quæ iuſtum itidem requirūt volumen, vt ſcelera Valeſii; à quibus ne latum quidem vnguem diſcedit; ſciatq; excommunicatum talem, qualis ipſe eſt, & erat Heinricus Valeſius (quum excommunicationis reſpectu, ſit profanus, immundus, & execrabilis Catholicis) nec debere, nec poſſe ſepeliri in templis noſtris: ſed vt criminalem, aut putre cadauer, coruis & beſtiis feris proiiciendum eſſe. Quòd ſi id temporis, quando Iudæi, ad inſtantiam Iuliani Apoſtatæ (cuius Heinrici noſtri fuerūt, & ſunt, ſingulares & ſtrenui imitatores) templum reædificare conabantur, ignis & flammæ, è terrâ erumpentes, lapides omnes, & alia materialia fundamentorum repulerunt & proiecerunt: quomodo quęſo benedicta & ſancta terra cœmiteriorum noſtrorum recipere & conſeruare in ſinu ſuo poſſit lapides maledictos excommunicatorum; qui ab ædificio ſpirituali ſancti templi ſe ſeparârunt? Ob hanc ſanè cauſſam corpus Eudoxiæ Imperatricis, vxoris Arcadii, quæ exilium S. Iohānis Chryſoſtomi moderata erat, vnâ cum ſepulchro, ad reditum eius, & reſtitutionem in integrum, non ceſſauit perpetuò contremiſcere, tanquam ſi templum materiale reieciſſet à ſe eam, quæ videbatur reiecta è templo ſpiri-

Conc. Antioch. cap. 2.

ſpirituali: aut quæ expuliſſet Epiſcopum legitimum,& veram columnã Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Sic Heinricus IV. Imp. (quem vt Heinricus Valeſius in vita repræſentauit, ita & poſt mortem repræſentaturus haud dubiè eſt) de mandato Paſchalis II: quum iam ſepultus eſſet, dehumatus, ſicque ſine ſepultura integrum quinquennium relictus fuit. Nimium equidem honoris videatur, in Regum loco, & inter ſepulchra ac tumulos eorum; legi & notari nomen eius: cuius memoria nonniſi cor boni Catholici, & veri Galli ſummè exulcerare poſſit. *Nec liceat tumulo ſcripſiſſe parentum Heinricus.* Patiamur mortuos ſepelire ſuos, inquit Dominus: ſed non in terra viuentium, ſed in terra mortua, qualis ipſi ſunt. Cæterũ quoad eos, qui viui ſunt mortui, ob peccata & peſtiferos errores ſuos, ſi vnquã tempus fuit expediendi & extricandi ſe, nunc certè hora aduentauit. Ecce tempus, quo ter optimus Deus noſter tradidit hoſtes noſtros in manus noſtras. Triginta nunc ſunt, & plures anni, ex quo miſera Gallia noſtra reſpirare nunquam potuit: reſpirare verò nunc incipit, & per gratiam Dei plurimi Catholici, omnium ſtatuum & conditionum, conſpirãt vnanimiter ad bonam aliquam reformationem, & emendationem interiorem & exteriorem. E manibus elabi tam optatam & opportunam occaſionẽ, ne quæſo per Deum immortalem ſinamus. Aliter ſi fecerimus, certiſſimum eſt, Deum nos

Otho Friſing.

punitùrum: vt puniuit Saulē; quòd Agagū viuum reliquiſſet: vt Heinricum; quòd cōniuiſſet ſemper, prçſidiumq; extitiſſet hominū nequiſſimorum, qualis ipſe fuit: vt puniuit nos ipſos; quòd & S. Bartholomæi die, & Barricadarum tempore fortunā noſtrā perſecuti non eſſemus: velut & fecit idem; quādo annos antè ſeptendecim aut octodecim Catholici confederati victoriam tam inſignem, quā in Turcas reportauerāt, perſequi nō nouerunt. Prudentia hæc ſingularis eſt, & lex belli principalis, poſſe victoriā vti, poſſe propellere vltra fortunam, poſſe occaſionē premere & tēpus. Prętextus ibi amplius non eſt, vbi quis ſeruū probum facere amplius nequit. Medium ibi amplius nō eſt: viæ nō niſi duæ ſunt (quanquā, vt veritatem dicamus, plures nunquā extiterūt.) Is; qui totus & ſincerè noſtras ſequitur partes; Politicus amplius nominandus nō eſt: ſed hęreticus, aut, quòd eſt deteri⁹, Atheiſta. In optimam ſpem venio, quum Deus excitauerit cor & animum etiam Scholaſticorum & Eccleſiaſticorum, id fruſtraneū aut ſupervacaneū nō fore: vt qui arma Eccleſiaſticis in manus tradidit, quę alibi p ſanctos & ſacros Canones prohibuit. *Cedant nō arma togæ*: ſed *togæ armis*, ad certū tēpus. Et Pallas, bonarum litterarū Dea, iuxta fabulas, armata etiā eſt, vt ſignificet, Ibi, vbi ius iuſtitiæ, & regula prudētiæ ac ſapiētiæ nō ſufficiunt, neceſſariò, ſecundū veriſſimā & ſolidiſſimā doctrinā, ad arma recurrendū eſſe.

Thales,

Thales, inter Græciæ ſapiētes primus, quū longinquis è regionib. rediiſſet, & interrogatus fuiſſet, quid rari aut noui vidiſſet, reſpondit, Tyrannū veterē: innuere volēs, ratione & naturam tyrannū perſequi, & quemlibet ad tollendum eum armare. quod Cicero M. Antonio egregiè demonſtrauit, quum diceret, *Hæc non cogitas, nec intelligis ſatis eſſe viris fortib. didiciſſe, quā ſit pulchrū, beneficio gratū, famâ glorioſum tyrannum occidere.* Adde, quòd in florētiſſimis Rebuspub. tyrannicidis certum præmiū præfixum erat; idq; maximum: arcus illis erigebantur triumphales, aut ſtatuæ honoratiſſimæ: & habebantur illi quaſi Dii quidā: vt Harmodius & Ariſtogiton apud Athenienſes, & Alcæus; cui ob hāc ipſam cauſſam data fuit cithara aurea. Timoleon ne quidem fratri germano ſuo Timophani ignoſcere voluit, quòd aſpiraret ad tyrannidem. ſimilia exēpla plura ſunt. Econtrariò cadauera tyrannorum excoriabant: rapiebant ac trahebāt illa ad cloacas; & loca infamia: proſternebāt & demoliebantur ſtatuas illorum: ſiſtebant nonnullas quaſi in iudicio, agentes ibi cauſſam illarum, quas, maiorem ad ignominiam, per carnifices rumpebant & comminuebant: abolebant & irritas faciebant omnes leges & ſtatuta illorum: ædificia deiiciebant illorum, totique poſteritati infames reddebant per ſententias Iudicum, libellos famoſos, hiſtorias, & alia

Phil. 3.

Ariſt. 5. Pol.
Q. n. l. 7. & 10.
Val. Max l. 2.
Plut. in Timol.

Plut. in Arato
Cic. 2. off.
Luc. or pro tyrannicida.
Th. Morus de eadem re.

Quod, præter tot ac tantas rationes, authoritates & exempla, quæ in medium afferri poſſent, ſufficienti admodum argumento eſt omnino decere & licitum eſſe interficere tyrannum, talē qualis erat Henricus Valeſius: ac proinde Fr. Iacobum Clementem Iacobitā æternâ memoriâ dignum eſſe: qui, præter ſupra commemoratos Veteris Teſtamenti heroas, eſt velut alter Othoniel, alter Barac, alter Iehu, & idem ille, qui ſimili modo Iulianum Apoſtatam tractauit: vbi ſanctus quiſpiam Mercurius aut Perſa, aut Chriſtianus extitit, vt Libanius Sophiſta explicauit, quò maiorē Chriſtianis inuidiam crearet: quanquam, vt teſtantur Sozomenus & Caſſiodorus, nemo iure reprehendere poſſit eum, qui in caſu huiuſmodi, & ſimili facto, fortem & conſtantem pro religione ſe præſtet. Adſtipulatur huic id, quod Lucifer dicit, Epiſcopus Sardinienſis, compellans Conſtantium Imp. hæreticum Arianum, in medium adducto exemplo Phineæ & Matathiæ: *Si in fuiſſes inter manus*, inquit, *Matathiæ illius zelantis legem, aut in manu Phinees, cui teſtimonium perhibet Deus, & alienigenarum more, vt tu facis, viuere tentares, ſine dubio te gladio interficerent*, &c.

Lib. 6. c. 2. in trip.

Lib. de non parcendo in Deum deliną.

Supereſt, vt purgandæ Galliæ noſtræ idem nos inſtituamus in omnes eos, qui nos turbāt, ſiue apertè, ſiue occultè, ſiue per expreſſam profeſſionē contrariæ religionis, ſiue per conniuentiam erga eos, qui eius religionis ſunt, ſiue

ſiue ſint hæretici,ſiue politici: quò, ſicut Moſes dicit ad Iudæos; poſtquā abſoluerat mandatum ſuum, de conficiendis gladio omnibus idololatris, & impiis, *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnusquiſq; in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio*, &c. Quod idē & dici poſſit nobis. Contendamus igitur imitari illos in re tam iuſta & neceſſaria: caueamus queſo, ne ob compatrem & commatrem, ob cognatum & cognatam, noſtri obliuiſcamur officii; inq; maius malum præcipitemur. Quòd ſi introducere velimus formam nouam in hanc Rempub. & Regnum, quæ ſanè ſummè nobis neceſſaria eſt: tum aliis nobis opus erit magiſtris, nempe artificii huius gnaris, nō imperitis: adeò vt non curemus illos, qui nec ſciunt, nec poſſunt ſcire, qualis eſt ille; qui ad tantum nos deduxit præcipitiū; in quo, proh dolor, hodie verſamur. Deus, qui nobis adfuit hactenus, quique poteſt è lapidibus excitare liberos Abrahamo, non deerit, quin idoneos, & tales ſuſcitet miniſtros ſiue Eccleſiæ, ſiue Politiæ, quales nos deſideramus, modò deſideremus illos ſeriò, vtque ex noſtra etiam parte, quod facere poſſimus, procuremus atq; præſtemus.

Eum conſtitues regem, quem Dominus Deus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius generis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. Deut. 17.

prohibitum fuit, ne hoſtibus fidei vel conſilium, vel fauor exhiberetur; Rex, acceptâ indirectè correctione Sanctitatis eius, & repudiato mandato Eccleſiæ Apoſtolicæ, ſuperbè & contumaciter, ipſe, cor habens quaſi induratum, interfectus eſt cum viginti millibus hominum & amplius, imò tanto numero, vt ſciri non potuerit: quum è contrario è noſtris non niſi vnus occubuerit in conflictu, cum perpaucis ſeruis. Populus igitur vniuerſus Chriſtianus Deo gratias agat corde deuoto, & affectione ſummâ, ob tantam reportatam victoriam: quandoquidem ipſi placuit per numerum tam exiguum ſeruorum ſuorum vincere hoſtes innumerabiles, & concedere, vt Eccleſia ſancta ſua de aduerſariis ſuis fideliter triumpharet. Illi ſit gloria & honor in ſecula ſeculorum.

Amen.

EXTRACTVM
è Priuilegio.

Er priuilegium datum & cõceſſum à Dominis Cõſilii generalis ſanctę Vnionis Catholicorum, *Nicolao Niuellio*, & *Rolino Thierryo*, librario, & typographo: permiſſum ipſis eſt imprimere omnia ea, quæ concernunt ſtatum publicum, & negotia Galliæ, quódque ſtatuetur & proficiſcetur ab eodem Conſilio. Et factæ ſunt prohibitiones omnibus aliis librariis & typographis, de non imprimendis, aut ad impreſſionem curandis vel vendendis exemplaribus, ſub pœna confiſcationis eorum, & mulctæ extraordinariæ: vt ampliùs & pleniùs in dicto priuilegio continetur.

Dat. Pariſiis ad 18. d. April. 1589.

Subſcripſit

SENALDVS.

EPI-

EPISTOLA
ILLVSTRISSIMI Cardinalis MONTALTI,

Scripta ad Conſilium generale Sanctæ Vnionis.

Ex Italico in Latinum conuerſa.

ILLVSTRISSIMI Domini. Valde hic dubitabamus, Num rumor de morte Heinrici III. Galliæ Regis, verus eſſet an falſus. Nam licet is è diuerſis locis ad nos adcurrebat: autorem tamen clarum aut certum nō habebat: quandoquidem id, quod narrabatur, fabulæ ſimilius videbatur, quàm veritati. Verùm aduentus Nicolai Niuellii, ciuis Pariſienſis, qui huc adpulit 25. d. menſis præſentis, cum litteris quarto d. ſcriptis à Duce Mayennio ad ſanctitatem eius, omne nobis dubium exemit. Idem attulit ſecum inſtrumenta publica Monitorii Apoſtolici, in effectum illic producti: non habebat tamen litteras vllas à vobis ad Sanctitatem eius: quod ingratū ſanè ei accidit. Quanquam autem dicta Sanctitas eius libenter cognouit, liberatam eſſe

tus exhortatur vos, vt tempore prouideatis, & quoad eius primùm fieri poteſt: idque aut per litteras, aut per deputatum quempiā noſtratem, cui res veſtræ omnes probè notæ ſint: aut mittendo ex profeſſo quempiam è veſtris partibus, qui authoritate & ingenio polleat ſufficienti tractādo negotio tam graui, & primario. Et quandoquidem conſtat, aduerſarios attonitos valde eſſe, & quaſi diuino ictos fulmine, antequam vnire iterum ſe, & conſilium atque vires corroborare poſſint: omnis ideò lapis mouendus erit, vt tam præclara & rara occaſio ne amittatur: de qua dici aliud non poſſit, quàm diuinitus à potenti & benigna manu Dei oblatam eſſe. Et proinde Sanctitas eius exhortatur vos non tantùm vt conſeruetis, ſed etiam amplificetis & propagetis concordiam & vnanimitatem in ſancto veſtro fœdere: omnia ſiquidem peſſum ac perditum irent, cum perpetuo noſtro dedecore atq; damno, ſi inter vos, & alios Vnitos vincula pacis & vnionis firma atque fortia non eſſent. Dominus noſter adſit vobis Spiritu ſancti conſilii ſui, & concedat vobis plenam victoriam in hoſtes noſtros, & diuinæ ipſius Maieſtatis. Româ, ad 26. di. Auguſti. 1589.

Veſtri ſtudioſiſſimus, vt frater,
A. Cardinalis Montaltus.

ſi offeratur, illum interficere. Quæ doctrina adeò deteſtabilis eſt Deo & hominibus, adeóque noua, vt verear valde, ne in fraudis alicuius ſuſpicionem incidam: niſi eò deueniſſent impudentiæ, vt & publicè eam doceant, & perfidiæ tam execrabilis authores ſe prędicēt. Quapropter contrarium hac præſenti tractatione commonſtrabo, vt in poſterum os obſtruatur doctrinis iſtis Antichriſtianis, & populus diſcat per falſitatem harum propoſitionum non adhibere fidem ampliorē aliis, quas poſtmodum proponere poſſent, maximè ad Rempubl. attinentes, vt qui iudicarę nō magis poſſit de illis, quàm cæcus de coloribus.

Primò itaque obſeruandum eſt, nihil æquè reuereri ac honorare nos debere, atq; Regem quemque ſuum; vt qui imago viua & animata Dei eſt. Non equidem ignoro, Theologos docere, omnes homines creatos eſſe ad imaginē Dei, & in ipſa anima noſtra veſtigia quædam impreſſa eſſe ſacroſanctæ Trinitatis: verùm dicere volo, præter generalem iſtam ſimilitudinem, Reges præditos eſſe quadam particulari, quum in inferiori iſto Mundo conſtituti ſint veri Dei vicarii: quem repræſentant in adminiſtratione ſuorum Imperiorum. Nam vt magnus ille Dominus & Pater cœleſtis, prouidētiâ ſuâ admirabili, ingentes hoſce voluit globos, per quorum influentiam omnia illa nobis ſubminiſtrantur bona, conſeruatq; ſine confuſione harmoniam cæterorum corporum V-

niuerſi: ita prorſus Reges oculos coniiciunt in imperia ſua, tractant & voluunt ſubditos ſuos prout vident bonum & neceſſarium eſſe, condunt & præſcribũt leges, quò ordo tollat confuſionem, qui abſq; eo inde naſceretur. Omitto plura alia vnicuiq; per ſe nota; quibus eandem hanc ſimilitudinẽ referunt Reges, & clariſſimè ſignificant, nihil hic inferius eſſe, quod magis propriè Diuinitatem repręſentat, quàm facit poteſtas regalis. Quæ fuit inſignis illa & prudens admonitio, quam dedit Artabanus, Perſiæ prorex, Themiſtocli è Græcia pulſo: Leges & conſuetudines hominũ, dicebat ille, inter ſe differunt, Themiſtocles: & habentur res vnâ in prouinciâ honeſtæ, quę in altera inhoneſtæ ſunt: vnicuiq; tamen honeſtum eſt vbiq;, cuſtodire & ſeruare leges patrias. Quod ad vos Græcos attinet, vulgò creditur, nihil maiori vobis curæ eſſe, quàm libertatem & æqualitatem: verùm nos Perſæ exiſtimamus omnium pulcherrimam & ſanctiſſimam, quam habemus, legem eſſe, quæ imperat nobis honorem, ſeruitium & reuerentiã præſtare Regi noſtro, nõ maiorem, nec minorem, quàm imagini Dei viui; qui regit & gubernat totũ hunc Mundum. Talis fuit Perſarum opinio, & religioſè ab eis obſeruata. Quæ cauſſa fuit, cur promptè libenterq; ſtatutis Regum ſuorũ ſemper ſe ſubiecerint: indeq; imperiũ ipſorũ florentiſſimũ extiterit: vt ſcitè admodũ obſeruauit Xenophon ſtatim ſub initium Cyropædiæ

ſuæ.

ſuæ. Eadẽ opinione oportet eſſe imbutos etiã nos omnes,& credere, Reges reuerà aliud nihil eſſe, quàm imaginem Regis illius magni & æterni: qui ſtabilit illos in hoc Mundo tanquã Vicarios & locumtenentes Maieſtatis ſuę Diuinæ. Ob quã ſanè cauſſam ſacra Scriptura nos docet, nõ populum, aut fortunam, ad tantam illos dignitatem euehere: ſed Deum ſolũ, prout videt eſſe vtile ac neceſſarium. Id vel ex Salomonis Prouerbiis clarè patet, vbi Sapientia dicit, *Per me regnant Reges*: & ex Ieremia, vbi Dominus his vtitur verbis, *Ego feci terram, & dedi illam ei, cui placuit dare.* Quod conſentit cum eo, quod legitur apud Daniele: *Altiſſimus dominatur regnis hominum, & dabit ea illi, cui bonum videbitur dare.* Hac de cauſſa appellat ipſe Cyrum *paſtorem ſuum* apud Iſaiam: & apud Ieremiam prædicitur, *omnes nationes obtemperaturas Nabuchodonoſori, & qui facturus id non ſit, punitum iri.* Ex his locis apparet, Deũ ſtabilire Reges, ceu vicarios ſuos, ad gubernandũ ſub ſe hunc Mundũ. Quod illud ipſum eſt, quod concluſit Eccleſia in Concilio Pariſienſi, dicens, Nullus rex debet credere, regnũ ſibi traditum ab anteceſſoribus, ſed à Deo ſolo: & hunc in finem, quòd certiſſimum eſt, Regnum terreſtre non conferri & tradi, niſi per virtutem & occultum iudicium prouidentiæ diuinę: adeò vt credere debeamus, etſi videatur, leges regnorum ſceptrum & coronam conferre aliquibus, attamen hoc fieri Dei voluntate, qui hanc ob

Prou.8. *Ier.27.* *Dan.4.* *Iſa.44.* *Ier.28. 29.* *Conc.Pariſ.l.2. c.5.*

cauſſam tollit nonnullos ex hoc Mundo, antequam eò perueniant: nonnullis, iam eò eleuatis, vitam abbreuiat, quò is, qui longiſſimè à tanta dignitate videbatur abeſſe, ad eā promoueri tandem poſſit. Cæterùm, quid aliud inde concluſeris, quàm iis, quos illuc appellat, à ſubditis honorem & obedientiam omnē eſſe præſtandam: hoc quandoquidem beneplacitū illius eſt, cui nullo modo reſiſtere nos oportet, niſi gigantū more bellum ipſi inferre noſtro damno velimus? Arripiamus igitur, popule Gallicane, animos & ſpiritus noſtros, inque effectum producamus mandatū, quod S. Paulus nobis præſcripſit Rom. 13. vbi tam clarus eſt cōtextus, vt, obedientiam Regi ſuo qui denegare velit, is iudicetur homo viuens
Rom. 13. ſine Deo, ſineque religione. Omnis anima, inquit, ſubdita eſto poteſtatibus ſuperioribus. Nulla enim poteſtas eſt, quæ non proueniat à Deo. At res ab eo prouenientes ſunt ab eodē conſtitutæ. Vnde qui reſiſtit poteſtati, reſiſtit conſtitutioni Dei. Qui huic reſiſtit, conſequitur damnationem. O inſignem ergo malitiam falſorum iſtorum Prophetarum, qui impudēter vobis promittunt Paradiſi gaudium, concitando vos in Regem veſtrum! quum tamen è contrario ſancta Scriptura vos doceat, nullū reſiſtere Regi ſuo; qui non in æternum condemnetur. Proh immortalem Deum! quot animæ miſellæ fraude veſtrâ, Prophetæ falſiſſimi, perierunt? quot earum præcipitâſtis in In-
ferni

ferni gurgitem, vbi hodieque perpetiuntur pœnas ſempiternas, propterea quòd inſtinctu veſtro arma contra Regem ſuum ſumpſerunt? Vos, qui reſiſtitis adhuc, ſeruate vos ipſos à tã periculoſo naufragio, & adhibete fidem doctrinæ potiùs Dei, quàm hominum. Reddite igitur omnibus id, quod debetur eis: cui tributum, tributum: cui timor, timorem: cui honor, honorem: veluti concludit Paulus loco ſuprà commemorato. Qui locus ſi non ſufficiat, en ſatisfaciat vobis S. Petrus, ceu Eccleſiæ totiùs caput, ita ſcribens, in priori ſua epiſtola: *Timete Deum, & honorate Regem.* Et inferiùs: 1. Pet. 2. *Subditi eſtote cuiuis creaturæ humanæ, propter Deum: ſiue Regi, vt qui ſupereemineat: ſiue præſidibus, vt qui per eum mittuntur. Hæc etenim eſt voluntas Dei.*

Nunc quæro ex voluntariis rebellibus & ſicariis, qua in re malignam & rabioſam ſuam intentionem fundent? Certè non niſi in prodigioſa quadam occœcatione id facere poſſint. Etenim quid contrà authoritatem tam expreſſam & euidentem in mediũ afferri poſſit, non video. Diſcimus igitur, omnem honorem & obedientiam Regibus noſtris nos præſtare debere: & nullũ eorum, qui maledicũt eis, & adoriuntur eos, participare vitæ æternæ poſſe.

Verùm enimuero, relictis multis aliis, iam commemorata duo puncta duntaxat pertractabo, videlicet Maledicentiam illam, & Vo-

luntatem committendi latrocinium tam execrandum: quò inde pateat, in quo ſtatu ſint illi, qui rem deſignant Deo tantopere diſplicentem.

Quod ad Maledicentiam igitur attinet, ea à ſancta Scriptura expreſsè prohibetur, quando in Exodo dicitur, *Deos ne exſecrator: & principi in populo tuo ne maledicito*. Hoc mandatum formidabilius reddiderunt pœnæ horrendæ; quas Deus ipſe inflixit iis, qui illud non obſeruârunt: vt apparet in Aarone & Maria; quũ contra Moſem murmurâſſent ob feminam Æthiopicam, aut quòd, iuxta declarationem Hebræorum, vxorem duxiſſet Æthiopicam: qua in re Legem tranſgreſſus credebatur. Nihilo tamen minus Domini ira excanduit in illos, adeò vt diceret ad eos: *Quare igitur non timuiſtis obloqui contra ſeruum meum, contra Moſem?* Quo irritatus murmure quaſi abiit, & nubes receſſit à ſuperiori parte Tentorii: & ecce Maria leproſa erat, in pœnam oblocutionis ſuæ. Vah, ſi Deus toties puniuiſſet vos, Rebelles, quoties execrati eſtis Regem defunctũ, & maledixiſtis Regi, qui nunc dominatur: certè vos fulmen atque tonitru dudum in cineres redegiſſet: aut lepra corripuiſſet corporalis. Nam ad ſpiritualem quod attinet, eâ iam dudum infecti eſtis, & fœtidiſſimè ſordetis. Verùm ſancti Pauli exemplum hic maximè vobis ob oculos eſt ponendum:

quod

quòd luculentiſſimè docere vos poteſt, quomodo tractandi ſint illi, qui muneribus funguntur publicis; quantum ad maledicentiam iſthanc attinet. Refert ſanctus Paulus, electum illud organum, poſtquam Ananias Pontifex os eius cæcidiſſet, ſe continere ſe non potuiſſe, quin diceret; *Futurum eſt, vt percutiat te, Deus, paries dealbate. Tum verò, qui aſtabant, dixiſſe, Pontifici Dei maximo conuitiaris? Dixit autem Paulus; Neſciebam fratres, Pontificem eſſe maximum. Scriptum eſt enim, Principi populi tui non maledices.* Quæro iam ex vobis, falſi Prophetæ, ſi Paulus excuſationem illatæ Pontifici iniuriæ prætendit ignorantiam, quòd videlicet eum Pontificem eſſe ignorârit: qua excuſatione vſuri ſitis vos? Anne ignorabatis, defunctum Regem, fuiſſe Principem veſtrum ſummum & legitimum? Et talem eſſe hunc Regem præſentem? Lex Regni an non condemnat vos? Nihilominus maledixiſtis vni & alteri, & maledicitis adhuc hodie: adeò furor veſter impletus eſt inſolentiâ. Et quandoquidem cenſeo quidem vos veros ſectatores Domini noſtri, & imitatores ſanctitatis Apoſtolorum econtrario verò diſcipulos Satanæ, & reuerâ excommunicatos: nolim poſteriorem hanc proprietatem vobis mirâ videri atq; nouam. Aliud inculcare nihil ſoletis, quâ excōmunicatos, excōmunicatos eſſe: quū interim excōicationis pœnâ ſubeatis quotidie, Regi maledicentes:

Act. 23.

Conc. Tol. 5. can. 5. Hoc ſi ignoratis, en quintum Concilium Toletanum id vobis commonſtrabit; cuius contextus ita habet: Ad reprimendos mores multos improbos & peſtilentes, ordinauimus deliberatione ſalutari, vt Principi, quem Deus nobis dederit, maledicere nemo auſit: aliter qui fecerit, excommunicatione punitor eccleſiaſticâ. Vos igitur, ô maledicentes & rebelles; vos, inquam, eſtis omnes excommunicati: aut repudiare vos oportet ſanctas conſtitutiones Eccleſiæ Catholicæ. Sed & reſpondete quæſo mihi, ſi cum lege Dei pugnat maledicere Principi ſuo, quid tandem erit adoriri perſonam eius: quod alterum punctum eſt, de quo paucis agendum eſt, vt dictum? Certè ſummè deplorandum eſt ſeculum noſtrum, dicere, Hominem reperiri inter nos; qui propoſitionem propugnet tam execrandam. O corda verè Hiſpanica, & neutiquam Gallicana! O barbaras admodum & ſpurias animas! O cerebra furibunda prorſus, & rabie inflammata nimium! Quæ dementia vos capit plus quàm Saracenica, vt conceptionibus locum detis tam peregrinis & abominandis! Vt ſubditus gladium corripere auſit adoriendi ergò perſonã ſacratiſſimam Regis ſui naturalis & legitimi! Vt qui religionem profitentur, & ſanctitatem prædicare ſolent populo, ipſimet id tale poſſint & debeant facere! Sanctiſſimi quondam inter Hebræos, [illegible], exſecutores Legis diuinæ ſtrenuiſſimi, in veſtram opinionem neutiquam

quàm conceſſerunt; quum magno zelo docuerint, & propugnârint, Principes ſummos, tales, quales ſunt, à ſubditis violari debere haudquaquam, ceu conſecratos & miſſos à Deo. Cum quo congruit Dauidis exemplum: qui etſi Saul, Rex malus, iniuſtè illum perſequeretur, & magnum Sacerdotum numerum crudeliſſimè mactaret: perſonam tamen eius adoriri noluit, quantumvis ad id inſtructus commoditate optimâ: quin imò adeò officioſus erga Maieſtatem eius exſtitit, vt ſerui, qui mortem illi accelerauerat, licet ab hero importunè ſollicitatus, è medio tollendum curârit. Nunquid ſimile facitis vos, latrones ſceleratiſſimi? Rex veſter nunquid vos perſequitur; quia veſtrum quærit commodum & vtilitatem? Rex veſter nunquid occidit ſacerdotes veſtros; quia amat, honorat & promouet illos? Et tamẽ vos vos armatis in eum, & procuratis necem eius, mediis planè illicitis & extraordinariis. Neutiquam hoc animo præditi erant veteres Chriſtiani; qui cum Barcozba, Principe Iudæorum, contra Imp. Romanum armare ſe nunquam voluerunt: ſed perpeti potiùs omnis generis martyria diriſſima, allegantes vnicam & potiſſimam rationem, Religionem Chriſtianam docere, vt ne reſiſtât poteſtati ſuperiori: ſicut præclarè notat Genebrardus in Chronologia ſua. Et vos econtrariò intenditis omnem ſubtilitatem ingeniorũ veſtrorum, ad perſuadendum populo miſello.

glorioſam martyrii coronationem adquirendam eſſe vi hoſtili in Regem ſuum, ſi is è medio, quocunque modo vel loco, tollatur. Quę hæc quæſo doctrina eſt, & quàm contraria doctrinæ Patrum? Certè adeò contraria; vt illi, qui auſi ſunt aſſerere, Licitum eſſe occidere regem, licet tyrannum, hæretici declarati ſint à Concilio Conſtantienſi, quod dicit, Errorē eſſe in fide, ſi quis aſſerat, tyrannum à vaſallo ſeu ſubdito ſuo, occidi poſſe, & licere. Concionatores igitur veſtri omnes errant in fide, & hæretici habendi ſunt, velut & omnes, qui doctrinam eorum amplexantur. Et tales etiā à Conciliis excommunicati ſunt: vt videre licet in Concilio Meldis habito, cap. 14. & magis ſpeciatim in quarto Concilio Toletano can. 74. vbi Hiſpani ipſi ſententiam cōtra vos ferunt. Patres etenim, qui cōuentui illi interfuerunt, ſic loquūtur: Quicunq; noſtrûm, aut populorum totius Hiſpaniæ, cōiuratione aut machinatione violauerit iuramentum datum conſeruando Regi: aut etiam Regem interfecerit, aut regno ſuo priuârit, aut præſumtionē tyrannica vſurpauerit poteſtatem regiam: is excommunicatoꝛ in conſpectu Angelorū ac Hominum, & pellatur ex Eccleſia, & ſocietate Chriſtianorum, cum omnibus ſuis aſſeclis: cum ratione quandoquidem coniunctum eſt, eandem pœnam ſequi illos, qui eiuſdem criminis ſunt rei. Verba hæc altâ voce, & ter repetita fuerunt in Concilio illo, corā toto cœ-

tu: &

by Google

tu: & petitum, vt quilibet ea approbaret. Tūc autem à toto Clero & populo reſponſum fuit: Quicunq, aduerſatus fuerit ſanctę veſtrę conſtitutioni: is excommunicator excommunicatione omnium maxima & periculoſiſſima, *anathema eſto maranatha*, vt habet textus, hoc eſt, vt explicat idem Concilium, exterminator ſine remiſſione in perpetuum, vſque ad aduentum Domini, & partem poſſideat cum Iuda Scariothe, ipſe & ſocii eius, Amen.

Ex quo ſanctiſſimo decreto Concilii facilè vobis colligere licet; omnem hominem, qui adoriatur Regem ſuum, in æternum damnatum eſſe, & partem habere in Inferno cum Iuda. Doctrina hæc eſt non particularis, ſed auctoritate S. Concilii comprobata. Sanè non dubito, quin multi, qui hæc lecturi ſint, magno hic ſtupore corripiantur, & perhorreſcāt toti, ſi memoriâ recolant, non obſtantibus tot præclaris ſanctę Scripturę & Conciliorum locis, quoſdam Prædicatores, non prorſus indoctos, ſed planè malignos, Fratrem Clementē, ſeculi huius maledicti monſtrum horrendū, & ingens in Canonem retuliſſe, vtque alii idē facerent, effeciſſe. O gentem ſceleratiſſimam, clamabunt illi at ſceleratiorem longè, quàm dicere poſſitis; clamauerim vtique ego, alterâ parte! Non mentiar: præ dolore exiſtimabam derelinquere omnia: quando aſpicere me oportet ſeculum tam perditum,

atque deploratum, quo ſuggeſta adeò fœdè profanantur, quæ deſtinata ſunt prædicando verbo Dei, non doctrinæ Satanæ; qui mendax eſt & homicida à principio. Verùm quando ob oculos mihi poſui, interea temporis malũ accreſcere, & populum miſerum condemnari ad Satanæ miniſtrorum perſuaſionem, poſthabitis omnibus aliis conſiderationibus, officiũ mei rationem efflagitare exiſtimaui, vt de ſalute ſua quemlibet admonerem. Proteſtor iſthoc exiguo tractatũ, Populе Gallicane, coram Deo & hominibus, quos teſtes aliquãdo, iudicii die, appellabo, me exhortatum vos eſſe ſeriò, vt maledictum iſtum errorem abiiceretis, & agnoſceretis Regem veſtrũ legitimũ: velut & nunc vos hortor ad idem faciendum, etiam atque etiam vos orans, conſiderare velitis, Neutiquam de lana, quod aiunt, caprina agi, quãdo animam ipſam ſuam in periculum quis adducit, & voluntariâ inobedientiâ, & malignâ coniuratione Iudæ condemnationẽ ſibi conciliat, inque abyſſum tenebrarum infernalium ſe abripit & præcipitat, vbi nihil eſt aliud, quàm ploratus & ſtridor dentiũ. Quapropter agnoſcite vos ipſi, & barbaram atque ſyluestrem illam inhumanitatem, quæ hactenus vos agitauit miſerè, abiicite: obtemperate potiùs præceptis Dei; ſine quibus Regnum cælorum ingredi haud poteſtis: honorate & timete Regem veſtrum, proque ſanitate & proſperitate eius Deum orate indeſinenter.
Recorda-

Recordamini ſæpenumero verborum præclariſſimorum Senecæ, quæ protulit ad Neronē Imp. ſcribens, quum de bono, quod proficiſcitur in vniuerſum populum ex conſeruatione Principis, verba faceret: Rex, inquit ille, vinculum eſt, quo firma continetur Reſpublica: vitalis ille ſpiritus eſt, quem reſpirant tot millia hominum; qui aliud nihil eſſent, quàm onus & præda, ſi anima iſta Imperii ſemel eſſet ſublata. Populus ab hoc periculo liberari poteſt, tantiſper dum frænum ferre nouit: quo effracto ſemel aut rupto, illud ei iniici rurſus non patitur: vnde vnitas & vinculum Imperii in plures neceſſariò partes diſrumpetur, & finis, qui ex obſequio ſequitur, idem ſequetur & ex imperio. Videntur verba hæc comminationem continere non contemnendam. Aſtutiam igitur & calliditatem Hiſpanicam tandem abiiciamus, & cor noſtrū reſumamus Gallicum, quod eſt naturaliter amare Principem ſuum, ſeruire ei, honorare eum, & nihil maiori curæ habere, quàm proſperitatem eius. Ad hoc permouere nos debent mala infeliciſſima temporum præteritorum: quæ aliunde non profecta fuerūt, quàm ex rebellione: quæ Deus haud dubiè in æternum adcumulabit, ſi non agnito Principe noſtro, quem nobis dedit, Legi ipſius haud obediamus. Similiter ſalus animarum veſtrarum ad id permouere vos debet: quandoquidem iuxta ſanctam Scripturam & Concilia, omnis

homo, qui honorem & obedientiam Regi ſuo non præſtat, peribit miſerabiliter, aliud non reportans præmium, quàm damnationem æternam, cui addictus eſt Iudas. Periculum declinate quæſo tam præſens, tantiſper dum tempus eſt, quò omnes & ſinguli, vnà in Eccleſiâ, & vno ſub Rege, celebremus nomen Dei, & fruamur in hoc Mundo pace feliciſſima, & in altero beatitudine ſempiterna, Amen.

FINIS.

IN

In luctuoſiſſimum obitum

REGIS

HEINRICI IV. ſuſpiria Galliæ, & fidelitas Gallorum.

✠

Iuxta editionem Pariſienſem,

Apud PETRVM RAMIER, *plateâ Carmelitarum, ad Imaginem S. Martini.*

M. D C X.

Cum Permiſſione.

V 4

AD REGEM.

IN animum induxeram, DOMINE, pompas glorioſiſſimi Introitus Reginæ deſcribere: ſed cogor iam verba facere de luctu acerbiſſimo Galliæ, & fidelitate Gallorum. Doleo autem ante oculos tibi ponere id, quod memoriæ tuæ nimis recenter obuerſatur: verùm Rex, illuſtriſſimus pater tuus, tantam de vita ſua exiſtimationem reliquit, vt iuſtiſſima debita calami mei recuſare ei minimè profectò potuerim. Opus equidem Apelle quopiam hic foret; qui dignè ſatis Alexandrum hunc Magnum depingeret: verùm laudes palmarum eius auguſtiſſimarum deſcribẽdas relinquam illis; qui deſcribent victorias eius: modò pluma etiam reperiri poſsit, quæ euolare tam longè queat, quàm longè exiſtimationem eius fama armorũ ipſius diſſeminauit: lingua item talis haberi; quæ Principis huiuſce Fortitudinem & Clementiam qua hoſtes omnes ſuos ſuperauit, eiſq; condonauit, graphicè ſatis eloqui & exprimere poſsit. Ecquis igitur queſo ſubditorũ tuorum eſt, qui pacis fructus perſenſerũt, quos animus eius generoſus procreauit,

creauit,& prudentia eius conſeruauit, qui nõ ad irrigandum lachrymis ſuis Tumulum eius aduẽtet? Et hic quidẽ fidelitatis teſtimonium illud perhibeat Tuæ Maieſtati, ordiendo à luctu iacturæ ſuæ, & finiendo humili agnitione legitimæ ſucceſsionis tuæ? Quemadmodum, DOMINE, aues luctũ ſilentio ſuo teſtificatur, quem ex diſceſſu ſolis perceperũt; & viciſsim regreſſum eius dulci harmonia ſalutãt, & excipiunt; ita & ſubditi tui iuſtũ dolorẽ ſuũ, quem ex obitu Maieſtatis ipſius, auguſtæ memoriæ perceperunt, comprobant, & principio Regni tui aduentant, clamatum cum lætitia & gaudio, VIVAT REX.

Et, tu DOMINA, auſim ne ego hunc mihi polliceri fauorẽ, vt dolorẽ nonnihil tuũ intermittas, ad notandũ, in iactura ſpõſi tui, zelum virorũ omniũ maximorũ in regno tuo; qui cõſpecto occaſu Regis, Coniugis tui, Heri ſui, ſalutatũ venerunt ortũ Filii tui, tanquã ſupremi Domini ſui. Principes (quos nõ nomino) primi fuerunt, qui ſeruitia ei ſua obtulerũt, tantâ laude digna, quantũ facinora ipſorũ generoſa pro Maiorum exiſtimatione, & exſpectatione perſonæ eorũ (quę ita cõparata ſunt, vt, quandiu cœlum non ruit extimeſcere quidquã non poſsimus) ſatis ſuperq; cõprobant. Officiarii Coronę, Pares Gallię, vniuerſa Nobilitas Gallicana, à quibus oẽs aliæ Nationes exemplum ritè obediendi Principi ſuo, mutuantur, locupletiſſimè teſtati ſunt, Ne quidẽ mortẽ ipſam

conſtantiam ac fidelitatem ſuam interturbare potuiſſe. Iuſtitiæ caput, ſenatus ſummus, id quidem egregiè demõſtrauit tunc, quum clementiam & miſericordiam illi exhibebas, omniq́ue ei imperandi poteſtate prædita eras. Et ad Politiæ gubernaculum qui ſedet, ille eiuſmodi vtitur ordine; media in confuſione, vt videatur, totum Mundum Principem ſuum defunctũ deplorare: viuo verò Principi obedire conſtituiſſe.

Vos deinde Galli, qui adcurrebatis omnibus ex partibus, ſpectandæ coronationis Reginę veſtrę cauſſa: qui teſtes eratis oculati confirmationis ipſius: qui pompâ omnium, quam Mundus vidit, celeberrimâ, vidiſtis illam, Iouis die XIII. menſis Maii, & ſequenti die Veneris XIV. videtis in afflictione omnium funeſtiſſima, ſi triumphum eius ſpectare nõ noluiſtis, an compaſſione non duceremini vidêdi luctum eius? Ingens maris trãquillitas horribilium tempeſtatum præſagium videtur eſſe. Nautæ tranquillitatis tempore vela dare haud ſolent: nec animũ etiam abiiciũt, *Quum fera nimboſo tumuerunt æquora vento.* Aſpexiſtis cum modeſtiâ magnitudinem & coronationẽ Reginæ: aſpicite & iacturam nunc eius, cum conſtantia debitum officium veſtrum exſequendi, & declarandi reipſa, Gallorum concordiam terrori eſſe omnibus aliis Nationibus. Vincere tam citò poteſtis, quàm prælia-

ri,

ri, tam facilè legem ferre hoſtibus veſtris cum virtute, quàm ſumere hanc à Rege veſtro cum humilitate. Ad quod equidem incitare vos debet, quòd Regem habuiſtis omnium qui vnquam vixerunt, fortiſſimum, clementiſſimum, prudentiſſimum, & ſummo præditum iudicio: quem ſubditi eius amârũt, hoſtes formidârunt, totus Mundus admiratus eſt: in cuius perfectiones Filius eius ſuccedet æquè, atque in regna ipſius: cuius iuuentutem & prudentiã ſupplebit Regina, in Regnis eius Regens conſtituta. Interim lugendi illius finem faciamus, quē amittere iam incipimus, vt toti Mundo hiſtoria eius pateſiat.

Quum in primaria Pariſienſi eſſet vrbe, quã exoſculari omnes Prouinciæ meritò debent, ob miracula illic celebrata, paruus quãdoquidem Mundus potiùs eſt, quàm vrbs magna: ecce miſer ſicarius, Angulemenſis patriâ, nomine Franciſcus Rauaillac, hunc patriæ Patrem noſtrum, Regum margaritam, ſeculorũ Perfectionem nobis perimit & adimit. Quum enim ictus eius quater antè fefelliſſet, permiſſione Dei, & vigilantia præſidii, tandem die Veneris, decimaquarta Maii, in eum, lecticæ inſidentem incidit, ad plateæ ferrariæ partem vltimam: vbi animaduertens lecticam ab aliâ, & curru retineri, furiis agitatus, ex officina, quò ſe contulerat, ocyus proſilit, adque Maieſtatis ipſius lecticam, aduolat.

Sedentem hunc in ima lecticæ parte, & cum ſuorũ quopiã colloquentẽ, columnamq; aduerſam contemplantem, ita adoritur, vt duos cultri ictus ei inflixerit tanta velocitate, vt ipſum citiùs latrociniũ, quàm latro agnitus fuerit; qui tamẽ captus, & Rex cum Procerũ lacrymis ad Luparam portatus & exceptus fuit. Cogitur ocyꝰ Senatus, & vniuerſa ſtatim ciuitas hoc tã luctuoſo caſu & occaſu ſummè turbatur: præſidia apud eandem Luparã ſtudiosè ad excipienda mandata Ducũ ſuorũ, concurrunt; qui oẽm in euentũ illa cuſtodiendæ viæ conſtituunt, vt nõ niſi in ſumma dignitate cõſtitutis via libera pateret. Corporis cuſtodes in Luparã mittebantur ipſam, vt vitã ſuã & arma, ipſis defuncti cinerib. & cõfirmationi viuentis Regis offerrẽt. Die Sabbathi 15. Maii, Rex Ludoicus XIII, ſrutex S. Ludoici, violaceo indutus habitu, ad Auguſtinianos, quo Parlamẽti Curia ſedẽ ſuã, ob introitus Reginæ ceremonias tranſtulerat, in Iuſtitiæ lecto reſidens, Rex fuit proclamatus, Reginâ lateri eius adſidẽte, nigricante obuelatâ velo, in comitatu habente quatuor Cardinales, quatuor Pares eccleſiaſticos Galliæ, cõplures Epiſcopos & Prælatos, Principes aliquot ſanguinis, & alios Principes; qui in Curia tunc verſabantur, vti Conneſtablium, Duces & Pares ſeculares, Mareſchallos Galliæ, Officiarios Coronæ, & legatos omnis generis Prouinciarum. Quo in comitatu Rex ipſe, decreto per Domini Can-

cellarii

cellarii os pronūciato, & conſiliò Cardinalium, Principum, Parium, Dominorum ſuprà nominatorum; & Parlamēti Curiæ confirmato, Reginam matrem ſuam, Galliæ Regente, pro ſe & Regnorum ac negotiorum ſuorū adminiſtratione declarauit. His peractis portæ apertæ fuerunt, vt populus Regem in throno ſuo ſedentem videret: cuius Aduocatus generalis, Dominus Seruinus, orationem habuit de ſubiecto præſenti, & potiſſimùm de Bono, q̄ Gallia ex adminiſtratione Reginæ viduæ, matris S. Ludoici, percepiſſet, concludens nota fieri hæc omnia debere Prouinciis. Oremus Deum vt conſeruet nobis Regem noſtrū Ludoicum, quò ætas ipſius fructus obedientiæ noſtræ colligere poſſit: nos tantum ei iuramus fidelitatis, conſtātiæ & feruoris, vt ad eloquēda ea magis laborandum nobis ſit, quàm ad exſequenda. Et vt maturè initiū faciamus, inuigilemus ſaluti eius quò aliquando ipſe ſuorum inuigilet protectioni. Hac freti ſpe lacrymas noſtras in ſepulchrum defuncti Regis effundamus: cœlum quandoquidem ipſum ad id nos inuitat, & Patris ac Principis inſtar ille nos tractauit: Maieſtatemq; diuinam ſupplices oremus, vt quoniā ſtabiliuerat eum Aſylū populi ſui, in gloriam etiam recipere illum dignetur: velut condonauit iis, à quibus offenſus erat, ita peccata ei quoq; remittere velit ipſe, vſus miſericordiâ potius ſuâ, quā iuſtitiā; vt quoniam tot inclytas reportauit victorias

in Mundo tum de ſe, tum de aliis, victorioſus etiam in cœlis regnet: & quandoquidem in pace poſſedit regnum florentiſſimũ, felicitate illic fruatur ſempiterna. Offeramus deinde vota & ſuffragia noſtra, pro incolumitate Regis & Reginæ; quò illos fauore ſuo proſequi Deus dignetur, & Regi gratiam cõcedat, quò ſub iugo præceptorum continere poſſit populum ſuum, augeſcens ipſe in perfectione, cum ætate, quò à ſubditis ſuis ſemper ametur, à cõfederatis ſuis & amicis fauore afficiatur, atque Nationibus aliis formidetur: quò inſignia eius aliquando germinare videamus etiã in terra Infidelium, & adimpleri promiſſa natiuitatis eius in diſpendium Otomanorum: quò Regina probo conſilio communita metere in quiete poſſit fructus virtutis ſuę, & fruatur autoritate ſuâ, tantâ proſperitate, vt ſeruiat promotioni Regis, & honori ipſius, atq; ſubſidio populi: quò prærogatiuæ, quibus defunctus Rex, coniunx eius, cœlitus gaudebat, formę ei ſeruiant ac figuræ, ceu pulcherrimo exemplo, quod imitetur, vſa opportunitatibus eorum, qui omnium meritiſſimi ſunt, & non eorum, qui minus ſunt idonei & opportuni: quò oẽs audiat ſupplicationes, non omnes item aſſentationes: quò ſegetem quiſq; habeat vbertimã prædicandi capacitatem eius regnandi. Et vt Luna lumen ſuum, quod à ſole mutuatur, retinet, licet Polum ad id nobis communicantẽ mutauerit: ſic ipſa perfectiones omnes retineat;

tineat; quas defunctum Regem reipsâ declaráſſe nouit, in gloriam eius, & vtilitatem ſubditorum filii eius, perinde vt Lydius lapis aurum aut argentum probare ſolet: peculiarem igitur prudentiam & bonitatem, quam à Maieſtate eius ſanctæ memoriæ mutuata fuit, retineat. Summo quondam honore affecta fuit Veturia Romæ, quòd arma filii ſui, quæ in patriæ ceperat ruinam, auertiſſet. Verùm maiori à Mundo honore afficietur Maria de Medicis Regina noſtra; quod ſtatum filii ſui tantâ prudentiâ gubernârit, vt inter regnum præteritũ, & regnum futurum diſcrimen aliud non ſit, quàm ſexus: & verba non fiant de alio feminæ regno, quàm de ipſius: aliæ quandoquidem illam nonniſi tempore præceſſerunt, quas ſuperat ipſa meritis ſuis: & aliarum facta generoſâ nonniſi præſagia fuerũt effectorum huius. Ita autem regni eius proſperitatem per medias aſpicio tempeſtates funeſtiſſimas: & dico per augurium id, quod experiemini aliquando cum gaudio.

FINIS.

APOLOGIA SOCIETATIS IESV IN GALLIA, AD CHRISTIANISSIMVM GALLIÆ ET NAVARRÆ REGEM HENRICVM IV.

SCRIPTA à RELIGIOSIS EIVSDEM SOCIETATIS IESV IN GALLIA: ET hoc anno 1599. Burdegalæ excuſa.

Nunc primùm Latinè reddita.



Permiſſu ſuperiorum.

INGOLSTADII.

Ex Typographia ADAMI SARTORII.

Anno Domini M. D. XCIX.

AD LECTOREM.

TRIENNIVM eſt, amice lector, cùm hîc Frãciſci Montani Apologiã pro Societate IESV in Gallia, aduerſus Arnaldi Aduocati Pariſienſis calumnias Latinitate donatam euulgauimus: Quã quia multis non ingratam fuiſſe, re ipſa experti ſumus, ea de cauſa non inuiti etiam huic, quam modò damus, in Latinam linguam trãsferendæ operam impendimus: quæ eò gratior erit, quòd prioris illius quaſi quædam epitome ſit. Nam argumentum quod illa fuſius perſequitur, hoc iſta preſſius & breuius tractat. Illa ſpeciatim criminationes vnius calumniatoris refellit, hæc generatim omnium; illa omnes alloquitur, hæc ſolum *Regem Chriſtianiſſimum*, cui calumniato-

Anianus ad l. 3. lib. 9. Cod. Theodoſ. lib. 39. niatorum fraudes, impoſturas, & mille nocendi artes aperit, & velut in tabula ſpectandas proponit. *Calumniatores enim ſunt*, vt ait ille, *qui falſa deferentes contra cuiuſcunque innocentis perſonam, principis animos ad iracundiam commouere præſumunt.* Quorum hoc tempore nimis copioſus prouentus eſt. Narrant ſacræ literæ Patriarcham Iſaac fodiſſe puteum, *Geneſ. 26.* quem ab euentu, ob iurgium paſtorum Geraræ, cum gregum ſuorum paſtoribus, vocauerit CALVMNIAM. Ad hunc puteum iſti libentiſſime ſeſſitant, & aquas calumniarum, quibus Societatem IESV aſpergant, diu noctuque hauriunt. Fodit Iſaac alium quoque puteum, quem eadem de cauſa appellauit INIMICITIAS. Nec iſte his ignotus eſt: imò quia nimis notus eſt, idcirco puteum calumniæ non minus celebrant, quã cygni ripas Cayſtri. Quæ enim alia ratio, cur tot calumniis Ieſuitas appetant, quàm quia capitales inimicitias cum illis exercent? Ne tamen vt Zoophyta vni

loco

loco affixi hæreant, non raro excurrunt in campum Mendacii, quem rerum Gallicarum ſcriptor Aimoinus, alicubi in Gallia extare, & nomen hoc à perfidia, & ſumma mētiendi quorundam libidine accepiſſe tradit. In hoc expatiantur: in hoc, velut in ſtadio, modò curſu, modò lucta, nunc hoc, nunc illo certandi genere ſeſe oblectant. Feſſi, ad puteum *Calumniæ* redeunt, & grata ſibi vice Deum homineſque ludificant. Quin libros etiam, *& Epiſtolas plenas mendaciorum & fraudulentiæ atque periurij in orbem dirigunt, vt & aures polluant audientium, & exiſtimationem ſimplicium lædant. Non enim eis ſufficit iniquitatem propriam deuorare, & proximos lædere, ſed quos ſemel oderūt, per vniuerſum orbem infamare conantur, & vbique ſeminare blaſphemias.* Dicebant olim Iudæi contra Hieremiam: *Venite & cogitemus contra Hieremiam cogitationes. Iſta etiam hodie hæreticorum contra ſeruos* Dei *cogitatio eſt*, inquit S. Hieronymus, *vt calumnias ſtruant, &*

Aimoin. lib. 5. cap. 14.

Hieron. in cap. 23. Hierem.

Hierem. 18.

Hieron. in cap. 18. & 20. Hierē.

ſanctos viros accuſatione præueniant. Et vt idem alibi ait: *Plerique Doctorum in Eccleſia vſque hodie ſimilia ſuſtinent, audientes vituperationem multorum congregatorum aduerſum ſe in circuitu, atque dicentium, perſequimini & perſequamur eos.* Qua calumniandi impotentia & petulantia efficiunt iſti, vt Societas I E S V meritò cum B. Rege Dauide tum ad D E V M, tum ad Chriſtianiſſimū Regem
Pſalm. 118. clamet: *Redime me à calumniis hominum.* Nam vt rectè ait ſanctus Ambroſius: *Calumnia eò grauior eſt, quia non ſolùm falſa componit, verùmetiam quæ piè geſta ſunt decolorat.* Quæ calumniæ natura manifeſtè in his, quæ hoc libro refelluntur, elucescit. Qui quidem liber nõ modo Gallicanorum, ſed & Germanorum calumniatorum calumnias repellit: quibus ſolenne, calumnias alibi terrarum in Societatem I E S V cuſas, recudere in Germania: quaſi Germania non ſatis multos calumniatores, hoc eſt, non verorum, ſed

ſed fictorum criminum diſſeminatores ſubmittat: fictorum inquã: *qui enim vera crimina obiiciũt, nõ calumniãtur*, inquit S. Auguſtinus. Et licet *falſum crimẽ, quod eſt calumnia, reum non faciat hominem, niſi apud iudicẽ hominem*, vt idem Auguſtinus ait, tamen hoc ipſum pernicioſiſſimum eſt Reipublicæ, & illis qui calumniam patiuntur, moleſtiſſimum: adeo vt ſanctus Ambroſius dixerit, *eum qui opprimitur calumnia, non facile poſſe cuſtodire mandata diuina. Neceſſe enim eſſe, vt triſtitiæ aut timori plerunq; cedat, & affligatur vel metu calumniæ vel dolore.* Et ideo Dauidẽ ad DEVM clamaſſe, *Redime me à calumniis hominum, vt cuſtodiam mandata tua.* Sed Dominus qui in altis habitat, *iudicabit*, aliquando *pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, et humiliabit* CALVMNIATORES. Vale in Chriſto Lector. Ingolſtadij. VI. Kalend. Auguſti. Anno M. D. IC.

Auguſt in Pſalm. 114.

Ambroſ. in Pſal. 118.

Pſalm. 71.

*4

Apologia Societatis IESV *in Gallia*

AD CHRISTIANISSIMVM GALLIÆ ET NAVARRAE REGEM HENRICVM IV.

CAPVT PRIMVM.

Cauſa hunc ſupplicem libellum ſcribendi, & preces ad Regem, vt eum benignè accipiat.

SVBDITI Maieſtatis tuę, *Chriſtianiſſime Rex*; & addictiſsimi clientes, Religioſi ſocietatis (quam crux nomenque Chriſti inſignit) ſcripto, quando coram agendi interclusus eſt aditus, bona cum venia Maieſtatis tuæ, eidem aliquid proponere cupiunt.

Tu Rex inter Reges huius æui miraculi inſtar es, rerumque noſtra tempeſtate planè admirabilium Rex, & caput huius nobiliſsimæ, quam lilia decorant, Monarchiæ, & Pater numeroſiſsimi iſti-

mi iſtius populi, nos ſubditi tui ſumus: & ea de cauſa tui filij; ſoli ex omnibus Gallis, velut meta, omnium perſecutionum iaculis expoſiti; vt cum Apoſtolo iure dicere queamus, nos in Gallia factos eſſe, *ſpectaculum mundo, Angelis & hominibus.* Si ærumna & calamitas dolorem cõcit; non poſſumus non libera voce confiteri, nos poſt tot afflictionum & miſeriarum fluctus, in medijs hiſce malorum procellis, maximum doloris ſenſum capere; niſi quod ipſa tantæ calamitatis deploratio nonnihil ſolatij affert. *Miſerabilis eſt dolor,* ait quidam ex veterum Imperatorũ numero, *cui vox in tormentis denegatur;* cumque hoc iure querendi, ipſius naturæ iure, vti liceat; apud quem eo potius vteremur, quam apud te, qui pacis Martisq; temporibus animi tui excelſitatem, tot trophęis erectis, tot beneficiis in amicos inimicosque, plena manu, collatis, planam teſtatamq; feciſti; à quo ſolo ſecundum DEVM leuamen optatumq; finem, his, quibus iactamur, caſibus expectamus. 1. Cor. 4.

Etſi verò hactenus tantum nobis ſumere auſi nõ fuimus, vt Maieſtati tuæ ſupplici libello vota preceſq; noſtras offerremus, ne intempeſtiuè te interpellaremus, iam tamen tantum nobis fiduciæ inditum eſt, vt id audeamus, tibiq; totius perſecutionis noſtræ ortum & ſtatum exponamus; Quocirca qua fieri poteſt mentis ſubmiſsione Maieſtatem tuam obſecramus obteſtamurque, per ſacroſanctum illud *Chriſtianiſſimi Regis,* quo gloriaris, cognomentum; per alma illa lilia,

quæ à quinquaginta ſeptem Regibus,anteceſſoribus & maioribus tuis, accepiſti; per plurimas illas laureas,quibus breui temporis ſpatio,caput exornaſti;per innumeros illos,omni admiratione dignisſimos euentus, quibus DEVS te,ad huius regni gubernacula prouexit; per amabiles illas paciferæ & mitis oliuæ frondes, quas his poſtremis menſibus tam in internis, quam externis regni tui partibus panxiſti; per iſtos omnes titulos, & hæc omnia decora tua,te, *Chriſtianiſſime Rex*, rogamus, vt modico temporis interuallo, nobis benignas & faciles aures præbere, noſq; mala, quibus premimur, percenſentes,& in hoc libello,velut penicillo quodam depingẽtes, clementer audire velis. Ipſæ calamitates, quibus conflictamur, loquendi vim & animum nobis addunt,& nomen Maieſtatis, quod geris, in bonam ſpem nos vocat, fore,vt & audientiam,& id quod æquum eſt, impetremus. Vt enim Regem armis & robore inſtructũ eſſe oportet debellandis & profligandis hoſtibus;ita eundem par eſt facilem & promptum eſſe,audiendi ſubditorum iuſtas querimonias. Rex viua & ſpirans DEI imago eſt. Nullis lineamentis, nullis ductibus & coloribus magis repreſentatur, oculisq; ſubiicitur ſupremus ille Monarcha,cœli terræq; potens,quam iuſtitiâ,quæ omnis regni fundamentum & firmamentum iure habetur.

Poſtulamus ergo à Maieſtate tua id,quod quilibet Rex ex præſcripto regalis functionis clientibus ſuis debet, ſeu amici,ſeu inimici, ſeu probi, ſeu

bi,ſeu improbi fuerint;imo ſi totius mundi ſceleribus nos ſoli obſtricti eſſemus; hoc tamen ius, quod petimus, negari nobis licitę non poſſet: iam verò tanto magis par eſt vt id cōſequamur, quanto magis id, quod hoc libello enumerare & declarare inſtituimus,pertinere videtur, non modo ad officium cōſcientiæ noſtræ: ſed etiam ad gloriam & honorem Maieſtatis tuæ, totiuſq; regni,& ad pacem, tranquillitatem, conſolationemq; maioris partis ſubditorum tuorum; qui vt hoc faceremus,fermè inuitos coëgerunt.Hoc conſilio permoti & inducti Maieſtatem tuam alloquemur,eo libertatis & candoris modo,qui Religioſos; & ea reuerentiæ & honoris ſignificatione,quę ſubditos cum Rege ſuo agentes decet.

CAPVT II.

De Expulſione Societatis Lutetia, & de vltimo aduerſus eandem edicto.

QVARTVS propediem finietur annus, *Chriſtianiſſime Rex*, cum Pariſiis, aliiſq; nonnullis Galliæ vrbibus pulſi ſumus, diſperſiq; per omnes Europæ prouincias, excepta Hiſpania, (quam toties nobis obiectant aduerſarij) ſpoliati omnibus facultatibus & fortunis, quas ex pia fundatorum liberalitate poſſidebamus, etſi pertenues illæ erant, & quæ non tam ad vitam, quam ad labores, vel, vt rectius loquamur,non tam ad viuendum, quam ad laborandum viuendo ſufficerent. Magnus conque-

querendi ſeſe nobis hic aperiret campus; ampla offerretur materies; ſed non lubet hic exaggerationem texere,flebilibusque modis,quaſi per elegiam ea,quæ pertulimus deplorare.Hoc obiter tantùm dicimus,ſi diſceſſus noſter, & noſtra proſcriptio ex Gallia vrbi Pariſienſi emolumento,ſi maieſtati tuæ ſecuritati & præſidio;ſi Reipublicæ,quæ te Regem creat;& Religioni,quę te *Chriſtianiſſimum* facit;vtilitati fuit; ſi cauſa exſtitit,vt Pariſienſis Academia bonarum diſciplinarum ſcientia, pietatis & virtutis incremento; inſignium Magiſtrorum, & ſtudioſæ iuuentutis accurſu magis atque magis floreret;non recuſamus,quo minus miſerias noſtras perpetua obliuione conteramus,æternoq; ſilentio contegamus;quin quotquot adhuc ex naufragio illo reliqui ſumus, omnem operam & induſtriam,imo & vitam noſtram eò conferre auidè cupimus,vt hi tam lęti & proſperi ſucceſſus perennẽt.Quod ſi calamitas noſtra neque vlli priuato commodum,neque Reipublicæ vllum fructum attulit: DEVM precamur, vt Auctoribus horum malorum clementer ignoſcat; neque aliud vindictæ genus exoptamus.

Sed regredimur ad id quod inſtat, quodque Maieſtati tuæ iam animo demiſſo & ſupplici proponere cogitamus, & à te benignè audiri oramus. Poſtquam, *Chriſtianiſſime Rex*, bellis externis & ciuilibus finem honorificè impoſuiſti, ignibuſque publicæ lętitiæ teſtandæ gratia excitatis, ignes ſeditionis & diſcordiarum extinxiſti;Poſt-

ſti; Poſtquam liberum aditum, omnibus, etiam hoſtibus, (quibus magnitudo animi tui terrori fuit) ad vrbes, & ad benignitatem tuam Regiam patefeciſti; vbi nos quoque ſub huius tam dulcis pacis vmbra requieſcere, ſuauiſsimiſque eius fructibus frui voluimus, (cum non minus pax illa, ad nos, qui Galli, & Maieſtatis tuę ſubditi ſumus, quàm ad peregrinos & aduenas pertinere videretur, noſque, qui nomen noſtrū in numero Clientum, & quidem obſequentiſsimorum, Maieſtatis tuæ profitemur, non minus commodi ex hac pace redundantis, nobis quam ipſimet hoſtes polliceri meritò poſſemus) ecce tibi, eo ipſo tempore, quo tam læti nuntij de pace inita omnia peruolitabant; igneſq; lætitiæ argumenta, vbique collucebant; aduerſarij noſtri falſis accuſationibus & criminationibus, apud Maieſtatem tuam nos traducunt & onerant, literaſq;, nobis nunquam, defenſionis cauſa, auditis, obtinent, quibus Senatui Regio Burdegalenſi mandabatur, vt Societatis noſtræ homines, qui in Aquitanię partibus remanſerant, quam primum ex tota ditione exterminet. Quod mādatum, *potentiſſime Rex*, velut improuiſa tempeſtas, eò magis nos perculit, quò cœlum videbatur ſerenius & tranquillius, & quo magis iam conſtabat noſtra in te fides, ſub quo, quaſi ſub altero Auguſto, mundum pacatum, turbaſque ſedatas intuebamur. Quare niſi curia; prouida edictorum Maieſtatis tuæ interpres, obſtitiſſet; totamq; noſtram viuendi & agendi rationem ad te perſcripſiſſet, periculum erat, ne ſub ipſa pacis pri-

cis primordia,extrema quæq; belli incommoda perpeteremur. Sperabamus autem Rex, & verò adhuc ſperamus, fore, vt perſuaſionem de nobis,qua alij te imbuerunt,deponas; vbi noſtri inſtituti rationem cognoueris, pluriſque æſtimes,graue illud & publicum teſtimonium à ſuprema, eaque tota, & ex omnibus ſuis Cameris collecta Curia Burdegalenſi, Maieſtati tuæ ſemper addictiſsima,innocentiæ noſtrę datum, quã ſermones priuatorum quorundam, qui priuatis cauſis & affectionibus ducti,magiſque odio Religionis quam noſtri impulſi, non deſinunt Maieſtatem tuam aduerſus nos concitare. Hac ſpe erecti & confirmati aliquantulum reſpirauimus.

Attamen cum nos non fugiat, quæ ſit aduerſariorum noſtrorum natura; quę conſuetudo; cumq;, hac poſtrema præſertim impreſsione, perſpicuè intellexerimus, eos perpetuum & irreconciliabile bellum nobis indixiſſe; nec finem facturos ſtruendarum inſidiarum, quamdiu quoquomodo licuerit; ſtatuimus eos, illis ipſis armis, vel certè præcipuis, quibus nos oppugnant,exuere; aut ſi minus illis adimere poſſumus voluntatem nos noſtraſque res traducẽdi,certe audaciam adimamus; quod Maieſtati tuę neque ingratum,neq; iniucundum fore ſperamus. Nec aliud ſunt iſta arma,quã *Calumniæ*; liceat vti hoc verbo, *Rex potentiſſime*, cum nullũ occurrat, quod aptius & conuenientius ſignificet arma & præſidia eorum, qui veritate deſtituun-

tuuntur; quibus noſtri aduerſarij perpetuò nos oppugnarunt non modò in Gallia, ſed & in omnibus illis, etiam remotiſsimis, Europæ locis, ad quæ lingua Gallica & Latina pertingere poteſt: Et hoc illud ipſum eſt, quod nunc ad Maieſtatis tuæ thronum deferimus, quodq́ vt patienter audire digneris ardentiſsimis precibus deuotiſsimi Maieſtatis tuę clientes contendunt. Quod ſi materia hæc fortaſsis auribus parum grata accidat, attamen declaratio eius nobis neceſſaria, eiuſque cognitio Maieſtati tuæ eſt honorifica. Nihil pretioſius, nihil prius & charius, poſt conſcientiam nullius ſceleris ſibi conſciam, poſsidemus, quam boni nominis exiſtimationē, quam ſanguine itidem tueri, & conſeruare ad DEI gloriam proximorumq́ ſalutem, iubemur. Sapientis dictum eſt; *Illum crudelem in ſeipſum eſſe, qui famam ſuam negligat.* Nec fieri poteſt, vt Maieſtas tua ſine huius rei dilucidiore explicatione, animos eorum, qui famam noſtram clam & quaſi in tenebris lacerant, veritatis luce illuſtret; aut ipſis partibus, id quod cuiuſque proprium eſt, ex Iuſtitiæ præſcripto tribuat; quod tamē Principi maximum ornamentum adfert, eumque honorem parit, quo nullus ad ſceptri regniqueſtabilitatem ſolidior reperitur.

CAPVT

CAPVT. III.

Quot Calumniis generatim aduerſarij Societatem traduxerint & adhuc traducant, quo modo, & quo fine.

ADVERSARIORVM opera & induſtria, *Chriſtianiſſime Rex*, ſemper eò tetendit, vt nos funditus euerterēt: exiſtimant enim nobis proſtratis & euerſis faciliorem fore Eccleſiæ expugnationem & ruinam, quam ab octoginta propemodum annis varijs machinis appetere non ceſſant: Medium, quo finem hunc conſequi nituntur, calumniam delegerunt. Bonis enim & honeſtis titulis nihil detrimenti nobis procreare poterant; nec malis palam nos aggredi audebant: confugerunt ergo ad falſas accuſationes, ſpecioſo velo tectas, vt abſque pudore impetus in nos faciendi occaſionem haberēt. Meminit Maieſtas tua, iſtos, Anno Domini 1594. ineunte Maio, vno Menſe poſt lætiſsimum illum tuum in vrbem Pariſienſem ingreſſum, cum putarent, ſeſe ſub alis & tutela tua, pręclaram latētis odij expromedi opportunitatem nactos eſſe; renouaſſe, & ex ſitu pulueribuſque excitaſſe cōtrouerſiam quandam à triginta iam annis ſub iudice pendentem, ad eamque tres nouas validaſque accuſationes adieciſſe, quaſi telum tricipli cuſpide metuendum; videlicet *nos eſſe Hiſpanos, hoſtes Reipublicæ:* deinde, peculiares ob cauſas *inimicos Maieſtatis tuæ*, Demùm *Iuuentutis corruptores & ſeductores.* Prima accuſatio

eò ten-

eò tendebat vt paſsim redderemur inuiſi, maximè viris primariis. Secunda eò, vt in tuæ Maieſtatis offenſam & indignationem incurreremus. Tertia eò, vt in tota Gallia exoſi efficeremur & inutiles. Has tres accuſationes cõiunxerunt, vt prætextu iuſtiſsimarum rationum bellum aduerſus nos mouerent, noſque non ſine laude exterminarent. Has accuſationes ſemper in prõptu habuerunt, annexis multis aliis, quaſi minorum gentium, accuſatiunculis, in quibus minus ſpei collocabãt; eaſque quoquo verſus circumtulerunt & ſparſerunt per tot aduocatos, quot ſexcentis forenſibus controuerſiis diſcutiendis & ventilandis ſufficerent; tot modis, quot inſignis vafricies excogitare valuit; tot locis, quot ſumma diligentia percurrere potuit. Permulti fuêre Aduocati, variis temporibus, omnes armati & onuſti ſaccoperis & inſtrumentis, ita comparatis, vt non modò formidinem ipſi Iudici & Reo inermi incutere, ſed & innocentem, à iure & æquitate bene inſtructum, in timorem cõiicere poſſent.

Modus fuit inauditus. Locus, quæuis Europæ pars & regio. Aduocati, poſtquam litem intentarant, & ore ſuo contra Societatis noſtræ honorem & exiſtimationem, quidquid collibitum erat, euomuerant, Actionem ſuam typis excuſam in lucem ediderunt, vt calumnias in nos iactas non ſolùm Pariſienſis Senatus audiret, ſed tota Lutetia, tota Gallia, tota Europa, omneſque mortales, qui nunc ſunt, aut aliis in annis erunt. Curia Pariſienſis volebat iuſtiſsimis de cauſis, vt

 de hac

de hac cauſa ne ſemel quidem, promiſcuè, publicâ audientiâ, omnibus admiſsis, diſceptaretur; non obſcurè partis aduerſæ animoſam audaciam proſpiciens, & haud temerè metuens, ne incendium ab illis excitatum in ipſam auream Cameram graſſaretur; metuens inſuper ne ſi ſemel linguis tam petulantibus fræna laxaret; offenderet non modò grauiſsimum illum conſeſſum, qui ad liliorum gubernacula tunc ſedebat; in quo minus erat periculi; ſed innumerabilem quoq; confluentis vrbis multitudinem, non ſine publico ſcandalo pernicioſi exempli occaſione exorto. At licet non omnibus, publico conuentu dicendi & agendi copia & facultas data eſſet, ipſi tamen facilè modum excogitarunt tráſiliendi non tantum fores illius conclauis, ſed & totius Regni terminos; delati ad exteras nationes & prouincias, quas alatis quaſi vocibus, impreſsiſque libris peruagati, actionem contra nos inſtituerunt, inſpectante & audiente tota Europa. An iuris & æquitatis tuendæ gratia? Nihil minus, ſed vt famam noſtram aperto Marte impeterent. Nec hic gradum fixerunt; vlterius progreſsi ſunt. Supplicationes & preces certis horis definitas *periculoſæ deuotionis nomine* indigitarunt, quo nos notarũt, quaſi Auctores & ſuaſores fuerimus funeſti illius facti, in perſonam Maieſtatis tuæ tentati. An non hoc eſt famam & exiſtimationem noſtram *deuotè* euertere? Marmoribus nos inciderunt; ſaxis & lapidibus aduerſus nos, tanquam huius criminis reos,

loquen-

loquendi & teſtandi quaſi vocem, inciſis notis & litteris, dederunt. An non hoc eſt ipſas res inanimatas animare, vt nomen noſtrum traducant? Quin & picturis nos depinxerunt, quas paſsim venales expoſuerunt, blanda crudelitate in famam noſtram inuecti. An non hoc eſt alienam exiſtimationem vendere, & cum noſtri honoris iactura & ruina mercatū inſtituere? Libros aduerſus Maieſtatem tuam nomine noſtro cōpoſuerūt & ſuppoſuerunt. Quod quid aliud eſt, quàm DEVM, Regem, Leges, Iuſtitiam, propriamq; conſcientiam ludibrio habere. Nec diſtat hęc ratio infamandi ab impietate blaſphemandi. Perlatus eſt rumor ad aures Maieſtatis tuæ de vno quodam ex horum librorum numero; ſtatimq; agnouiſti ex noſtra Officina non prodiiſſe; regiaq; libertate nos hac calumnia abſoluiſti. Si hæc publicè & in conſpectu totius Chriſtiani orbis, qui noſtram innocentiam exploratam habet, actitant; quid non priuatim & in aurem dixiſſe & inſuſurraſſe cenſendi ſunt, ſi eos Maieſtas tua audire voluit. Quæ commenta & quas machinas nō excogitauerint, vt te in illis perſuaſionibus cōfirmarent, quibus iam dudum mentem tuam præoccupare ſtuduerant? Quod ſi perpetuò peſsima quæq; aduerſus nos effutiuerūt; quid mirum ſi proximè elapſis diebus Maieſtati tuæ ſuggeſſerūt; nos eſſe hoſtes tuos; nos contra Auctoritatem tuā è ſuperiore loco concionari, cōtraq; voluntatem tuam in ſcholis docere; nos in cōfeſsionibus audiēdis pœnitētes ab amore, obedientia & obſeruantia tibi debita

auocare. Quid mirum, ſi his delationibus, technis & fraudibus clementiam tuam in nos irritarunt, vt hanc poſtremam contra nos tempeſtatem tunc excitaret, cũ ſperaremus nos altiſsima pace & beneuolentiæ tuę ſecunda aura fruituros. Cùm igitur aduerſarij noſtri tam acres & indefeſsi ſint in accuſatione noſtra, Maieſtatem tuam etiam atq; etiam obſecramus, vt defenſioni noſtrę benignas aures dare dignetur. Quod ſi hoſtium noſtrorum obiectiones & accuſationes amoliri & refellere nequeamus, libẽter fatebimur, eos iure ac ordine dixiſſe & feciſſe, quæcunq; contra nos dixerunt aut fecerunt, tuamq; Maieſtatem meritiſsimò eas pœnas nobis decreturam, quæ tantorum criminum grauitatem adæquent. Si autem perſpicuè tibi, *Rex*, demonſtremus, non ea, quæ nobis imponunt, ſed contraria vera eſſe; rogamus, vt eis regiæ benignitatis fontes ignoſcendo recludas, noſtræq; innocentiæ, condemnationis ſententiâ, non occludas.

CAPVT. IV.

Refutatio primæ calumniæ, quæ eſt Ieſuitas eſſe Hiſpanos.

AC principio quidem, quod nos infamarunt, quaſi *eſſemus Hiſpani*, accuſatio fuit foro & ſcenæ idonea, eo videlicet tempore, quo bellum inter Gallos & Hiſpanos ardebat; tunc enim nomen *Hiſpani* nomen erat exoſum, plenum ſuſpicionis & odij. At poſtquam

quam, *Chriſtianiſſime Rex*, cum *Catholico* Hiſpaniarum Rege dextram iunxiſti; paciſque fœdus pepigiſti; ita vt Gallus Hiſpanum, & Hiſpanus Gallum fratris loco ducat, & colat; tota hæc accuſatio corruit, & tenues in auras euanuit, omni prorſus ratione deſtituta. Quapropter aduerſarij noſtri in omnes ſeſe partes verſare docti, tẽpori ſeruientes, ſtylum verterunt; iamque non modò non nominant nos Hiſpanos, ſed & Hiſpanorum & Regis Hiſpaniarum hoſtes palam proclamant; illud inſuper addunt; *Regem illum ex Regnis ſuis Societatem profligare velle.* Adeo inconſtans & mutabile eſt mendacium. Si bellum inter Gallos & Perſas exiſteret, Perſas fortaſſe nos nominarent, noſque habitu & amictu Turcico & Perſico exornarent. Nimirum ita conſueuerunt filij huius ſeculi in omnes partes ſeſe transformare, & ſomnia ſua modò, hoc modò illo colore aduerſus veritaté adumbrare, ea videlicet ratione, qua chamæleon pellem ſuam tranſmutat.

Poterant hæc, quę diximus, ab hac de Hiſpania criminatione, toties nobis obtruſa, ſatis ſuperq; nos purgare, accedente præſertim ipſa aduerſariorum in huius calumniæ aſſertione incõſtantia, quæ euidenter oſtendit, calumniam, quę nos Hiſpanos facit, nihil aliud eſſe quàm arcem commentitiæ Hiſpaniæ, in ſummis Pyrenæi iugis ab iſtis ex malo ſano cerebro fabricatæ. Veruntamen vt Maieſtati tuæ animi noſtri ſenſum clarius ob oculos ponamus, ſanctè teſta-

mur, nos nunquam alios, niſi germanos & genuinos Gallos fuiſſe, non minus animo quàm ortu; non minus, quàm quiuis alij alterius Ordinis aut Congregationis Galli fuerint ſiue in genere, ſiue in ſpecie. Quod ſi qui ex ordine noſtro Hiſpaniam amant, alia nulla cauſa ſubeſt, quàm quia genere Hiſpani ſunt, quod noſtri Ordini nō eſt proprium, ſed cum omnibus commune. Et quemadmodum iſtos ipſa lex naturæ impellit & obſtringit, ad amorem Hiſpaniæ, natalis ſoli; ita eadem lex ad amorem Galliæ, Patriæ noſtræ, nos incitat & obligat. Quod ſi qui inter nos ſunt, qui Hiſpaniæ Regem omni officiorum genere colūt & venerantur, vt Principem Catholicum, Dominumq; & Regem ſibi à Deo miſſum; id illis vitio verti nequit; quia nos pari modo toto pectore te complectimur, qui & Princeps Chriſtianiſsimus es, & Rex noſter; idque iure diuino & humano iuſsi, quod hoc officium à quouis exigit. Quotquot in hac Societate degimus, Principes quidem omnes tanto faſtigio debita reuerentia honoramus; ſuum tamen quilibet peculiari amoris affectu proſequitur ſeu Polonus, ſeu Germanus, ſeu Tranſyluanus, ſeu Lotharingus, ſeu Italus, ſeu Hiſpanus: Qua ratione nos etiam, quibus Gallia Patria eſt, in te ſingulari cultu & obſeruantia ferimur; qui diuino nutu Rex noſter es: huncq; animum & verbis & factis ſemper præ nobis tulimus & publicè declarauimus; nec abnuimus, quò minus euidentiora huius noſtri ſenſus argumenta edamus, ſi ita Maieſtati tuæ libeat.

CAPVT.

CAPVT. V.

Religioſos Societatis non eſſe hoſtes Regni & Reipublicæ.

SED iam ad reliqua crimina nobis obiici conſueta accedamus. Aiunt, nos *eſſe hoſtes Regni & Reipublicæ, ſpeciatim Maieſtatis tuæ, & Iuuentutis ſeductores.* His criminationibus opponimus breuiter & generatim, primò teſtimonium ſupremæ curiæ Pariſienſis, quæ accuſationes iſtas tanti momenti & ponderis, cum plenis buccis & ingenti clamore ab Aduocatis depromerentur, & decantarentur, audiit; ſumma ope & induſtria incredibili ſollicitata, vt in nos ſententiam condemnationis pronunciaret; nouem menſes perpendendæ huic actioni & controuerſiæ habuit, tãtum videlicet temporis, quãtum ab exitu Aprilis vſque ad natalia Saluatoris eiuſdem anni feſta intercedit; nec tamen nós condemnauit; imo quietos eſſe ſiuit; nec quidquam de iure noſtro imminuit; nec pacem, in qua ſecurè degebamus, turbauit; quin potius tempus opportunum expectauit, quo Calumniatores noſtros promeritis ſuppliciis mulctaret, idque in capita illorum regereret, quod nobis per ſummum ſcelus intentarãt. Hæc Curia, hicque conſeſſus grauiſsimorum & præſtantiſsimorum virorum iuri dicundo & iuſtitiæ adminiſtrandæ præpoſitus, quo nullus in tota Gallia auguſtior, an non è veſtigio communibus ſuffragiis omni pœna nos dignos pronunciaſſet; ſi

eo caſu, quo incidunt res arduæ, & in quibus ſumma rerum cernitur, non tam ad deliberationem, quàm ad opus ipſum, abſque omni mora ſuſcipiendum accurritur; ita etiam magna commotione aut ſeditione exorta, manu potius gliſcenti malo obuiam eundum eſt, quam cõſilio. Quo fit, vt ſingularem D E I erga nos curã & prouidentiam agnoſcamus & prædicemus; cuius eximia benignitate accidit, ne nos, qui tẽpeſtate illa excitata Pariſiis eramus, primo ſtatim impetu à fluctibus illis hauſti interiremus.

Neque hæc commemoramus, *Rex potẽtiſſime*, accuſandi tui Parlamenti gratia. Hoc dicimus, illud vnum nobis in optatis eſſe, vt liceat ad illam ipſam Curiam, non intempeſtiuè appellare, imitariq; Macedonem illum, qui ſententia Philippi Regis condemnatus, elata voce *appellauit*; cumq; Rex, velut aculeo fixus, rogaret; ad quem nam appellaret; reſpondit; *ad te ipſum*, *ô Rex, ſed ad melius, ſinceriuſque informatum*. Non moramur, quò minus Curia iuſtè egiſſe videatur nobis condemnandis, dummodo innocentia noſtra inuiolata perſtet. At ſatius eſt mala hæc obliuione delere; & meminiſſe beneuolentiæ & meritorum, quæ à triginta ſex añis in nos contulit, maximè cum ſemel atq; iterum ius noſtrum nobis ſartum tectumque pręſtitit, noſque ab hoſtium noſtrorum impoſturis & inſidiis vindicauit. Primùm quidem Anno 1564. cum decem Aduocati contra nos declamarent, totidemque partes aduerſæ infenſiſsimis animis nos perſe-

querentur. Deinde anno Domini 1594. cum duo cauſsidici totis viribus in id vnum incumberent, vt nos funditus euerterent;& ſuccesſisſet conatus, ſi iudices naƈti fuiſſent ad credendum tam promptos & præpetes, quàm celeres, audaces,& temerarij ipſi erant ad quiduis comminiſcendum & effutiendum, licet id probabili aliquo argumento confirmare non poſſent. Si præter hoc generale teſtimonium innocentiæ noſtræ aliud non ſuppeteret,ſatis validum & firmum id eſſet repellendis omnibus aduerſariorum noſtrorum telis.

CAPVT VI.

Religioſos Societatis non eſſe hoſtes Reipublicæ oſtenditur totius Chriſtiani orbis conſenſu.

NIHILOMINVS quædam adducemus, quibus ſigillatim vnumquodq; crimen ex iis,quorum inſimulari ſolemus,refellatur. Ac primum quidem id, quod de Republica obiiciunt, refutare poſſumus totius orbis conſenſu;quo teſtimonio nihil maius aut grauius. Placuit diuinæ bonitati,vt tot locis viueremus,& domicilia figeremus, quot ſol oriens occidenſque luſtrat & illuſtrat: Ex quibus nonnulla Chriſtianos incolas habent; alia Chriſtianos, ſed adiunƈtis idololatris & Barbaris tam à Religione, quàm ab humanitate Chriſtiana alienis; cum quibuſdam verſamur, vt in Chriſtiana diſciplina corroborentur; cum aliis agimus, vt ad Chriſtia-

Chriſtiana ſacra trãsferantur,& legis Euangelicę manſuetudine informentur. Viuimus nõ modò ſub Chriſtianis Principibus,ſed & ſub Ethnicis cœleſtium legum timoriſque diuini ignaris. Collegia in Iapponia exſtruximus, in ea videlicet mundi parte, quæ à noſtra longè eſt remotiſſima. Alia excitauimus occidentem verſus in Braſilia, quæ eſt Americæ principium. Limæ itẽ & Cuſchani, quę ſunt Peruanæ prouinciæ termini, vltimæque occidentis metæ. Præterea Mexici, quæ vrbs quaſi in centro vaſtiſsimi illius tractus,viſitur ad Septentriones. Adhæc Goę tam in ipſa vrbe, quàm circumiacente prouincia;vbi duę tertię partes vię Vlyſsippone in Iaponiam finiuntur;quæ ſex millia Leucarum Gallicarum conficiunt. Alia collegia habemus in aliis, iiſque longè lateꝗ diſtantibus,Indiæ ad Solis ortum & occaſum Prouinciis, vt ſilentio prætereamus illa, quæ in Europa condidimus, longè plura, quàm aduerſariis placeat,& longè pauciora,quàm illi optent, quos Catholicæ fidei propagandæ ardentius ſtudium tenet.

Obierunt itidem Societatis noſtræ homines, & adhuc partim obeunt Montem Libani,Ægyptum,Africam,Chinam,eo conſilio,vt Chriſtianos vel in benè cœptis confirment, vel à ſacris noſtris auerſos, Chriſtianis myſteriis initient. Anne vnquam ex omnibus his locis vel tenuis rumuſculus venit, nos ſupradictis criminibus affines eſſe?An non omnes illi, tot tantique populi, & ſilentio ſuo & verbis,& reipſa teſtificantur,

tur,nobis in illis tã longe lateq; diſsitis & diſiunctis oris,nihil aliud propoſitum eſſe,quàm Chriſtianæ fidei propagationem, & incrementum, Regumq; & ſubditorum ſalutem & emolumentum?Et quamuis capitalis ille omnis honeſtatis hoſtis non rarò atrocibus calumniis nos onerarit, operâ & auxilio miniſtrorum ſuorum (qui ad hoc impulſi ſunt amore Idolorum & Idololatriæ, quam pro vera religione reputant) nunquam tamen efficere valuit, quo minus paſsim ab omnibus haberemur fideles & obſequentes Regibus,Ducibus,Principibus, & Magiſtratibus Chriſtianis & Ethnicis,in iis rebus, quæ ad eorũ perſonam,ſtatum & Rempublicam propriè pertinent;& quò minus toto terrarum orbe amori eſſemus Catholicis Principibus,& in pleriſq; itidem locis ipſis Ethnicis venerationi. Proferant Aduerſarij noſtri ex omnibus illis regionibus, vel vnicum teſtimonium ſcripto comprehenſum,quo probetur, nos Regum & Rerumpublicarum hoſtes eſſe, & manus dabimus, victoſque nos fatebimur. Proferant vel vnicum verbulum à terrarum illarum incolis hac de re vel dictum vel ſcriptum.

Quod ſi Indi longius abeſſe videntur, petant (& quare non petiuerunt?) teſtimonia ex Italia, Polonia, Moſcouia, Transſyluania, Bohemia, Auſtria,Bauaria,ex tota Catholica Germania,& ex locis propioribus, ex Lotharingia,ex Pedemontana ditione,ex aliis, vt nos arctius cõſtringant. Petant inde teſtimonia vera & ſolida probandis his criminibus. At non poſſunt, niſi ad figmen-

figmenta recurrant, vt nuper fecerunt in negocio Belgico. An dicent, remotos illos populos & Principes, & hos etiam vicinos, crimina hæc non potuiſſe cognoſcere? Non abnuimus. Quomodo enim cognouiſſent, quæ nulla erant? An dicent, cognouiſſe quidem, at nihili feciſſe? At quis hoc ſibi perſuadebit? Eſt ne quidquam cuius ſenſum citius percipiamus quàm Reſpublica? Eſtne quidquam, quod vehementiore ardore Magiſtratus tueatur, integrumq; ſeruare ſtudeat, quàm dignitatis & ordinis prærogatiua? Quis retinentior quàm Princeps ſuæ poteſtatis, Rex ſuæ coronę & ſceptri? An quidquam reperiemus, quod magis ſollicitè cuſtodiant, quod tenerius ament, pro quo cupidius propugnent? Quis credat æquo animo laturos fuiſſe Principes, ſi vel minimum quid ſenſiſſent nos aduerſus Reipublicę pacem & tranquillitatem moliri? Certè nulla mora interpoſita ex ditionib⁹ ſuis nos exterminaſſent, & edictis ad perpetuam infamiam notaſſent. Quòd ſi vbicunque terrarum & gentium verſamur, Reges & Principes amamus, eorumque ſalutem curæ & cordi habemus: quis credat, nos, qui Galli ſumus, in ſola Gallia capitales hoſtes eſſe Regum & Reipublicæ? Quis in animum inducet credere, ſolis ſubditis Gallis odio eſſe Principem Gallum? Quis potius aduerſariis noſtris, aut eorum verbis (quę profectò mera verba ſunt omnis probabilitatis expertia) fidem adhibendam cenſebit, quàm concordi totius orbis conſenſui, animiq; & ſpiritus Gallicani innato ſenſui?

Fortaſſe

Fortaſſe producent probationis gratia Luſitaniam & Angliam,quod iam crebro factitârũt. At Luſitani,imò & Angli,licet nobis ob diuerſitatem Religionis infenſiſsimi,ſcriptis vanitatem iſtam & hæc mendacia redarguerunt. Luſitaniȩ Reges Societatem ſummoperè ſemper amarunt & exornarunt,eiuſque opera primi in propagatione Chriſtianȩ fidei ſunt vſi. Et ſi vltimus Rex monitis noſtrorum obtemperaſſet,adhuc ſuperſtes Regni ſui habenas teneret. Quod ad Anglos attinet, quicunque veritatem in poſtremis non ducunt,illi innocentiæ noſtræ & fidei teſtes ſunt. Nec eò progredi audent,vt ſcribant,nos quidquam aut in Reginam, aut in Regni illius ſtatum machinatos eſſe. Quod ſi qui hac macula nos aſpergere conarētur,ij nimirum ſine vlla veriſimilitudinis ſpecie huiuſmodi mēdacia Ordini noſtro affingerent.

CAPVT VII.

Ratione probatur Religioſos Societatis non eſſe hoſtes Reipublicæ.

HIs teſtimoniis adiungere licet,*Rex,* hoc argumentum à ratione ductum. Ecquãnam vel exiguam probabilitatis vmbrã præbet his noſtra profeſsio, vt ſuſpicentur nos Regum & Reipublicæ inimicos eſſe? Itanè legis diuinȩ ignari ſumus, vt neſciamus Reges à Deo conſtitui; Reges per ipſum regnare; & per ipſum, ceu bonos Legiſlatores decet,bonas ac iuſtas

iuſtas leges condere? An fugit nos *ius quaſi patronatus* diuinæ & ſupremæ Maieſtatis proprium eſſe, nominare & coronare Reges? An nos latet Reges, regia ſua Maieſtate, imaginem DEI repræſentare, Deumque velle, vt hoc quaſi habitu indutis morem geramus, ſeruiamus, & omne cultus obſequiiq; gen⁹ deferamus, & quoquo modo poſſumus, ſalutis & proſperitatis auctores ſimus? Quod ſi hæc nobis perſpecta ſunt, ſi ea ex ſuperiore loco tradidimus, ſi ſcriptis libris profeſsi ſumus: ſi eadẽ adhuc in dies ſingulos verbis & ſcriptis clam, palamq; docemus, quî fieri poteſt, vt tam ab omni conſcientia deſtituti ſimus, vt id odio proſequamur, quod DEVM amare nouimus, & id pro nihilo ducamus, quod ipſe magni æſtimat, idque quod ipſe ſuſtentat, nos ſubuertamus? An tam modicum iudicij nobis ſuppetit, vt aliud dicamus, aliud agamus? An ne quia Religioſi ſumus, magis barbari ſumus, quã ipſi Barbari, quàm Canibales, Mameluci? Quibus nihil aliud cordi quàm odiſſe, ij nihilominus Principem ſuum amant.

Cæterùm ſi priuata commoda noſtra ſpectare velimus, nonne vberiora reportabimus, ſi Reges amemus & colamus, quàm ſi eorum Maieſtatem aſpernemur? Si amicos & fautores habeamus, quã ſi offenſos & iratos? Si pacificè & quietè ſub eorum imperio degamus, quàm ſi formidãdo potentiam perpetuò contremiſcamus? Si hoſtes Regis & Reipublicæ ſumus, cur omnibus, quibus potuimus, religioſis obſequiis, Maieſtatis tuæ

tis tuæ animũ nobis deuincire ſtuduimus, idq; ab eo tempore, quo tu *Rex*, Eccleſiæ filius primogenitus eſſe cœpiſti? Cur libris & litteris obſecrauimus, & etiamnum obſecramus, vt in gratiam nos recipias? Deſinant igitur aduerſarij hoc ſpiculum in nos coniicere; In eos potius coniiciant, quorum erga Reges & regna perfidia neminem latet. Nec id nobis imponant, cuius culpa nulla in nobis reſidet; ſibi ea retineant, quibus ſeſe obſtrictos norunt, & quorum etiam à nobis ſatis ſuperq; conuicti ſunt. Sed veteres queri-monias renouata *Amneſtia* lege malumus ſilere, quàm eloqui; quando tu quoq; eas ſempiterna obliuione obrui deſideras. Non ſumus igitur hoſtes Regum & Rerumpublicarum, ſed fidelisſimi clientes, ſerui & ſubditi; Speciatim autem & nominatim amamus & veneramur Regem Galliæ; nec aliud nobis eſt in votis, quàm vt ſub eius imperio, patriam noſtram, virtute & diuitiis, opibus videlicet cœleſtibus & terreſtribus, florentisſimam, tuamque Maieſtatem ſuis anteceſſoribus omni bonorum genere antecellentem, multorumque Regum parentem videamus.

CAPVT VIII.

Religioſos Societatis non eſſe ſpeciales hoſtes Chriſtianisſimi Regis Henrici IV.

ALTERVM crimen, quod in ſpecie Maieſtatis tuæ perſonam attingit, magis vrget, & accuratiore refutatione eget. Dicere

Dicere enim, nos eſſe Regum & Reipublicæ inimicos, nihil autem ſpeciatim adducere, theſis nimium generalis eſt, quam difficile eſt defendere. Vehementior impetus fit, cùm certum definitumq; crimen obiicitur. Quapropter Aduerſarij noſtri hypotheſeos quaſi anguſtiis nos concludere conati ſunt, aſſerentes nos in ſpecie Maieſtatis tuæ & regni hoſtes eſſe. Theſis velut cornu erat, quo claſsicum cecinerunt, pugnæq; inchoandæ ſignum ediderunt. At hypotheſin tubæ loco habent, qua parta iam victoria receptui canitur. Antequam demonſtremus noſtram innocentiam, etiam atque etiam rogamus, *Rex Chriſtianiſſime*, ne id, quod accidit eo tempore, quo ei opinioni adhærebas, quam ſponte poſtea deſeruiſti, pręiudicium aliquod defenſioni noſtræ apud animum tuum pariat. Memineris magnanimi illius, omniumque ore celebrati reſponſi, quod quidã ex anteceſſoribus tuis dedit: *Nõ eſt Regis Frãciæ, vlciſci iniurias Ducis Aurelianẽſis.* Magnitudo animi tui, *Rex*, minor non eſt, quàm illius Regis; nec laus tua minor efficietur, ſed potius grandi acceſsione augebitur, ſi dicas: *Non eſt Regis Franciæ, vindicare querelas aduerſus Regem Nauarræ; nec filij primogeniti Eccleſiæ, ſuccenſere, propter id quod actum eſt, aduerſus opinionem ſanctis Eccleſiæ Catholicæ dogmatibus aduerſantem.* Dignare, *Rex*, eadem nos, qua cęteros omnes, beneuolentiæ tuæ aura, & perpetuæ obliuioni manda totum illud, quod eo tempore accidit.

Interea tamen memineris, nihil nos vnquam aduerſus Maieſtatis tuæ perſonam in particulari molitos eſſe, quod aduerſarij crebrò probare tentarunt, ſed irrito conatu. Memineris inſuper ex omni cõcionatorum & aliorum numero, qui aliquid vel egerunt vel dixerunt, nos multò minus & dixiſſe & feciſſe, quàm tibi retulerint hoſtes noſtri, qui noſtra dicta & facta, nunquam ſine largo auctario & commentitiis gloſsis Maieſtati tuæ exponebant. Si enim iam omnibus illis bellis quaſi nubibus diſsipatis, & pace omnia ſplendore ſuo illuſtrante, mille impoſturis & mendaciis innocentiam oppugnant, quid non egiſſe cenſendi ſunt in mediis belli tumultibus, & nebulis, quando mendacium liberè regnat, imò & graſſatur, & quando veritati vix caput attollere licet. Vetus verbum eſt & verum; *Tempus belli, tempus mendacij*. Vicimus, *Chriſtianiſsime Rex*, ſi hæc à Maieſtate tua impetremus, concidatq; oportet altera iſta accuſatio, deſtituta omni fulcimento, minimo impulſu proſternetur.

Quo argumento probant nos eſſe ſpeciales Maieſtatis tuæ hoſtes? Ex qua cauſa odium iſtud manare putant? Ex qua ratione concluſionem iſtam colligunt? An quia Rex es? At Societas noſtra Reges honorat. Teſtis experientia & ratio. An quia primogenitus Eccleſiæ filius es? At hanc conditionem aut tantum aut magis etiam, quàm primam ſuſpicimus & admiramur. An quia Rex Galliæ es? At Gallia, noſtra Patria eſt, & tu Rex eius, noſter Pater es. Quem amabimus, ſi non ame-

amemus Patrem & Matrem? An quia Rex es bellicoſus & inuictus, Dux Regum & Rex Ducum? At virtus hæc perpetuò tàm amicorum, quàm inimicorum amorem conciliat. An quia in colloquiis & congreſsionibus familiaribus humanus es, & in ſententiis acutus, in verbis iucundus, in modo agendi liber, in promiſsis conſtās, in agendo promptus, ad laborem indefeſſus, ad pericula animoſus, in prælio formidabilis, in victoria moderatus, & vbique regius? Iſtæ dotes non generant odium, quia vt in omnibus ſunt amabiles, ita in Rege planè ſunt admirabiles.

Quid igitur amplius afferent? An dicent, nos ex mera malitia impulſos odiſſe virtutem, hominesque virtute præditos, & hac naturæ improbitate incitatos, inexſaturabile odium aduerſus Maieſtatem tuam gerere? Si omnium hominum, vel ſaltem proborum iudicio, ſcelerati, improbi, deprauati, ſeductores, humani generis oſores, vitiorum fautores, virtutis inimici eſſemus, non modicas vires hoc reſponſum haberet; quippe ex communi hominum exiſtimatione profectum; ex qua non infirmum argumentum duci ſolet. Verùm cùm nec auctoritate, nec ratione aliqua probabili demonſtrarint, nos adeò conſceleratos, & ab omni honeſtate auerſos eſſe; certè non niſi temerè affirmant, quotieſcunque affirmant, nos tanti Regis, tot tantiſq; vel naturæ vel fortunæ dotibus clariſsimi, inimicos eſſe; vt taceamus nimis impudens factum videri, ſi quis ſibi ſolum aſſeueranti fidem adhiberi velit, tanquam oraculo,

aut alteri Pythagoræ. At quiſnam eſt, qui aſſenſum facilè præbeat his, qui tàm atris coloribus nos depingunt, qui capitales inimicitias nobiſcum gerunt, qui perpetuò mendacia de nobis ſparſerunt, eo tamen caſu excepto, quãdo bene dictis nos proſecuti ſunt, quod nunquam fecerunt, niſi cùm putarent ſe maledicta in nos effundere.

Fortè argumentũ & probationem aſſeuerationis ſuæ deſument ab illis, quæ poſtremis hiſce belli tumultibus euenerunt. Obteſtati ſumus Maieſtatem tuam, *Rex*, ſupplicesque rogauimus, vt ſicut voluntaria obliuione condonaſti aliis, quidquid eo tempore geſtum eſt; ita & nobis idem condones; quod excelſæ mentis Regem cum primis decet, tanquam quid quod nominis & gloriæ immortalitatem maximè conciliet. Si quis noſtrum, eo rerum ſtatu, aut priuatim aut publicè ex loco ſuperiore, Zelo Catholicæ Religionis ductus, aliquid protulit, id non protulit contra *Chriſtianiſsimum Galliarum Regem*, nec aduerſus Regis Nauarræ perſonam, ſed aduerſus illam opinionem, quam Rex Franciæ abiecit, cuius abiuratio Regem Nauarræ cum Rege Franciæ amabilem reddidit, nomenque eius & laudes in Vrbe totius Chriſtiani orbis Principe, intra ſacros parietes & templa elata voce deprędicauit. Si ab eo tempore, ſi poſt edicta à te propoſita, ſi poſt victorias, quas non modò de aliis, ſed & de te ipſe retuliſti, quidquam aduerſus Maieſtatem tuam egimus, quod fideliſsimorum & obſequentiſsimorum ſubditorum officio nõ

ſit

ſit conſentaneum, ſi quid aut clàm aut palàm in Rempublicã moliti ſumus, læſę Maieſtatis mortiſq; reos libenter nos agnoſcemus. Oſtendant hoc aduerſarij noſtri legitimis probationibus, non calumniis ex proprio cerebro primùm extuſis, & poſteà petulanti lingua extruſis. Nam ſi hoc demonſtrarint, tunc iure optimo dicent, nos eſſe Maieſtatis tuæ & Regni ſpeciales hoſtes, dignos non tantùm exilio, omniumq; fortunarum amiſsione; ſed omnibus ſuppliciis, quæ ex iuſtitia decerni poſsint, damnandos & mulctandos, tanquam perduelles communiſque patriæ peſtes.

CAPVT IX.

Religioſos Societatis non fuiſſe Schatelio Auctores, vt parricidium in Regem ſuſciperet.

QVOD autem Maieſtatem tuam oramus, vt obliuiſci digneris eorum, quæ vltima belli tempeſtate acciderunt, meminiſſe autem eorum, quæ euenerunt, poſtquam in Eccleſiam cooptatus es, id non eo cõſilio facimus: vt declinemus id, quod nobis affictum, & per calumniam impoſitum fuit, quaſi ſuaſores & auctores fuerimus facinoris, aduerſus perſonã tuam ſuſcepti. Ab hòc enim ſcelere tantùm abſumus, quantum abeſt ortus ab occaſu. Quicunque in hac Societate degimus, factum illud abominamur & execramur, libereq; profitemur, freti ipſius veritatis præſidio, nos nullam pœnam deprecari, quandocunque criminis huius aut generatim aut ſpeciatim rei cõ periemur

& conuincemur, certi nos à nemine tanti Parricidij conuinci poſſe. Anno Domini 1594. in Iulio, quo duo aduocati, totidemque Scribę ſeu Notarij ingenti contentione diem nobis dixerunt, dicamq; ſcripſerunt; obiecerunt nobis Barrierium, & id genus alias criminationes in nos intorſerunt, vt huius criminis aliqua nota nos notarent: ſed quidquid attulerunt, verba inania fuêre, & inanis linguæ ſtrepitus, non argumenta alicuius ponderis; ſpicula oris, non veritatis. Senatus ergò Regius ea contempſit, vt diximus, & ſuo ſilentio nos abſoluit, quod notũ toti Lutetiæ; quin & Maieſtas tua id meminiſſe poteſt, permittebas enim vt, veteri more, functiones noſtras Religioſas & Scholaſticas Pariſiis & alibi obiremus, ſicut à triginta annis iam cõſueueramus. Quare futurum videbatur, vt actio illa iam denuò ſuſcitata, perpetuis tenebris ſepeliretur, & calumniæ euaneſcentes in ima tartara præcipitarentur, abſque ſpe reditus ad luminis oras (niſi fortè poſt aliquot ſecula) ſi Diabolus pacis & quietis tàm publicæ quàm noſtræ hoſtis & oſor, inferorum portas non reſeraſſet, claſsicumq; aduerſus nos ceciniſſet, illo infelici caſu, qui tàm nobis inopinatus fuit, quàm vniuerſis Regni tui incolis inexpectatus accidit: Et hac vnica huius facinoris machina veluti tonitru quodam & fulmineo fragore, intra paucos dies, conſecutus eſt id, quod antea multis annis aduerſus nos obtinere nequiuerat.

Quia verò Aduerſarij noſtri ex hoc facto materiam potiſsimum accipiunt, vt nos Maieſtati

tuę

tuæ exoſos, totique Chriſtiano orbi execrabiles reddant, humiliter tibi ſupplicamus, *Rex Chriſtianiſſime*, vt benigna aure & mente audias id, quod nos mœſtiſsimis animis adferemus depellendis aduerſariorum noſtrorum obiectionibus, noſtræque innocentiæ patefaciendæ; quæ tunc nihil patrocinij & ſubſidij reperire potuit. Magni refert, *Rex*, non modò noſtra; ſed & tua, qui tantus Rex es, factum aliquod penitius introſpicere, accuratiusq; omnibus ſuis circumſtantiis quaſi veſtitum, propriiſq; coloribus expreſſum contemplari. Totius etiam mundi intereſt, vt obſeruet & debitis laudibus celebret diuinam prouidentiam, ſedulò aduigilantem, vt conatus ad Regum exitium ſpectantes, & calumnias ad innocentiæ expugnationem tendentes cohibeat & auertat. Aduerſarij noſtri abſque vllo cõſcientiæ ſcrupulo, abſque pudore & fronte, imò non ſine ingenti triumpho publicè pronunciarunt, & adhuc pronunciant, nos facinoris illius ſuaſores & impulſores fuiſſe, quin & Clementi illi pares nos faciunt; adduntq;, ob hoc facinus in exilium pulſos eſſe. Cæterum liberè & diſertè profitemur, nos ſi vera iſti afferũt, non modò exilio, ſed & ſupplicio huiuſmodi criminibus cõſentaneo dignisſimos eſſe. At ſi eos manifeſti mendacij redarguamus, fateantur oportet, ſe tàm veritatis, quàm noſtri Ordinis iuratos hoſtes eſſe. Omnia argumenta, quæ hoc loco adducunt non niſi ex duobus capitibus deriuari poſſunt. Alterum eſt, præſumptio de noſtris Scholis, in quibus Reus aliquamdiu

litteris operam dedit. Alterum eſt ipſius Rei, aut aliorum contra nos teſtimonium.

Ex primo capite minimè licet firmum argumentū deducere: Non enim eſt proba cōcluſio: *Schatelius litteris operam dedit in Ieſuitarum ſcholis, ergò in illis maleſacere didicit*; potiùs concludendum eſt. Ergò in illis malefacta nō didicit, ſed timorem Dei; nam ſcholæ noſtræ legem Dei docent, religionē, virtutem, pietatem, quod omnibus probis compertiſsimum eſt, & in confeſſo. At talis inſtitutio neminem ſui cultorem efficere poteſt improbum, ſicut nec ignis ita comparatus eſt, vt producat frigus. Docet etiam experientia, ex diſciplina noſtra exſtitiſſe homines, & in tuam Maieſtatem, & in Rempublicam fideliſsimos. Quòd ſi ex tot millibus prodeat aliquis ſceleratus, num eius rei culpa in nobis hærebit? Num ſcelera eius in nos expetent? Quænam lex iure tantū oneris nobis imponet? Certè ſi Magiſtris & Doctoribus, qui ſanctè & integrè bonas litteras, virtutiſque ſtudium tradunt, diſcipulorum malefacta imputentur (etiam tū, poſtquam ex illorum diſciplina exceſſerint, & aliò ſe tranſtulerint, ſicut ille ſeptimum iam mēſem extra Gymnaſium noſtrum verſabatur) intoleranda erit eorum cōditio & profeſsio, quippe qui omnium ſuorum auditorum errata & commiſſa piacula luere debeant. Eadem ratione Redemptor noſter accuſandus erit, quòd ex ſchola eius Iudas proditor prodierit. Vitio vertemus Eccleſiæ, quòd ex eius gremio multi exoriantur Apoſtatæ, proditores, ſcelerati. At quis vnquam

vnquam ſanę mentis ita ratiocinatus eſt aut ratiocinantes vidit?

Porrò cùm aduerſarij noſtri animaduerterent, argumentum hoc ex ſola præſumptione nudáq; ſuſpicione ſumptum, viribus carere, eius muniendi & firmandi gratia adiecerunt, nos in ſcholis noſtris docere, ius faſque eſſe Reges trucidare, hacq; doctrina animum illius iuuenis à nobis imbutum eſſe. Probatio hæc longè imbecillior eſt (licet ad calumniam aptior) quàm ipſum argumentum, cuius firmandi cauſa adſciſcitur. Nam ſi quis dicat: Litteris operam dabat apud Ieſuitas; ergò perſuaſus ab illis facinus hoc ſuſcepit; is ſaltem vmbram alicuius probabilitatis, vel imperitorum iudicio, affert. At ſi dicat, ideò perſuaſerunt illi hoc parricidium, quia in ſcholis & publicis ſuis prælectionibus docent, licere Reges vi & ferro aggredi, is nos immaniſsimæ cuiuſdam hæreſeos inſimulat, calumniiſq; ſine vlla veri ſpecie proſcindit, cum huiuſmodi doctrina toto cœlo repugnet Catholicæ fidei, quàm profitemur; Inſtitutioni, qua palàm tot millia erudimus; vitæ Religioſæ, quam complexi ſumus; rationi & experientiæ, omnibuſq; illis teſtimoniis, quæ ſuprà innocentiæ noſtræ adſtruendæ gratia produximus. Ne iota quidem aut vnum apicem proferre poterunt iſti ex omnibus libris, ab ordine noſtro editis, qui vel tenuiſsimam ſuſpicandi occaſionem præbeat nos in hac hæreſi verſari. Neque etiam ex tanto diſcipulorum numero, qui nobis docentibus operam dederũt, & ex ingenti mul-

titudine,qui noſtros libros euoluerunt, vel vnũ reperient,qui affirmet, hanc eſſe noſtram doctrinam. Nos autem è contrario non vnum,nõ duos,ſed aliquot millia,nullo negotio, aduocabimus,qui vno ore teſtabuntur, libros noſtros, prælectiones noſtras, conciones & actiones cõſentaneas eſſe legi diuinæ, quæ præcipit,vt honor, cultus, obedientia, & obſeruantia debita Regibus, Principibus, & Magiſtratibus præſtetur. Si in noſtris ſcholis eiuſmodi doctrina omni legum æquitati repugnans traderetur, an non probabile eſſet, virum aliquem Reipublicæ & honeſtatis amantem, prius ad Reges & Principes eam delaturum fuiſſe, quàm Aduocati iſti eam obſeruarent,& ſcriptis proderent; præſerſertim cùm Doctor publicus doctrinæ ſuæ tot teſtes habeat,quot auditores. Si palàm doctrinã hanc propoſuiſſemus,& explicaſſemus, vt iſti contendunt, fieriné potuiſſet, vt ex centum aut ducentis millibus,quos à triginta annis diſcipulos numerauimus, vnus ſolus exiſteret, qui hanc noſtram doctrinam audiret,perciperet,eique conuenienter truculentum facinus animo deſtinaret? Fieriné potuiſſet, vt ex ſcholis Germaniç,Poloniç,Italiç,aliorumq; regionum nullus exoriretur, qui in hanc arenam deſcenderet, & ſimile parricidium conciperet? An ne ſolus & vnicus Gallus huius tàm pernicioſæ diſciplinæ capax fuiſſet?

Quòd ſi ſemper verbo & exemplo docuimus, Reges & Magiſtratus debito honore afficiendos, ipſiſque amorem & obſequium deferen-

deferendum eſſe, (nunquam enim aduerſarij contrarium oſtendent) cuiuis ſanè perſpicuum erit, quæ nam vires in hoc argumento inſint. Facinoroſus iſte litteris vacauit apud Ieſuitas, qui docent Reges colendos & obſeruandos eſſe; ergò apud illos Reges ad cædem deſignare didicit. Præterea ſi hanc doctrinam in ſcholis noſtris hauſiſſet, maximè eam hauſiſſet à ſuo Præceptore, ſub quo curſum ſtudiorum confecerat; quo diutius Magiſtro vſus, & cum quo familiarius & fidentius verſatus fuerat. At Preceptor eius, eo ipſo tempore Pariſiis degebat; in quem proinde Curia oculos ſuos coniecit, tanquam in magis ſuſpectum, & quaſi in auctorem nefarij propoſiti, per quem cæteri omnes in ſuſpicionem adducebantur. Ad quæſtionem abreptus eſt, homo infirma corporis conſtitutione, & perbreuis vitæ: Nihil noxæ in eo repertum, liber dimiſſus eſt, abſolutus ab omni crimine & ſuſpicione, & nos pariter in illo & cum illo. Si enim is qui potiſsimum ſuſpicione laborabat ipſa dimiſsione teſtimonium innocentiæ ſuæ tulit; rectè inde conficitur, reliquos etiam minus de crimine ſuſpectos, eodem iudicio eadem culpa liberatos eſſe. Ob has rationes totum hoc commentitium argumentum euaneſcit & in fumum abit. Et niſi aduerſarij noſtri ante paucos menſes rumorem de nobis ſparſiſſent, quaſi hęc doctrina noſtra eſſet: ſimulque impudenter & mendaciter diſſeminaſſent, nos inimicos Regum eſſe & auctores, Doctoreſque cædis ipſis intentandæ, ne minima quidem

huius

huius facti ſuſpicio ad nos manaſſet; imò portenti loco habitum fuiſſet, ex ſchola Catholica & religioſa; ex ſchola honeſtatis & virtutis, diſcipulum eiuſmodi moribus præditum,& ex tali familia talem familiarem exſtitiſſe. Tenebras igitur figmentorum & mendaciorum ante omnia diffuderunt,tùm ne veritas, lucis filia,cõſpici poſſet;tùm vt in illa caligine falſitas, tenebrarum proles,naſceretur; quæ denſa illa nube tecta & protecta,quaſi victrix in ſuo propugnaculo,triumpharet.

CAPVT X.

Religioſos Societatis à Schatelio vſque ad extremum Spiritum innocentes pronunciatos eſſe.

ALTERVM probationis caput aduerſus nos poterat eſſe ipſius Rei vel alicuius alterius teſtimonium. At nec Reus ipſe nec alius quiſpiam quidquam teſtimonij hac in parte contra nos dedit, quamuis ſuprema Curia nihil intermiſerit, quod excogitari poteſt vel ad maturam cautamq; deliberationem, vel ad accuratam & curioſam inquiſitionem;vel ad prudentem diiudicationem; vel ad promptam executionem, vt ſceleris Auctores & ſocios, ſi qui latitarent,deprehenderet; & hęc omnia egit illa Curia,quæ Maieſtati tuæ tàm eſt addicta,tàm ſolers in diſcuſsione circumſtantiarum, quæ cum negotio tanti ponderis, quanti hoc eſt,coniunctæ ſunt,tamq; docta, vt ex circumſtantiis obſerua-

ſeruatis concluſionem veritati conſentaneam colligat. Reus extra & intra vincula primò omnium, liberè, coactus à nemine, faſſus eſt, quis eſſet, vnde, ex qua familia, ſe facinus hoc ſpōte ſua, ſe ſolo conſcio, nullius ſuaſu aut impulſu aggreſſum eſſe: Deinde duplici quæſtioni ſubiectus eſt, candentibus forcipibus dilaniatus, manus altera amputata, ductus ad locum ſupplicij, vt membratim diſcerperetur. In his omnibus cruciatibus rogatus eſt, ſeuerisſimè examinatus, iureiurando obſtrictus, vt patefaceret, vtrum alicuius de Societate noſtra (tunc omni patrocinio & defenſione deſtituta) hortatu & conſilio facinus illud deſignaſſet; conſtanter negauit, & in negatione, immoto animo, perſtitit, quotieſcunque interrogabatur. Interim vrgebatur, adiurabatur, commonitionibus, minis, promiſsis: in mediis tamen tormentis, quæſtionibus, equuleis, cataſtis, in lucta illa extremi angoris & horroris, vno verbo, quamdiu ſpirauit, vox'q; faucibus intercluſa non hæſit, tamdiu innocentiæ noſtrę teſtimonium dedit; noſque ab hoc crimine liberos prorſus & immunes pronūciauit. Nec valuit mors omnibus ſuis ſpiculis & iaculis prius illi hanc confeſsionem eripere, quàm ſenſum & ſpiritum eriperet.

Fierinè potuit, vt quæſitores firmius in inueſtigatione ſociorum & conſciorum, aut Reus in noſtrę innocentiæ teſtificatione conſtantius perſeuerarent, quàm vſq; ad ſupremum vitæ articulum? An non omnem fidem, intelligentiam, vimque humanam exuperat, tot ſupplicia, tot quæ-

quæſtiones, tot incuſſos terrores, tot examinis & tàm varios modos nequiiſſe vnicum accuſationis verbulum elicere ex ore adoleſcentis, corpore infirmi, ætate iuuenis, iudicio imbecilli, licet nos inſontes noſſet; vel eo duntaxat fine, vt vel modicum ſolatij tantis cruciatibus reperiret: ſæpe enim accidit, vt in quæſtionibus & torturis, ſuo teſtimonio, vi tormentorum expreſſo, Rei ſontes cum inſontibus inuoluant. An non longè adhuc mirabilius eſt, ab eodem nos non eſſe accuſatos, ſi accuſatione dignos ſciebat, vt æterna vitaret ſupplicia; vtq; debitas pœnas perſolueremus; ſi nos ſuaſores huius facinoris habuit; & vt vindictam à nobis repoſceret, ſi cauſa fuimus, vt in tanta tormenta incideret? Fierinè poterat, vt tot impreſsiones, tot inſultus, totq; cruciamenta homo adoleſcens perferret, quò minus nos accuſaret, ſi vel tenuiſsimam noſtri accuſandi occaſionem habuiſſet? At faciamus huius iuuenis corpus ex chalybe compactum, & ad omnes impetus ſæuientium inuiolabile fuiſſe; an deerant Deo inſtrumẽta ſatis valida reſerandi pectus, & os eius, vt manifeſtaret ſocios tàm funeſti facinoris, contra Chriſtum ſuum ſuſcepti; contra eum, quem tot miraculis ad hoc regiæ dignitatis faſtigium extollebat? ô Prouidentiam, ſummi illius Regis Regum, quæ in tua Maieſtate eluceſcit, dum non permiſit, vt deſtinatus ille ictus vitam adimeret illi Regi & Duci, qui victoriã reportarat, ex tot tamq; periculoſis certaminibus, qui inter innumera bellicorum tormentorum diſcrimina, incolu-

columis ſemper permanſerat. Nec minus hæc diuina cura & paterna ſollicitudo, circa nos obſeruāda venit, qua exiſtimationem noſtram intactam conſeruauit. Nam ſi primùm illud permiſiſſet DEVS, amiſſura erat Francia Regem, qui meritò inter fortiſsimos & generoſiſsimos numeratur, & breui fortaſsis ſuiipſius ruinā vidiſſet, cùm capitis interitus ſit extrema membrorum pernicies. At ſi alterum eueniſſet, noſq; licet falsò in communionem huius criminis vocati fuiſſemus, vtiq; de omnium vita & ſalute actum fuiſſet. Nam omnes accuſationes, quantumuis licet iam diuturnitate temporis conſopitę, omnia crimina obiecta, omnes ſuſpiciones, vim & robur ex hoc ſolo caſu recepiſſent, nobiſque & ignominiam & necem, prætextu iuſtitiæ, procreaſſent. Cùm igitur ita rem DEVS ininſtituerit & moderatus ſit, vt tot inter quæſtiones & inquiſitiones, nihil repertum ſit, quod nos nocentes oſtenderet; cur traducimur tanquam facti illius Auctores? Cur aduerſarij noſtri ſcripto apud tuam Maieſtatem ſuperioribus diebus conquerentium ſpecie hunc in modum percōtantur? *Ergonè Iacobinos & Ieſuitas inter nos tolerabimus, qui vitæ noſtræ ſtruant inſidias?* Quęnam hæc eorum conſcientia eſt, quis animi candor, vt adeò veritatem impugnent, cùm omnibus conſtet, quæ & qualia deſignarint aduerſus Reges Gallię, non ſub vno, ſed ſub quatuor Regibus? Porrò ſi inter tot cruciamenta & teſtimonia DEVS noſtram famam præſtitit integram, cur ergò ſine vlla commiſeratione laniatur & proſcin-

proſcinditur?Si abſoluti ſumus ſilētio & ore Rei, Iudicumq; ſententiâ, cur diffamamur tanquam conuicti criminis?Cur nomina noſtra, vt Reorũ, in faſtos & Calendaria inſcribũtur? Cur incidimur in æs tanquã cõuicti?cur columnis marmoreis inſculpimur tanquã conuicti?ô columna in hunc vſum dũtaxat, facta, vt poſteris ſeculis magni Regis felicitatem teſteris & infelicitatẽ inſignis Rei:quid tibi negotij cum egena familia, ad quam nulla pars culpæ pertinet?An non tibi ſufficit natiuũ pondus, nec ſatis grauis es, niſi te etiam infamia nominis noſtri oneret, qui noxæ illi affines nõ ſumus? At quia quaſi dorſo loqueris, mendaciũq; geris, loquere lingua, & veritatẽ pãde. Quis tibi dixit Ieſuitas docere ius faſq; eſſe trucidare Reges, qui sũt viuę Dei imagines?Quis tergo tuo inſcripſit, noſtro hortatu & ductu, miſerabilem illum Gallum petiiſſe Chriſtianiſsimi Regis iugulum? Quodnam teſtimoniũ, quæ auctoritas, quæ certitudo tibi ſuppetit, vt id quod aſſeueras, tanta cõtentione, vi & certitudine aſſeueres? Pluranè abſq; auribus audiuiſti, & ſine oculis vidiſti, quàm viginti quinq; millia aurium & totidem oculorum audierunt & viderunt in loco capitali, cùm de aggreſſore illo ſupplicium ſumeretur?Pluranè dicere audes, quia ita lubet, quàm ipſe Reus tot preſſus tormentis & cruciatibus? At quô nam querelas noſtras dirigimus? Lapides omni ſenſu carent. Maieſtas tua eſt, *Rex Chriſtianiſſime*, cui ius cauſæ noſtræ patefactum cupimus, & ad quam hoc etiam cõſilio recurrimus. Veniam ergò dabis calami aber-

rantis

rantis digreſsioni,qui meritò in has afflictorum querimonias, vtpote iuſtas & rationi conſentaneas,erupit; quodq; ex hoc capite ſupereſt,patienter audire digneris. Præcipuum quod aduerſus nos facere potuiſſet, erat cõfeſsio Rel. Hanc pro nobis ſtare vides.

CAPVT XI.

In ipſis Societatis Religioſis nullum indicium deprehenſum eſſe, quo vt facinoris illius conſcij, argui potuerint.

RESTAT, vt diſpiciamus,vtrum nos ipſi indicium aliquod de nobis ipſis præbuerimus,quo coniici potuerit nos criminis huius participes fuiſſe, ea ſcilicet nocte,qua tota Lutetia concuſſa erat, qua extraordinario ſono campanę omnium turrium reſonabant; qua circa horam nonam aut decimam armata manu ad collegium noſtrum ventum; qua ex improuiſo puſillus ille Religioſorum grex à miniſterio forenſi & militari comprehenſus; qua ſigillo publico obſignata cõclauia & ſcrinia; qua excubiæ variis in locis diſpoſitæ; vt non ſolùm nemini ex Collegio,ſed ne ex cubiculo quidem exeundi via pateret (& tamen ſcriptis vulgatum eſt magis noxios effugiſſe) quando ex Collegio captiuorum inſtar educti ſunt,quando examinati,modò ſimul, modò ſigillatim. Anné in hoc toto huius negotij proceſſu, anné in omnibus hiſce probationibus, & inquiſitionibus,

aliud quàm innocentiæ ſignum apparuit in vultu, in oculis, in fronte, in verbis, in geſtibus? Ampliuſné quid expreſſum eſt à cæteris, quàm ab eo, qui quæſtioni ſubiectus, iudicumq; ſententia abſolutus fuit? Potuiſſetné cælari, ſi quid repertum fuiſſet? Nam quod inter Theologica aduerſaria, eius, qui ſupremum ſupplicium ſubiit, inuentum eſt, id cum hoc facto nihil penitus commune habebat. Continebat quæſtionẽ Theologis, Philoſophis, & Iuriſperitis familiarem; lucubratiuncula erat priuati laboris; non excuſa typis. Latebat, nemini nocuerat, nemini nocere poterat. Et tamen turbulenta & exulcerata tẽporis conditio Gallo illi calamitatem, imò mortem, nobis exilium peperit. Quid ergò nobis cum illo crimine commune? Cur diffamamur, cum eius culpa vacemus, nõ ſolùm coram DEO, ſed etiam in conſpectu Regiæ Curiæ, quæ crimẽ illud nobis non adſcribit? An non ſatis grandem iacturam facimus, quando pleriq; noſtrũ amabilem patriæ noſtræ aſpectum & fructum, vitæ noſtræ quietem, paupertatis noſtræ facultates, ſtudiorumq; noſtrorum opportunitatem amiſimus? An ne etiam famæ & honoris iactura ſubeunda erit, vt nutrimentum habeat eorum furor, qui nobis ruinam pertinaciſsimè procurarunt.

Quod ſi non obſtantibus omnibus his, quæ dicta, adhuc culpæ ſuſpicionẽ à nobis nõ amolimur, non recuſamus, ſi ita tuæ Maieſtati videatur, vt cauſa noſtra denuò diſcutiatur; Fauori nobis & ſubſidio erit actionis inſtauratio. Nec

vllam

vllam Curiam, neque vllum Iudicem, qui Catholicæ profeſsionis ſit, deprecamur. Nos æquitatem cauſæ noſtrę libenter ſubiicimus & committimus prudentiæ, examini, diſquiſitioni, & moderationi eiuſdem Curię, quæ prius de nobis ſententiam tulit; & ſi nos eos eſſe cognorit, quos inimici noſtri prædicant; libenter fatebimur, mitiùs quàm pro meritis, nobiſcum actum eſſe, & æquo animo pendemus pœnas grauitati malefactorum noſtrorum pares; nec amplius calumnias eſſe dicemus ea, quæ nobis aduerſarij imponunt, potiuſq; præoptabimus, vt celeri morte ab ipſo iure nobis inflicta enecemur, quã vt lento iſto igne, inter tot calumniarum & criminationum æſtus, & inter inſultantium & exprobrantium furioſos impetus torreamur. Iam veritas æquiore trutina, & maiore quiete & otio ponderabitur, quam tempore tentati illius facinoris tam exiguo, tãto animorum motu, & perturbatione; tanta trepidatione vrbis, quę Principem locum tenet & caput regni audit, & compendium Galliæ dicitur. Quod ſi innocentia noſtra ſuperioribus argumentis demonſtrata, hoc demum iudicio pateſiat & comprobetur; tum ſeriò obſtruentur noſtrorum calumniatorum ora, niſi omnes verecundiæ metas tranſilierint, noſq; eam capiemus voluptatem, quod poſt naufragium caducarum, earumq; tenuium facultatum, ſaltem exiſtimatio noſtra remanſerit integra, qua nos conſeruemus, & ad aliquem tandem tranquillitatis portum nauim tot fluctibus agitatam appellamus.

CAPVT XII.

Religioſos Societatis non eſſe corruptores iuuentutis blanditiis iuuentutem ad ſuum Ordinem alliciendo.

ACCEDAMVS nunc ad tertiam accuſationem, quæ nos *iuuentutis corruptores & ſeductores* proclamat. Cui confutandę quærenda ſunt firma & valida argumenta. Quia res hæc tanti momenti eſt in omni Republica, quanti quæuis alia. Si enim ab inſtitutione iuuentutis pendet commodum aut incommodum, emolumentum vel detrimentum Religionis, omniumq; Ordinum, quam immane ſcelus erit iuuentutem deprauare & improbis moribus inficere? Quanto conatu tueri debet innocentiam ſuam is, qui huius criminis inſimulatur? Et quamuis accuſatio hæc ſuapte natura ſit atrox, attamen cum nos petit, nihil aliud eſt quã calumniarum quoddam columen, fulcri, materiæ ſolidæ, aptæq; formæ, aliorumq; adminiculorum, quibus ſeſe ſuſtentet, expers, legi naturæ & diſciplinæ contraria. Qua de cauſa non magno niſu deiicietur; cui duplicem ſenſum animaduertimus ſubiici. Nonnulli appellant nos *iuuentutis corruptores*, quod, vt ipſi aiunt, nobilium filios ineſcemus, blanditiisq; ad ſocietatem noſtram pelliceamus, vt eorum patrimoniis potiamur. Alij nominant nos *ſeductores*, quod, vt ferunt, prauæ doctrinę Doctores ſimus. Prioribus hoc reſponſum damus. Multos ingenuos &

domi nobiles & ex claris familiis progenitos adoleſcentes in Ordinem noſtrum cooptatos eſſe, ſemperq; eam rationem à nobis initam, & adhuc iniri, vt ex multis ſeligam⁹ aliquos melioris conditionis & ingenij præſtantioris, eo numero, cui alendo domus probationis ſufficiat. At delectus iſte non eo fine inſtituitur, quem noſtri aduerſarij confingunt; videlicet vt eorum fortunas inuadamus; experientia refutat hanc accuſationem; quam nullo vnquam ſolido teſtimonio probare potuerunt illi, qui eam tantis exaggerationibus amplificant; Si qui ex trecentis aut quadringentis Gallis, qui in hanc Societatem nomina ſua dederunt, aliquid ex Patrimonio ſuo largiti ſunt, id ſpontè fecerunt. At loco vnius, qui aliquid det, ſemper decem reperias, qui nihil tribuant; licet opibus abundent. Nec habent aduerſarij, quod huic tam perſpicuæ veritati opponant. Ratio igitur cur libentius & promptius in Ordinis noſtri album referamus eos, qui ingenuis parentibus procreati ſunt, ingenioq; valent; alia non eſt; quàm quia ad noſtri Inſtituti functiones tales magis idoneos iudicamus. Iſti enim plerunq; nobiliore animo, & excelſiore mēte, & ad diſciplinas virtuteſq; capeſſendas accommodatiore inſtructi ſunt. Vt nobilitas plerunq; valet ad eximia & heroica facinora in caſtris illis & conflictibus Martiis patrāda; ita eadem cum in Religioſis caſtris militat, vulgo ignobili antecellit. Miniſteria, quibus ſaluti animorū operam nauamus, publica ſunt, tam difficilia, quàm neceſſaria. Quorum mo-

dum & artem, vt quis percipiat, perceptamq́; retineat, opus eſt inſita quadam bonitate & docilitate ingenij, & vt eadem miniſteria fructuosè obeantur, oportet, vt quis naturæ & gratiæ donis probè ſit excultus. Et hæc vnica ratio eſt, cur hunc delectum habeamus, ex iis, quibus Devs mentem noſtri inſtituti ſequendi mittit. Neque id ideò dicimus, quaſi omnes ex nobili familia, quibus ſtat mundum deſerere, in ſocietatem noſtram adſciſcamus; aut aliis aditum intercludamus; multos enim infimæ conditionis admiſimus, & adhuc admittimus, ſi ad noſtri Ordinis munia idonei videantur. At cum aliis eo candore ſemper egimus, vt licet planè intelligeremus, eos ob indolis excellentiam, nataſiumque ſplendorem, multum lucis & emolumenti noſtro Ordini afferre poſſe, eos tamen in noſtrum cœtum non allegeremus, quotieſcunq; iudicio noſtro ſatius eſſe videbatur, vel ad Reipublicæ vtilitatem, vel ad familiæ priuatũ commodum, vt aliud vitæ genus potius ſibi deligerent; imò hiſce non raro diſertis verbis auctores fuimus, vt de Societate ineunda cogitationem nullam ſuſciperent, ſed aut in Eccleſiaſtico aut alio quocunq; ſtatu piè ſanctéq; vitæ ſuæ rationes inſtituerent.

Cæterùm quiſquis ille ſit, cui ſocietas datur, id ſemper fit ſine fraude & dolo. Nemini ad nos patet aditus qui decimum ſextum aut viceſimum annum non attigerit, & qui non fecerit ſatis magnos progreſſus in iudicio, pietate, & litteris, ſi eas debeat profiteri (quoſdam enim in Ordi-

Ordinem noſtrum adſcribimus, ad domeſtica duntaxat officia, non ad docendi munus, qui tamen veri nominis Religioſi ſunt, eadem regula adſtricti, qui ſub eodem, quo cęteri, Duce militant, eademq; cœleſtis mercedis ſpe ſuſtentantur) Neminem voti ſui compotem facimus, cui nō longè antea ſocietas in votis fuerit, eandemque vno anno, biennio, interdum quadriennio, antè non experierit. Maiorem partem, conſenſu Parentum, ſi Catholicam fidem ſequantur, recipimus. Antequam ſuſcipiantur, non pelliciuntur & incitantur copia redituū & beneficiorum, obiectu honoris, & illecebra otij, & quietis, & id genus aliis blandimētis; ſed labor illis proponitur, pœnitentia, ſubmiſsio, humilitas, ſubiectio, & alia huius claſsis terrere potius quàm inuitare conſueta. Admiſsi iam biennium integrum probantur, & omnibus illis experimentis explorantur & excoluntur, quæ apta ſunt, vt intimi cuiuſq; ſenſus penitus perſpiciantur, vtq; animus Deo iam dicatus & conſecratus, certo & recto tramite dirigatur. Hoc tempore exacto, noſtrorum numero accenſentur; ſi videantur apti: ſi ſint inepti; aut manere nolint, quò lubet, abeunt.)

Hæc ratio allegādi operarios in noſtrum Ordinem, ſatis ſuperq; docet, totum hoc negotium à nobis ſincerè, & candidè, & abſq; fuco tractari, neminiq; iuſtam occaſionem accuſandi nos doli & fraudis ſuppetere. Quid, quod innocentia noſtra hac in parte adeò conſtat, vt ex non paucis, qui ſocietatem noſtram deſeruerunt (ex

quorum numero noñullis poſtea parum in nos æquus animus fuit) nemo exſtiterit, qui conquereretur, ſe malis artibus & technis à nobis circumuentum eſſe.

CAPVT XIII.

Religioſos Societatis non eſſe iuuentutis corruptores, quaſi malas artes in ſcholis doceant.

CÆTERVM illos, qui nos *Iuuentutis corruptores* appellant, ob prauam doctrinam, obteſtamur, vt aliquam accuſationis ſuæ rationem reddant. Quo argumento probant, nos peruerſa doctrina Iuuentutis animas deprauare? An quia teneris mentibus Religionem, pietatem, DEI timorem, diuinorum præceptorum amorem, ſcientias, ingenuas artes inſtillamus, eaſq; probis moribus perpolimus? Hîc proculdubio abnuent, cùm harum rerum inſtitutio nulla deprauationis ſemina contineat, quia impietas & hæreſis mentes & voluntates Iuuenũ in tranſuerſum agunt, non ea, quę enumerauimus. Si adoleſcentes imbueremus verbo & exemplo, hæreſi, blaſphemia, Magia, necromantia, aliiſq; id genus vitiis, verè corruptores eſſemus. Hęc enim inſtitutio veriſsima eſſet deprauatio. At verò ea ratione iuuentutem informare, qua eam informamus, & erudire eo modo, quo, DEI munere, eam erudimus, id nihil aliud eſt, quã teneriorem ætatem exornare, perpolire,

polire, locupletare, nobilitare, ac in his terris morantem gazis ſpiritualibus & cœleſtibus cumulare, eidemq; viam ad ſuperas ſedes ſternere. At nos, noſtris in Gymnaſiis, Catholicæ Religionis dogmata explanare, prælectioneſq; de virtutum ſtudio inſtituere, clarius eſt, quàm vt probatione egeat. Nam ſi quis id demonſtrare contendat, is perinde fecerit, ac ſi ſoli lampadem accendat. Experientia id confirmat, tota Gallia idem ſibi perſuadet; vrbes Galliæ idem commemorant; Curiæ & Parlamenta idem teſtificantur; tota Europa idem cõfitetur, aduerſarij noſtri, quibus mens rectior & ſanior, idem non inficiantur. Quis os aperiet, quis credet, quis obiiciet, quis teſtabitur, contra aſſertionem, fidem, affirmationem, aſſeuerationem, teſtimonium, & confeſsionem, tot locorum & Rerumpublicarum? Apoſtolica ſedes, Eccleſiæ oculus, quo prauam doctrinam à ſincera internoſcit, ſuffragio ſuo doctrinam noſtram probauit per omnes Pontifices, qui à primo Societatis noſtræ ortu Cathedram Petri tenuerunt. Apoſtolicæ Sedi, doctrina noſtra, amplificandæ Catholicæ fidei per omnes orbis terrarum plagas conſecrata, à quinquaginta añis iam perquam grata fuit. Eadem Apoſtolica Sedes cõmiſit nobis inſtitutionem totius fermè nobilitatis & iuuentutis Romanæ. (Nam duo millia auditorum ſchola noſtra numerat) præterea curam quinque ſeminariorum, in quibus Romani Iuuenes, Græci, Angli, Germani, Hungari, & Maronitę litteris & virtutibus informantur, vt ſileam alia ſepten-

decim Domicilia aliis locis iiſdem vſibus deſti-nata,& ex variis nationibus Chriſtianæ Reipub-licæ, ad Eccleſiæ augmentum & ſolatium inſti-tuta. Nullum eſt Regnum, nullus Principatus, nulla Reſpublica, auitæ Religionis retinens,cu-ius Reges, Principes, Magiſtratus operam noſtrã non expetierint, & adhibuerint ad inſtitutionẽ iuuentutis, ſibiq́ commiſſæ multitudinis,con-ditis & dotatis eo fine collegiis, non ſine actionũ noſtrarum agendiq́ modi commendatione.

Ne verò opus ſit procul teſtimonia accerſe-re,Galliam intueamur. Reges Galliæ tuæ Maie-ſtatis prædeceſſores, in Regnum nobis aditum patefecerunt, & in præcipuis Ciuitatibus habi-tare voluerunt; mandaruntq́ vt Principum & Procerum filij,noſtris Magiſtris operam darent. Hinc collegium noſtrum Pariſienſe,plures qua-dringentis ex ipſo nobilitatis flore, ſemper bo-nis artibus & moribus excolebat. Regij Sena-tores,totuſq́ nobilium Ordo, perpetuò tanquã parentes & patroni defenſionem noſtri inſtitu-ti ſuſceperunt, noſque in clientelam & tutelam ſuam receperunt, perſpicuis induſtriæ & fideli-tati noſtræ teſtimoniis conceſsis;nec id fecerunt modò illarum vrbium indigenæ, in quibus ſe-des fiximus, ſed & cæterarum. Fieriné poteſt, *Chriſtianiſſime Rex*, vt tot tantiq́ viri,tam ſoler-tes & prudentes, in errorem inducerentur, & quidem in tam diuturnum? quodque maximè cautum oportuit, ne ſcilicet iuuentus deprauaretur, id minimè omnium cauerent, perſuaſi, nos teneriorem illam ætatem lacte ciboq́ pieta-

tis &

tis & Religionis alere & educare,cùm tamen res ſecus ſe haberet, vt aduerſarij aiunt. An ne vel in ſpeciem veriſimile apparet, eos in re tanti põderis,tam abſurdè hallucinatos eſſe, noxiumq; loco boni,atrum loco candidi, deprauationem loco inſtructionis, & deprauatores loco inſtitutorum elegiſſe & arripuiſſe? An non is, qui nos *iuuentutis corruptores* nominat, accuſatione hac totum terrarum orbem ferit? An non extremæ & intolerandæ inſcitiæ & oſcitantiæ accuſat tot Pontifices, Reges, Prælatos, Nobiles, Magiſtratus,Ciuitates, Reſpublicas, omnes ſtatus & ordines,& vt in pauca rem conferamus, iudicium & ſenſum totius vniuerſi?

Quod ſi ab experientia argumentum ducendum eſt,cauſæq; per effectus ſuos cognoſcẽdæ,ſi *corruptores & ſeductores iuuentutis* eſſemus,prout iſti calumniantur, an non iam totam Europam deprauaſſemus,cùm potior pars Iuuentutis noſtris in Gymnaſiis erudiatur? Tot Prælati, tàm multi Nobiles,tot Officiales,in Clero,in Ciuitatibus,in Parlamentis, ex Scholis noſtris prodierunt;ex quibus pleriq; variis locis ad Reipublicę gubernacula ſedent, fideliſsimi & obſequentiſſimi prioribus Galliæ Regibus, & tuæ Maieſtati. An non omnes iſti corrupti fuiſſent, ſi iuuentutis corruptores eſſemus? Pleriq; Principes extra Galliam, qui ditionum ſuarum habenas iam ſapienter moderantur,& Rempublicam cum Religione inuiolatam cuſtodiũt,in diſciplina ſcholarum noſtrarum verſati ſunt. An non hos deprauari neceſſe fuiſſet, ſi tam graue crimen verè

nobis

aliud quàm innocentiæ ſignum apparuit in vultu, in oculis, in fronte, in verbis, in geſtibus? Ampliuſné quid expreſſum eſt à cæteris, quàm ab eo, qui quæſtioni ſubiectus, iudicumq; ſententia abſolutus fuit? Potuiſſetné cælari, ſi quid repertum fuiſſet? Nam quod inter Theologica aduerſaria, eius, qui ſupremum ſupplicium ſubiit, inuentum eſt, id cum hoc facto nihil penitus commune habebat. Continebat quæſtionē Theologis, Philoſophis, & Iuriſperitis familiarem; lucubratiuncula erat priuati laboris; non excuſa typis. Latebat, nemini nocuerat, nemini nocere poterat. Et tamen turbulenta & exulcerata tēporis conditio Gallo illi calamitatem, imò mortem, nobis exilium peperit. Quid ergò nobis cum illo crimine commune? Cur diffamamur, cum eius culpa vacemus, nō ſolùm coram Deo, ſed etiam in conſpectu Regiæ Curiæ, quæ crimē illud nobis non adſcribit? An non ſatis grandem iacturam facimus, quando pleriq; noſtrū amabilem patriæ noſtræ aſpectum & fructum, vitæ noſtræ quietem, paupertatis noſtræ facultates, ſtudiorumq; noſtrorum opportunitatem amiſimus? An né etiam famæ & honoris iactura ſubeunda erit, vt nutrimentum habeat eorum furor, qui nobis ruinam pertinacíſsimè procurarunt.

Quod ſi non obſtantibus omnibus his, quæ dicta, adhuc culpæ ſuſpicionē à nobis nō amolimur, non recuſamus, ſi ita tuæ Maieſtati videatur, vt cauſa noſtra denuò diſcutiatur; Fauori nobis & ſubſidio erit actionis inſtauratio. Nec

vllam

vllam Curiam, neque vllum Iudicem, qui Catholicæ profeſsionis ſit, deprecamur. Nos æquitatem cauſæ noſtrę libenter ſubiicimus & committimus prudentiæ, examini, diſquiſitioni, & moderationi eiuſdem Curię, quæ prius de nobis ſententiam tulit; & ſi nos eos eſſe cognorit, quos inimici noſtri prædicant; libenter fatebimur, mitiùs quàm pro meritis, nobiſcum actum eſſe, & æquo animo pendemus pœnas grauitati malefactorum noſtrorum pares; nec amplius calumnias eſſe dicemus ea, quæ nobis aduerſarij imponunt, potiuſq́ præoptabimus, vt celeri morte ab ipſo iure nobis inflicta enecemur, quã vt lento iſto igne, inter tot calumniarum & criminationum æſtus, & inter inſultantium & exprobrantium furioſos impetus torreamur. Iam veritas æquiore trutina, & maiore quiete & otio ponderabitur, quam tempore tentati illius facinoris tam exiguo, tãto animorum motu, & perturbatione; tanta trepidatione vrbis, quę Principem locum tenet & caput regni audit, & compendium Galliæ dicitur. Quod ſi innocentia noſtra ſuperioribus argumentis demonſtrata, hoc demum iudicio pateſiat & comprobetur; tum ſeriò obſtruentur noſtrorum calumniatorum ora, niſi omnes verecundiæ metas tranſilierint, noſq́ eam capiemus voluptatem, quod poſt naufragium caducarum, earumq́ tenuium facultatum, ſaltem exiſtimatio noſtra remanſerit integra, qua nos conſeruemus, & ad aliquem tandem tranquillitatis portum nauim tot fluctibus agitatam appellamus.

CAPVT XII.

Religioſos Societatis non eſſe corruptores iuuentutis blanditiis iuuentutem ad ſuum Ordinem alliciendo.

ACCEDAMVS nunc ad tertiam accuſationem, quæ nos *iuuentutis corruptores & ſeductores* proclamat. Cui confutandę quærenda ſunt firma & valida argumenta. Quia res hæc tanti momenti eſt in omni Republica, quanti quæuis alia. Si enim ab inſtitutione iuuentutis pendet commodum aut incommodum, emolumentum vel detrimentum Religionis, omniumq; Ordinum, quam immane ſcelus erit iuuentutem deprauare & improbis moribus inficere? Quanto conatu tueri debet innocentiam ſuam is, qui huius criminis inſimulatur? Et quamuis accuſatio hæc ſuapte natura ſit atrox, attamen cum nos petit, nihil aliud eſt quã calumniarum quoddam columen, fulcri, materiæ ſolidæ, aptæq; formæ, aliorumq; adminiculorum, quibus ſeſe ſuſtentet, expers, legi naturæ & diſciplinæ contraria. Qua de cauſa non magno niſu deiicietur; cui duplicem ſenſum animaduertimus ſubiici. Nonnulli appellant nos *iuuentutis corruptores*, quod, vt ipſi aiunt, nobilium filios ineſcemus, blanditiisq; ad ſocietatem noſtram pelliceamus, vt eorum patrimoniis potiamur. Alij nominant nos *ſeductores*, quod, vt ferunt, prauæ doctrinę Doctores ſimus. Prioribus hoc reſponſum damus. Multos ingenuos & domi

domi nobiles & ex claris familiis progenitos adoleſcentes in Ordinem noſtrum cooptatos eſſe, ſemperq; eam rationem à nobis initam, & adhuc iniri, vt ex multis ſeligamꝰ aliquos melioris conditionis & ingenij præſtantioris, eo numero, cui alendo domus probationis ſufficiat. At delectus iſte non eo fine inſtituitur, quem noſtri aduerſarij confingunt; videlicet vt eorum fortunas inuadamus; experientia refutat hanc accuſationem; quam nullo vnquam ſolido teſtimonio probare potuerunt illi, qui eam tantis exaggerationibus amplificant; Si qui ex trecentis aut quadringentis Gallis, qui in hanc Societatem nomina ſua dederunt, aliquid ex Patrimonio ſuo largiti ſunt, id ſpontè fecerunt. At loco vnius, qui aliquid det, ſemper decem reperias, qui nihil tribuant; licet opibus abundent. Nec habent aduerſarij, quod huic tam perſpicuæ veritati opponant. Ratio igitur cur libentius & promptius in Ordinis noſtri album referamus eos, qui ingenuis parentibus procreati ſunt, ingenioq; valent; alia non eſt; quàm quia ad noſtri Inſtituti functiones tales magis idoneos iudicamus. Iſti enim plerunq; nobiliore animo, & excelſiore mẽte, & ad diſciplinas virtuteſq; capeſſendas accommodatiore inſtructi ſunt. Vt nobilitas plerunq; valet ad eximia & heroica facinora in caſtris illis & conflictibus Martiis patrãda; ita eadem cum in Religioſis caſtris militat, vulgo ignobili antecellit. Miniſteria, quibus ſaluti animorũ operam nauamus, publica ſunt, tam difficilia, quàm neceſſaria. Quorum mo-

dum & artem,vt quis percipiat, perceptamq́ retineat,opus eſt inſita quadam bonitate & docilitate ingenij, & vt eadem miniſteria fructuosè obeantur, oportet, vt quis naturæ & gratiæ donis probè ſit excultus. Et hæc vnica ratio eſt, cur hunc delectum habeamus,ex iis,quibus DEvs mentem noſtri inſtituti ſequendi mittit. Neque id ideò dicimus, quaſi omnes ex nobili familia,quibus ſtat mundum deſerere, in ſocietatem noſtram adſciſcamus; aut aliis aditum intercludamus; multos enim infimæ conditionis admiſimus, & adhuc admittimus, ſi ad noſtri Ordinis munia idonei videantur. At cum aliis eo candore ſemper egimus, vt licet planè intelligeremus, eos ob indolis excellentiam,natalíumque ſplendorem, multum lucis & emolumenti noſtro Ordini afferre poſſe, eos tamen in noſtrum cœtum non allegeremus,quotieſcunq; iudicio noſtro ſatius eſſe videbatur, vel ad Reipublicæ vtilitatem, vel ad familiæ priuatũ commodum, vt aliud vitæ genus potius ſibi deligerent;imò hiſce non rarò diſertis verbis auctores fuimus, vt de Societate ineunda cogitationem nullam ſuſciperent, ſed aut in Eccleſiaſtico aut alio quocunq; ſtatu piè ſanctéq; vitæ ſuæ rationes inſtituerent.

Cæterùm quiſquis ille ſit, cui ſocietas datur, id ſemper ſit ſine fraude & dolo. Nemini ad nos patet aditus qui decimum ſextum aut viceſimum annum non attigerit, & qui non fecerit ſatis magnos progreſſus in iudicio,pietate,& litteris, ſi eas debeat profiteri (quoſdam enim in Ordi-

Ordinem noſtrum adſcribimus, ad domeſtica duntaxat officia, non ad docendi munus, qui tamen veri nominis Religioſi ſunt, eadem regula adſtricti, qui ſub eodem, quo cęteri, Duce militant, eademq́; cœleſtis mercedis ſpe ſuſtentantur) Neminem voti ſui compotem facimus, cui nō longè antea ſocietas in votis fuerit, eandemque vno anno, biennio, interdum quadriennio, antè non experierit. Maiorem partem, conſenſu Parentum, ſi Catholicam fidem ſequantur, recipimus. Antequam ſuſcipiantur, non pelliciuntur & incitantur copia redituū & beneficiorum, obiectu honoris, & illecebra otij, & quietis, & id genus aliis blandimētis; ſed labor illis proponitur, pœnitentia, ſubmiſsio, humilitas, ſubiectio, & alia huius claſsis terrere potius quàm inuitare conſueta. Admiſsi iam biennium integrum probantur, & omnibus illis experimentis explorantur & excoluntur, quæ apta ſunt, vt intimi cuiuſq́; ſenſus penitus perſpiciantur, vtq́; animus DEO iam dicatus & conſecratus, certo & recto tramite dirigatur. Hoc tempore exacto, noſtrorum numero accenſentur; ſi videantur apti: ſi ſint inepti; aut manere nolint, quò lubet, abeunt.)

Hæc ratio allegādi operarios in noſtrum Ordinem, ſatis ſuperq́; docet, totum hoc negotium à nobis ſincerè, & candidè, & abſq́; fuco tractari, nemini'q́; iuſtam occaſionem accuſandi nos doli & fraudis ſuppetere. Quid, quod innocentia noſtra hac in parte adeò conſtat, vt ex non paucis, qui ſocietatem noſtram deſeruerunt (ex

quorum numero noñullis poſtea parum in nos æquus animus fuit) nemo exſtiterit, qui conquereretur, ſe malis artibus & technis à nobis circumuentum eſſe.

CAPVT XIII.

Religioſos Societatis non eſſe iuuentutis corruptores, quaſi malas artes in ſcholis doceant.

CÆTERVM illos, qui nos *Iuuentutis corruptores* appellant, ob prauam doctrinam, obteſtamur, vt aliquam accuſationis ſuæ rationem reddant. Quo argumento probant, nos peruerſa doctrina Iuuentutis animas deprauare? An quia teneris mentibus Religionem, pietatem, DEI timorem, diuinorum præceptorum amorem, ſcientias, ingenuas artes inſtillamus, eaſq; probis moribus perpolimus? Hîc proculdubio abnuent, cùm harum rerum inſtitutio nulla deprauationis ſemina contineat, quia impietas & hæreſis mentes & voluntates Iuuenũ in tranſuerſum agunt, non ea, quę enumerauimus. Si adoleſcentes imbueremus verbo & exemplo, hæreſi, blaſphemia, Magia, necromantia, aliiſq; id genus vitiis, verè corruptores eſſemus. Hęc enim inſtitutio veriſsima eſſet deprauatio. At verò ea ratione iuuentutem informare, qua eam informamus, & erudire eo modo, quo, DEI munere, eam erudimus, id nihil aliud eſt, quã teneriorem ætatem exornare, perpolire,

polire, locupletare, nobilitare, ac in his terris morantem gazis ſpiritualibus & cœleſtibus cumulare, eidemq; viam ad ſuperas ſedes ſternere. At nos, noſtris in Gymnaſiis, Catholicæ Religionis dogmata explanare, prælectioneſq; de virtutum ſtudio inſtituere, clarius eſt, quàm vt probatione egeat. Nam ſi quis id demonſtrare contendat, is perinde fecerit, ac ſi ſoli lampadem accendat. Experientia id confirmat, tota Gallia idem ſibi perſuadet; vrbes Galliæ idem commemorant; Curiæ & Parlamenta idem teſtificantur; tota Europa idem cõfitetur, aduerſarij noſtri, quibus mens rectior & ſanior, idem non inficiantur. Quis os aperiet, quis credet, quis obiiciet, quis teſtabitur, contra aſſertionem, fidem, affirmationem, aſſeuerationem, teſtimonium, & confeſsionem, tot locorum & Rerumpublicarum? Apoſtolica ſedes, Eccleſiæ oculus, quo prauam doctrinam à ſincera internoſcit, ſuffragio ſuo doctrinam noſtram probauit per omnes Pontifices, qui à primo Societatis noſtræ ortu Cathedram Petri tenuerunt. Apoſtolicæ Sedi, doctrina noſtra, amplificandæ Catholicæ fidei per omnes orbis terrarum plagas conſecrata, à quinquaginta añis iam perquam grata fuit. Eadem Apoſtolica Sedes cõmiſit nobis inſtitutionem totius fermè nobilitatis & iuuentutis Romanæ. (Nam duo millia auditorum ſchola noſtra numerat) præterea curam quinque ſeminariorum, in quibus Romani Iuuenes, Græci, Angli, Germani, Hungari, & Maronitę litteris & virtutibus informantur, vt ſileam alia ſepten-

tis & Religionis alere & educare,cùm tamen res ſecus ſe haberet, vt aduerſarij aiunt. An ne vel in ſpeciem veriſimile apparet, eos in re tanti põderis,tàm abſurdè hallucinatos eſſe, noxiumq; loco boni,atrum loco candidi, deprauationem loco inſtructionis, & deprauatores loco inſtitutorum elegiſſe & arripuiſſe? An non is, qui nos *iuuentutis corruptores* nominat,accuſatione hac totum terrarum orbem ferit? An non extremæ & intolerandæ inſcitiæ & oſcitantiæ accuſat tot Pontifices, Reges, Prælatos, Nobiles, Magiſtratus,Ciuitates, Reſpublicas, omnes ſtatus & ordines,& vt in pauca rem conferamus, iudicium & ſenſum totius vniuerſi?

Quod ſi ab experientia argumentum ducendum eſt,cauſæq; per effectus ſuos cognoſcẽdæ,ſi *corruptores & ſeductores iuuentutis* eſſemus,prout iſti calumniantur, an non iam totam Europam deprauaſſemus,cùm potior pars Iuuentutis noſtris in Gymnaſiis erudiatur? Tot Prælati, tàm multi Nobiles,tot Officiales,in Clero,in Ciuitatibus,in Parlamentis, ex Scholis noſtris prodierunt;ex quibus pleriq; variis locis ad Reipublicę gubernacula ſedent, fideliſsimi & obſequentiſſimi prioribus Galliæ Regibus, & tuæ Maieſtati. An non omnes iſti corrupti fuiſſent, ſi iuuentutis corruptores eſſemus? Pleriq; Principes extra Galliam, qui ditionum ſuarum habenas iam ſapienter moderantur,& Rempublicam cum Religione inuiolatam cuſtodiũt,in diſciplina ſcholarum noſtrarum verſati ſunt. An non hos deprauari neceſſe fuiſſet, ſi tam graue crimen verè nobis

vehementer mirati ſint, qua fronte ſupradictam calumniam, nonnulli in nos cõgeſſerint. At cum naturam calumniæ attentius conſideraſſent, & intellexiſſent eam, præter vngues & dentes, quibus lãcinet & laceret, nihil habere, vultuſq; & frõtis, ne pudore ſuffundatur, expertem eſſe; ſemperq; veritatem telis, quibus poteſt, oppugnare, & obiectu tenebroſę caliginis obfuſcare; admirationem depoſuerunt, ſimulq; in mentem reuocarunt, idem quouis æuo innocentiſsimis hominibus vſuueniſſe. Inter Orientis Principes appellatur Iob ipſius DEI præconio *Vir ſimplex, rectus, timens* DEVM, *& recedens à malo.* Attamen hunc talem ac tantum auſus eſt Diabolus calumniis impetere, & quidem coram ſuprema illa Maieſtate. Dicebat enim, cum DEI reuerentem & obſeruantem eſſe, ſpe opum & facultatum caducarum. Qua calumnia hypocritam eſſe ſignificabat. Eſſe autem hypocritam, eſt duplicem & obliquum eſſe, ita vt quis homines magis reuereatur, quàm DEVM, malumq; nõ fugiat, niſi ſimulata mente; vno verbo, hypocritam eſſe, eſt prędítum eſſe vitiis, quæ oppoſita iis virtutibus, quas DEVS in eximio illo viro prædicauerat. *Iob.* 1. 2.

Ex omnibus ſeruis Saul non erat fidelior quã Dauid, cuiuſq; opera Regi eſſet fructuoſior. Hũc tamen calumnia inuaſit, & tanquam perduellem, Regique & regno pernicioſum traduxit. Ergò cum hæc calumniæ ſit natura, non valdè mirandum eſt, eam in nos quoque impetum feciſſe, & quaſi *iuuentutis corruptores* publicè proclamaſſe *Lib.* 1. *Regum paſſim*

clamaſſe, qui nihil maiore ſtudio curamus, quā vt iuuentus ſanctè, caſtè, integrè informetur. Sed calumniatores ideò his calumniis in nos graſſantur, vt nobis fructus ſerendi & metendi materiam præripiant, præcludantq; induſtriæ noſtræ viam, qua tot probę mentes iuuari & virtutum litterarumq; cultu excoli poſſent. Ægrè ferebat antiquus ille humani generis hoſtis, cùm videret, ab eo tempore, quo Societas noſtra exſtitit, noſtris in collegiis, noſtrorum labore & ſtudio, pluſquam quadraginta millia iuuenum, variis in locis, liberalibus diſciplinis, & pietate imbuta fuiſſe; omneſq;, pauculis exceptis, conſtantes in auita fide perſtitiſſe, contra omnium errorum impreſsionem, quibus ætatem noſtrā turbauerat; imò indigniſsimè tulit, non paucos ex illis, eò excellentiæ & dignitatis proceſsiſſe, vt Eccleſiam & Chriſtianā Rempublicam, quaſi firmiſsimæ columnæ fulcirent. Quare vt hunc tàm felicem curſum interrumperet, omnes maledicentiæ machinas in nos torſit & vibrauit.

CAPVT XIV.

Concluſio refutationis trium præcedentium & generalium calumniarum.

EX hac noſtra defenſione & reſponſione, liquidò cernis, *Rex Chriſtianiſsime*, quàm iniquè premamur hac calumnia, de corrupta & deprauata iuuentute, quam toto pectore, totiſq; viribus, pietate, religione, litteris, integriſque moribus informare cupimus; itaq; compara-

parati ſumus,vt non modò falſam,pernicioſam, & prauam doctrinam ferre nolimus, ſed ne tenuem quidem eius ſuſpicionem; tantùm abeſt, vt perpetua,eaq; nunquam interrupta ſerie, aut verbo aut ſcripto, prauæ doctrinæ dogmata ſparſerimus,quod aduerſarij noſtri iactãt. Abſit à nobis huiuſmodi operis exordium, nedum proſecutio & continuatio. Cœpimus in Gallia,& alibi, permiſſu Apoſtolicæ Sedis, conceſſu Chriſtianiſsimorum Regum, Maieſtatis tuæ anteceſſorum, conſenſuque aliorum Catholicæ fidei amantium Principum, docere virtutem, fideiq; Catholicæ dogmata explanare & confirmare,vitiaque redarguere, & hæreſes refellere; idq; ſtatim ab eo tempore, quo Societas noſtra cum regulis ſuiſq; Conſtitutionibus,ex Eccleſiæ gremio,& in Eccleſiæ gremio nata eſt. Munia & miniſteria noſtra conſtanter perſecuti ſumus, & adhuc perſequemur, vbicunq; diuinæ bonitati placuerit agrum excolendum & cœleſti ſemente conſerendum nobis aſsignare. Fecimus hoc Pariſiis,& in aliis Galliæ locis, in omnibus Chriſtiani orbis partibus, in omnium conſpectu,omnium proborum commendatione & approbatione; maximè Curiæ Pariſienſis,quæ tàm amico & beneuolo in nos erat animo, ſub cuius tutelæ degebamus: Nec deſtitimus ab exilio Anno 1594. nobis decreto eadem fide & diligentia functiones noſtras exequi, lectionibus, concionibus,& libris vbicunq; & quocunque liber aditus nobis patuit.

Si tuæ Maieſtati lubet clariora huius negotij teſti-

teſtimonia conquirere, breui tempore aliquot millia teſtium producemus, qui fidemi,ntegritatem & innocentiam noſtram vel iurati confirment. A biennio duos in Gallia libros typis euulgauimus, quorum alter tuæ Maieſtati dicatus eſt. Alter Duci Byronio; examinati fuerunt & approbati ab Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus, antequam prælo ſubiicerentur, lucemq́ aſpicerent ſub tuo,& Ducis illius patrocinio. Catholicis in Gallia,& alibi perquam grati exierũt. Adduci non poſſumus, vt nobis perſuadeamus, talia opera in regno Chriſtianiſsimo aut iam cõdemnari,aut poſthac condemnatum iri. Si vocentur libri execrandi illi, qui noſtro nomine malignè ſunt publicati,nobiſq́ ſuppoſiti & ſumma fraude titulo noſtro prænotati, vt eſt ille *de Schatelij Parricidio*, id noſtra nihil refert, ſicut neq́ quod eorum Auctores omnibus ſint deteſtationi; quandoquidem vt cum crimine,ita nec cũ diris illis & imprecationibus quidquã commune habemus,cum opus illud ex officina noſtra aut nobis conſciis non prodierit. Nam hactenus nullus noſtrum fuit qui vel titulum libri illius, nedum librum ipſum legerit; excepto quod intelleximus, *Apologiam Schatelij* inſcribi; qua inſcriptione ipſe liber ſatis indicat, ſe à nobis repudiari. Et quomodo librum hunc compoſuimus, cùm contrarium dixerimus,& ſcripſerimus,dicamus & ſcribamus? Adeoné prodigi noſtræ exiſtimationis erimus, vt album pronunciemus nigrum, bonumq́ malum, hacque hypocriſi nos DEO exoſos, totiq́ mundo deſpicabi-

cabiles reddamus?Huius rei veritas tàm eſt perſpicua, vt tua etiam Maieſtas nos ſuo teſtimonio ab hoc crimine liberarit. Intellexit enim & Regio animo publicè dixit, nos non eſſe libri illius Auctores. Cur ergò propter librum illum, aduerſarij noſtri nos infamant, & tot conuiciis proſcindunt?

CAPVT XV.

Religioſos Societatis non immiſcere ſe negotiis ad Rempublicam pertinentibus.

HÆC ſunt præcipua criminationum capita, quibus aduerſarij noſtri nos inſectantur, & ad quę hucuſq; reſpondimus, vt Maieſtatem tuam de tota re rectius & certius edoceremus. His attexunt nonnulla minora quidem, ſi crimen ſpectes; ſed æquè grauia, ſi mendacium conatumque nos infamandi & exoſos reddendi conſideres; quæ bona cum venia Maieſtatis tuæ, vt depellere & à nobis breuiter amoliri liceat, rogamus. Aiunt, *Ieſuitas ſeſe Reipublicæ negotiis immiſcere.* In qua calumnia aliqui omnem modum excedunt. Putant enim quamprimùm ex loco ſuperiore, vel verbulum aduerſus peccandi licentiam, remedij afferendi cauſa, profertur, id nihil aliud eſſe, quàm ab inſtituta materia deflectere, & ad negotia Reipublicæ digredi. Quos reſponſo indignos arbitramur, quippe abutentes *Politici ſtatus & Reipublicæ* vocabulis.

At his, qui hæc nomina propriè vſurpant, hoc

reſponſum damus, nos non ire inficias, quin aliquando nonnulli de Societate noſtra, labores pro Republica ſuſceperint, operamq; & induſtriam ſuam ei locarint, cùm hoc per ſe non ſit vetitum. S. Bernardus Galliarum lumen, multique alij ſanctitate excellentes viri, iuſſu & rogatu Principum, in mediis Reipublicæ turbis crebrò verſati ſunt. Conſtat item olim Reges Chriſtianos, in iis rebus, quæ ad conſcientiam & Reipublicæ ſalutem attinebant, conſiliarios adhibuiſſe Religioſos, omniũ quos reperire poterant, virtute & ſcientia præſtantiſsimos; nec id eis infeliciter ceſsit. Notum eſt, quantum emolumenti regno Hungariæ, conſiliis ſuis, rebuſq; præclarè geſtis, contra Machometem ſecundum Turcarum Imperatorem, attulerit Ioannes Capiſtran⁹ Ordinis S. Franciſci, cuius auſpiciis vno prælio triginta quinq; millia hoſtium occubuerunt præter eos, qui capti. Nec deeſt recens exemplum, quod in omnium memoria adhuc hæret. Nam paci inter te & Regem Hiſpaniarũ conficiendæ, non modò ſummi Pontificis legatus, ſed & Ordinis S. Frãciſci caput & Generalis Magiſter feliciter operam ſuam nauauit. Ergò horum & ſimilium exemplo, quidam ex noſtris quoq; Reipublicæ ſtudium & curam ſuam non denegarunt, ducti fine bono & laudabili, & à Principibus iuſsi, qui iure ſuo id nobis poterant imperare, & à nobis impetrare.

Ante aliquot annos miſſus eſt Antonius Poſſeuinus à Summo Pontifice, vt pacem inter Regem Poloniæ, Ducemq; Moſcouiæ firmaret.

Idem

Idem quadriennium abhinc, mandato Pontifi-
cis,abiit ad colloquium cum Duce Niuernenſi,
priuſquam tuæ Maieſtatis nomine, Romam in-
grederetur. Silentio præterimus ea, quæ Car-
dinalis Toletus pro Gallia egit, vt poſtrema illa
tuæ Maieſtatis negotia trāſigerentur. Alphonſus
Carillus,his annis,magno Chriſtianæ Reipubli-
cæ bono,negotia Principis Trāſyluani, eiuſdem
Principis rogatu tractauit,& à te, datis publicæ
fidei & ſecuritatis litteris, tranſitum per Galli-
am obtinuit. Igitur tàm in Europa, quàm ex-
tra Europam, nunquam, niſi in rebus arduis,&
à Principibus miſsi, ea quæ ad ciuilem ſtatum
pertinent, curanda & perficienda ſuſcepimus.
Extra hos caſus, continuimus nos intra Religi-
oſæ vitę & quietis terminos. Quod ſi quis ex
noſtris exſtitit,qui imprudēti zelo,aut importu-
no modo Reipublicę curam, ſuam facere vo-
luerit;id quod in tanta rerum perturbatione, nō
ignoramus accidere potuiſſe; is haud conueni-
enter egit legibus noſtris, nec voluntati eius,qui
toti Societati præſidet; nec voluntati eorum,qui
in hac Societate, vt ſubditi degunt; & vt hunc
intempeſtiuum ardorem deteſtamur; ita par
non eſt, vt eius mulcta ad nos redundet, cùm
nulla induſtria effici queat, vt in magna homi-
num multitudine non reperiantur aliqui pa-
rum docilis, ſani & morigeri cerebri. Ea con-
ditio rerum mortalium eſt. Nulla communi-
tas adeò ſancta fuit,in qua improbi non fuerint,
poſtulat autem æquitas vt malitia membri non
magis officiat toti corpori, quàm Cain offecit

 fami-

familiæ Adami; Cham familiæ Noë; Iſmaël, Abrahami; Abſolon, Dauidis; Iudas, familię Chriſti; Hæretici & Hæreſiarchę, Eccleſię Dei.

Cæterum vt liberè, ita verè affirmare poſſumus, nullum Religioſum Ordinem à negotiis Reipublicæ magis eſſe remotum, quã noſtrum; quamuis vbique propemodum inueniatur, in Eccleſiis, in Cathedris, in carceribus, in ſcholis, in xenodochiis, terra mariq; ægris & ſanis, puſillis & magnis miniſtrãs; imò quia vbiq; & infinitis modis cœleſtem mercedem promereri licet, etiamſi politicis curis ſeſe non implicet; & quia diuturna experientia perſpectum habet; quàm periculoſam aleam ſubeant, & quantam diſciplinæ religioſæ iacturam faciant, qui negotiis ſecularibus & ciuilibus expediendis ſe intricant; ideò, quoad licet, hanc prouinciam defugit. Ex quo & illud factum, vt Societatis huius ſubditi ad nullam Eccleſiaſticam dignitatem aſpirare, aut certum locum & ſtationem inter Status in Comitiis alicuius vrbis, vel Prouinciæ obtinere, aut in aulis principum ſedes figere queant. Quæ tamen omnia aliis Religioſis familiis conceſſa ſunt. Et vt hæc ſanctiùs & ſeueriùs cuſtodiantur, legem tulit poſtrema generalis Congregatio Anno Domini 1593. Romæ celebrata, qua omnibus Societatis hominibus interdicitur, ſub pœna inhabilitatis omnium functionũ, & priuationis omnium ſuffragiorum, ne ſe negotiis Reipublicæ immiceſcant. Eiuſmodi leges præſcribit ſubditis ſuis Societas noſtra, nec præſcriberet tantùm, ſed & voluntatem, prudenti-

dentiam animumq; ſeruandi ſingulis daret,ſi id humanas vires non ſuperaret. At iam nihil aliud poteſt, quàm has tam ſalutares leges condere, & cuſtodiendas publicare, tranſgreſſoresq; debitis pœnis afficere,& ſi hoc nequeat; cupit tamen,vt eorum miniſterio caſtigentur & coërceantur, quibus ad id legitima eſt poteſtas & auctoritas, vt hac viuendi agendiq; ratione,pacificè &tranquillè, abſque impedimento & ſiniſtra ſuſpicione,ſaluti animarum &diuino obſequio vacare poſsit.

CAPVT XVI.

Religioſos Societatis immeritò accuſari arrogantiæ, ambitionis & auaritiæ.

EX quibus liquidò perſpicis, *Chriſtianiſſime Rex*, immeritò Societatem noſtram huius vſurpationis & vendicationis inſimulari: nec minus iniquè ſuperbiæ & ambitionis vitium nobis adſcribi; quaſi videlicet nos ij ſimus,qui omnibus Epiſcopis, totiq; mundo iura dare velimus. Epiſcopi,qui noſtra vtuntur opera, libenter veritatis patrocinium ſuſcipient,rogatiq; nihil aliud aſſerent, quàm nobis id vnum curæ cordiq; eſſe, vt ipſis in ſalute gregis commiſsi procuranda impigrè & ſtrenuè ſeruiamus, cum ea reuerentia & obſeruantia, quæ tantæ dignitati debetur. Quod ſi tantoperè ambitionis morbo laboraremus, omni ope contendiſſemus potius Epiſcopatus,pedumq; & infulam conſequi, quã Epiſcopatus recuſare, Epi-

ſcopiſq; ſubiici & obtemperare. Sed Dæmon in hac criminatione excogitanda & diſsipanda, vt & in aliis, ſubtili nimirum artificio vſus eſt. Cùm enim animaduerteret, Societatis huius operam, eò, quoad licet, tendere, vt Eccleſiaſticis Prælatis, aliiſq; ſubſidium ferat, Eccleſię amplificandæ, & ſalutis proximorum promouendæ gratia; oppoſitum plané de nobis in vulgus ſparſit; videlicet, nos vbique imperij & dominationis appetentes eſſe, vt hoc rumore paſsim euulgato, in odiũ & inuidiam nos vocet, laboremq; noſtrũ, & ſolatium, quod ex ęo ad alios manat, præpediat.

Illi ipſi aduerſarij inſectantur nos tanquam *opulentos, auaros, & ad omne genus lucri exercitatos.* Clamant & ſcriptis inſuper affirmant, nos luculentas *hæreditates inuadere, & opima beneficia & ſacerdotia* occupare. Item *nos inſigni techna obolos & numulos aſpernari, vt adipiſcamur aureos.* Et tamen aliud nõ efficiunt, quàm quòd linguę ſuæ petulantiam produnt, cúm nequeant probare, quæ effutiunt. Si illi diuites appellandi ſunt, qui paupertate contenti viuunt, tunc diuitum nomen non abnuimus. Nam vnuſquiſq; noſtrum non modò paupertatem amplectitur, ſed & lætantur cum videt, ſibi nullius rei poſſeſſionem reſtare, nullamq; ſpem opum acquirendarum, aut poſſeſsionis obtinendæ relictam eſſe. At ſi diuitiarum nomen ea notione vſurpent, qua vulgò & propriè accipi conſueuit; tunc certè, non parum laboris & ſudoris ſubibunt

bibunt, vt nos eſſe opulentos, & alia quæ addunt, probent, ſi hoc tua Maieſtas ab illis exigat. Nullus noſtrum eſt cui dicendi poteſtas; *Hoc meum eſt*. Nullus, cui vel obolus ſuppetat. Pecuniam, quam Superiores Collegiorum aſſeruant, non expendunt in ſuos ſed in omnium vſus. Reditus Collegiorum nihil ſunt, niſi Eleemoſynæ, contributæ & collatę non in huius vel illius priuati, ſed in totius communitatis commodum, quæ communitas integratur & conſtituitur ex illis, qui operam ſuam impendunt, operamq́ impendendo victum toti communitati comparant.

Sed hęc bonorum communium poſſeſsio, nõ magis nobis vitio verti, & probro dari aut poteſt aut debet, quàm cæteris communitatibus Eccleſiaſticis & Politicis, quibus conceditur admiſtratio & vſus talium facultatum pro familiæ ſuſtentatione, publicisq́ miniſteriis obeundis. Quiſq́ autem vt portionẽ inde accipiat, ius habet. Facultates noſtras Gazis Perſicis adæquãt, finguntq́ quotannis naues Indicas, aliquot auri myriadibus onuſtas nobis aduehi. Vel vnicum Collegium ex omnibus quę in Gallia habemus, & quæ iſtis non ſunt ignota, demonſtrent; quod duo aureorum millia ex añuis prouentibus ſociis alendis certò capiat; Vel oſtendant quatuor collegia, ad quæ quatuor millia librarum Gallicarum quotannis certò & indubitatè redeant. Nec eſt Collegium, quod pro quouis incola centum *Francos* habeat, aſsignando cuiuis ſuam partem, imò pleriſque vix ſexa-

ginta relinquentur. Collegium Pariſienſe nũmerabat ſocios ſeptuaginta. Domus ciuica, quę quatuor aut quinq; collegiis reditus ſubminiſtrabat, prædicto Collegio Pariſienſi quotannis pendebat circiter quingentos coronatos. Capiebat idem Collegium aliunde etiam nonnihil; ſed tota ſumma annui vectigalis in vnum collecta, non efficiebat quatuor millia librarum Gallicarum; quibus profectò vitam tueri non licuiſſet, niſi benefactorum liberalitas & munificentia acceſsiſſet.

Nihil hic agimus de domo S. Ludouici viginti indigenis ſemper cõſtante, quæ ſtabiles reditus neque habebat, neque admittere poterat, quippe p[illegible]ariò victitans. Veritas huius rei in abitu noſtro eluxit. Nam in collegio ducenti tantummodo aurei ſunt reperti, quos miſericordia moti quæſitores Emptori Collegij Pariſienſis reliquerunt, ſubſidio futuros iis, qui in exilium pellebantur; quorum aliqui erant doctrina præſtantes viri; alij grandæui; alij ægri; omnes miſerrimè veſtiti, & malè inſtructi ad iter illud, ſumma hieme ineundum & conficiendum: nec potuit æs alienum, etſi grande nõ erat, diſſolui ex omni illa pecunia, quę ex ſupellectili noſtra, voci præconis ſubiecta, aliiſq; bonis mobilibus ſub haſta publicatis redacta eſt. Si res ſecus ſe habet, prodeant Aduerſarij, audacterque prodant & publicent illas Indici auri Myriadas; illas Gazas Perſicas, illa aulæa & peripetaſmata auro intexta; illas orientis diuitias, quas inuenerunt, mundoq; re ipſa demonſtrent nos eſſe

tales,

tales, quales eſſe nos inuerecundè vociferantur. Ingenuè nihilominus fatemur, nos Pariſiis duos precioſiſsimos theſauros, adeoq; omni opum abundantia inſtructos poſſediſſe; vt non modò in Gallia, ſed nec in Europa aliquid ſimile reperire fuerit. Duę erant Bibliothecę, altera in æde S. Ludouici, donata olim ab Illuſtriſsimo Cardinali Carolo Borbonio, eiuſdem domus fundatore. Altera in Collegio, libris rariſsimis & præclariſsimis ornatiſsima, quę Bibliothecę nobis armamentarij, munitionis, gazophylazij, inſigniſq; theſauri loco erant: Nec inficiamur earum amiſsionem magni doloris cauſam nobis prębuiſſe. Aliorum iacturam patienter ferimus, etſi ad extremam inopiam redacti. Cæterùm ardor ille auaritię, quem iſti obiectant qua de cauſa adeo in pectoribus noſtris ferueret? Multi in hac Societate degunt nobilibus & opulentis parentibus procreati; reliqui etiam ex honeſta familia oriundi, vt ſupra dictum. Nonnulli patrimoniis ſuis valedixerunt. Alij opima ſacerdotia reliquerunt. Quidam & hæc & illa ſpreuerunt, ingenij & naturę dotibus ad augendas facultates, honoreſq; adipiſcendos non minus exculti, quàm fratres, qui in mundo domoq; paterna remanſerant. Quod ſi quis iis, quæ legitimè habuit, & iis quę legitimè ſibi comparare poterat, liberali animo ſeſe abdicauit, paupertatem religioſam amplexus; quę amentia eſſet; ſi iam poſt Religionis ingreſſum auaritiæ ſordibus ſe contaminaret? Si deſpicientiâ rerum mortalium & caducarum inducti, mundo nuncium

remiſerũt,quomodo poſt hoc factũm diuitiarũ adeò cupidi fient, eo præſertim loco,vbi diuitię à ſingulis contemnuntur? Dixerint fortè, licet opulenti non ſitis: at eſtis & fuiſtis auari. Qua tandem ratione? An nihil poſsidendo,nihil quo vita ſuſtentetur habendo? An voluntate nihil poſsidendi? An eo ,quod contenti ſumus, vt nihil in ſpecie poſsideamus? An defendendo & conſeruando modicum illud, quod nobis in commune datum eſt, vt vitam tueantur illi,qui totam ſuam vitam,omneſq; labores vineę Domini excolendæ conſecrarunt?

Ad omne genus lucri perquam vigiles ſumus? At quomodo? An trapezitę ſumus? An mercatores? Mariáne & terras peruolitamus,vt perituras opes corradamus? Adeóne vecordes fuimus,vt Religionem profeſsi,eam compendij & quæſtus faciendi rationem cum omnium odio & deteſtatione teneamus,quam extra Religioſum ſtatum cum omnium approbatione, ſine vlla vel ſuperũm vel mortalium offenſione, tenere poteramus? Nihil à quoquam propter miniſteria, quę obimus, quantumuis alioquin ad lucrum apta,exigimus; nihil ex ſcholis,nihil ex concionibus auditiſq; confeſsionibus ad nos redit. Quomodo igitur ad omne genus lucri attentiſsimi ſumus? Sed aiunt aduerſarij;hæc minutiora à nobis repudiari,vt ampla prædia & opulenta ſacerdotia nanciſcamur. At vbinam in Gallia ſunt illa prædia & opulenta beneficia?Par erat, vt vel vnum ſpeciatim deſignarent. Primus & ſolus qui nos hæredes ſuos teſtamento ſcri-

ſcripſit, exſtitit Dominus Odinetus Godranus Præſes Curię Diuionenſis, vt patriæ ſuę collegium fundaret. At hoc legatum prius nobis addixit, quàm quiſquam noſtrũ quidquam de illo cognouiſſet; nec propter nos nobis facultates ſuas tranſcripſit, ſed ob bonum publicum. An cum Diuione diſceſsimus, fundos & domicilium illud vendidimus, aut nobiſcũ abſportauimus? Et vbinam ſunt inuidenda illa beneficia? Vbi noſtri Epiſcopatus & Abbatię, noſtriq; Prioratus quatuor aut quinq; millium aureorum? Si modicum quid annui prouentus ſuſtentandis Collegiis nobis ſuppetit, quę hæc nobis inſultandi & aduerſus nos muſsitandi materies? An non de altari viuit, qui altari ſeruit? Et cur nos tàm opulentis ſacerdotiis inſtructi credimur, cũ plurimos in Gallia reperire liceat, quorum quilibet plura numero & locupletioria annuo reditu poſsideat, quàm nos omnes ſimul poſsideamus, quotquot in Gallia viuimus; qui tamen nõ intermittunt quò minus præterea fructus laborum ſuorum colligant. Sed cur tãquam prædones accuſamur, eò quod laborum noſtrorum mercedem recuſamus. Anné prædones ſumus, eò quod debitum ſtipendium ab auditoribus noſtris in ſcholis & templis non capimus? At coguntur plus ſoluere. Quis verò hoc affirmat? An ne dici debet, an ne dici poteſt homines à nobis cogi, vt plus ſoluant, quàm debeant, & id quod non debent, quia id quod debent recuſamus? Quod ſi cùm Eleemoſynis & gratuitò collatis beneficiis, acciperemus etiã

ſala-

ſalarium laboribus noſtris compenſandis(quod multi non immeritò in more poſitum habent)an idcirco iuſtè reprehẽderemur? Quod ſi min⁹ eo, quod nobis permiſsũ eſt, accipimus, cur accuſamur, cur traducimur, cur auaritiæ inſimulamur, in eo quod non niſi liberalitatis argumentũ eſt?

Iure affirmamus, antiquum illum ſerpentem, Dei hominumq́ꝫ calumniatorem, inexſaturabili odio in nos inflammatum eſſe, quod tàm petulanter in nos Satellitum ſuorum linguas exacuit & exaſperat, paupertatemq́ꝫ noſtram & actionum integritatem criminatur, vt habeamur auari & opulenti, vtqꝫ in inuidiam & odium omnium incurramus, & tandem neceſsitate preſſis omnem ad alienam benignitatem & miſericordiam aditum intercludat. In hunc modum, quadringentis ab hinc annis, calumniatus eſt quatuor illos ſanctitate præſtãtes Ordines, quos *Mendicantes* nominamus, quorum viuendi inſtitutum, aiebat eſſe otioſorum perfugium, iniuriam inopum, & Reipublicę nocumentum. Fierinè poterat, vt naturæ ſuę magis conuenienter, hoc eſt, magis calumnioſè, verbiſqꝫ blandioribus improbitatem ſuam velaret, virtutemq́ꝫ longè pulcherrimam diffamaret? Quid enim generoſius, quid magis heroicum, quàm ſi quis omnia terrena deſpiciat, ſpeqꝫ vel vnius rei acquirendæ ſeſe abdicet, reiecta omni cura in diuinam curam, alienamqꝫ beneficentiam, quò quis omni ſolicitudine ſolutus, eò impenſius cultui diuino vacare queat.

Si igitur nos contenti iis, quæ nobis dantur titu-

titulo fundationis, cum Collegia inſtituuntur, ſeu titulo quotidianæ Eleemoſynę, vt fit in domibus profeſsis, quæ nullos certos fixoſq; prouentus admittunt, nihil mercedis ex conſuetis miniſteriis accipimus; cur aduerſarij noſtri tàm prompti ſunt, vt nos tàm dentatis verbis lacerent, totq; contumeliis afficiant? Nonné vberiorem & potiorem materiam habebant noſtri propoſiti & inſtituti laudandi & efferendi, quã maledicentiæ ſuæ aculeis temerè & inaniter eius configendi?

CAPVT XVII.

Cur Societas nomine IESV *inſigniatur, refellanturq; calumnia obiecta.*

NEC nomen Societatis intactum abire ſinunt. Nam ſuperbię nos arguunt, eò quod IESV nomine inſigniatur. An non id fit ſine ratione, dum nudis ſyllabis criminationum ſuarum commenta inædificant? Sæpiſſimè reſponſum eſt, à Sede Apoſtolica noſtrum Ordinem nomine hoc ornatum, idemq; ab Oecumenico Concilio Tridentino approbatum eſſe, nec arrogantia, ſed pietate inductos appellationem hanc nos admiſiſſe. Sed iſti nulla vnquã ratione ſibi ſatisfieri paſsi ſunt; imò iiſdem calumniis perpetuò inſiſtentes, ſcribere non erubuerũt, nos eſſe blaſphemos, eò quod Ieſuitæ vocemur. Bone DEVS, quæ hæc tandem inquiſitio? An non longè eſt ſeuerior quàm Hiſpanica; quam iſti tantoperè execrantur? Si *Ieſuitæ*

nomen

nomen blaſphemiam olet, quia à Iesv deducitur, oportet, vt & Chriſtiani nomē aliquid blaſphemiæ admixtum habeat, quia à Chriſto deriuatur, & æquè venerationem meretur atq; nomen Iesv. Ergò omnes Chriſtianos blaſphemię condemnare, nomenq́ Chriſtiani repudiare debebimus. Quod ſi nomen *Chriſtianorum* in honorem Chriſti ceſsit, cur nomen *Ieſuitæ*, ex nomine Iesv formatum, in eiuſdem contumeliam redundaret; præſertim cùm nomē hoc nos nō formauerimus, ſed populus? Sedes Apoſtolica Societatem noſtram Iesv nomine inſigniuit; hinc factum, vt vulgus Ieſuitas nos appellaret; quam nomēclaturam admiſimus, quippe omnis incommodi expertem.

Sed aiunt; an non omnes Chriſtiani ſunt de Societatę Iesv? Non abnuimus; quin hoc ipſum noſtri purgandi & defendendi cauſa opponimus. Nam ſi omnes Chriſtiani ſunt Societatis Iesv, vtiq; & nos ſumus, qui Dei beneficio Chriſtiani ſumus. Si Societatis Iesv ſumus, quà Chriſtiani: cur non nominemur Societatis Iesv & Ieſuitæ? Sed obiiciunt; nos nobis ſolis hanc Societatem, & nominis huius honorem vendicare velle, excluſis cęteris. At quis hoc dicit? Annė vllum vnquam interdicto arcuimus; & vt maximè aliquem arcere vellemus: an eius faciendi nobis poteſtas vel facultas ſuppeteret? Annė ex hoc quod Societatis Iesv cognominamur, ſequitur, cæteros à nobis ab hac appellatione excludi? quæ nobis data eſt tanquam teſſera,

vt quæ

vt quæ ſit vocatio noſtra ex ipſo nomine diſcamus.

An Religioſi, quibus nomen à SS. Trinitate venit, hac nota, quam munere Sedis Apoſtolicæ obtinent, excludere conantur reliquos Chriſtianos, qui fidem Trinitatis ſanctè colunt? An ſuperbiæ accuſandi ſunt, quod hoc titulo vtantur, qui altius quid ſonare videtur, quàm nomẽ IESV, quippe trium perſonarum diſtinctionem & in vna eſſentia vnitatem ſignificans, quod omnium myſteriorum Chriſtianæ Fidei longè eſt prçcellentiſsimum, & immenſitatis potentiæ diuinę argumentum certiſsimum. Maieſtas tua, *Rex Chriſtianiſſime,* quotannis nouis equitibus honorat & adauget Ordinem S. Spiritus, cuius conſortes *Equites S. Spiritus* audiunt. An nõ omnes Chriſtiani equites S. Spiritus? omnes enim in hanc ſodalitatem nomina ſua dederunt, vt in ea aduerſus Sathanam militent. An non æquè grãdis Ordinis illius titulus & ipſe Ordo, ac Societas IESV? An non ab vna Sanctiſsimę Trinitatis perſona mutuatur nomen? Anné propterea profanus eſt, & ſuperbiæ plenus? Anné alios fideles ab Ordine & militia Spiritusſancti repellit? Quod ſi in his & id genus aliis cognomentis, nihil eſt quod non ſit plenum pietatis, deuotionis & Religionis, (quippe quæ omnia diuerſos Catholicæ Eccleſiæ Ordines indicent) cur tanta & tàm acerba in Ordinem noſtrum ſit impreſsio? Cur alij ab omni oblocutione immunes viuunt, nos verò ſoli omnium obtrectationibus obnoxij ſumus? Cur blaſphemi in nomen IESV pronunciamur,

ciamur, quod nomine IESV Ordinem noſtrum prænotemus, & quaſi frontiſpicium Spiritualis noſtri ædificij decoremus?

Reſpublica Geneuenſis nomine IESV inſignit monetam abſq; vllius querimonia aut reprehẽſione; & nobis abſque blaſphemiæ crimine non licebit Societati noſtrę hoc nomen præſcribere? Bone DEVS, reſpice tandem ad iſtas obtrectationes & calumnias, tenebraſq; perturbatarum mentium lucidiſsimę veritatis tuæ radiis diſcute, vt intelligant, quàm malè agant, dum de animi noſtri propoſito & conſilio, eo modo, quo ſolent, ſententiam ferunt, quodq; deterius eſt, nos ob tuum, quod vſurpamus, nomen variis criminationibus exagitant; ſeſeq; in eorum, qui te in membris tuis perſequuntur, claſſem redigunt. Effice clementiſsime DEVS, nos dignos eo fauore, & ea beneuolentia, qua nos hoc ipsũ permittendo dignaris; cùm enim has & alias eiuſdem generis perſecutiones Apoſtolis tuis prædiceres, beatos illos fore pronunciaſti, qui perſecutionem paterentur, & quorum nomen tanquam malum eiiceretur: Benedictum ſit nomen Maieſtatis & glorię tuæ, quòd nobis occaſionem ſuppedites ſubeundæ ignominiæ coràm mũdo, ab ipſis mundanis procuratę, quodque huius beatitudinis nos etiam participes fieri largiris.

Is quem modò allocuti ſumus, *Chriſtianiſsime Rex*, eſt ille ipſe, quem tu adoras, qui Reges cõſtituit, familiaſq; religioſas in terris inſtituit. Ipſe eſt, qui manum tuam ſceptro regali inſigniuit, caput-

caputq; tuum Regio diademate poſt tot diſcrimina cinxit. Ipſe etiam eſt, qui hanc minimam Societatem in orbem introduxit, ſuperatis tot difficultatibus, quas ſeculum hoc moribus tàm deprauatum obiiciebat. Cauſæ præſtantiam arguit effectus, opuſq; artificem notificat. Maieſtas tua faciet id, quod Regem decet, ſi Societatem hanc, amore illius, à quo inſtituta eſt, amet; ac tueatur; vt ipſe viciſsim regnum tuum cuſtodiat & foueat; cuius gubernaculum cum ſuprema poteſtate ideò tibi contulit, vt innocentiam ab improborum impreſsionibus; & imbecillitatem à violentia defenſam præſtes.

CAPVT XVIII.

Refutatio recentis cuiuſdam criminationis de Comite Mauricio.

ALIAS non paucas accuſationes notas, & indices liuidi & maleuoli animi, quo aduerſarij erga nos affecti ſunt, de induſtria præterimus: tum quia parui momenti: tum quia regiis auribus indignæ. In ſpecie tamen, ſed breuiter, reſpondebimus ad ea, quæ proximis menſibus aduerſus nos ad te detulerunt, vt vno ab exemplo, eoq; recenti diſcas, ex qua nam materia, & in qua officina, aduerſarij noſtri iacula in Societatem noſtram fabricare ſoleant. Superiore Aprili miſſus eſt quidam ex noſtro Ordine in Belgium, ſanitatis recuperandæ gratia, in natali ſolo & cœlo, vir Religioſus, ſimplex, rectus, & in omnibus actionibus totius vitæ manſuetus, vt cunctis notum eſt, quibus ipſe no-

tus eſt. Paucis diebus Antuerpiam incolumis peruenit. Aduerſarij noſtri, qui perpetuas agũt excubias, vt explorent, quid rerum geramus (vtinam verò ſincerè rebus noſtris explorandis inuigilarent, certoq́ꝫ obſeruatas abſq; fraude & mendacio in vulgus enunciarent) quiq; eum abeuntem viderant, nõ intermiſerunt, quò minus calumniam cõtexerent, ita appoſitè, vt eo ipſo tempore, quo Religioſus ille noſter ſcripſerat, ſe Antuerpiam attigiſſe, iſti publicè ſpargerent, eum à nobis in Belgium ablegatum, vt conſiliis ſuis Comiti Mauricio exitium ſtrueret; iamque Dieppæ captum, & in vincula coniectum eſſe, breuiq́ꝫ capitali ſupplicio affectum iri.

Egregij iſti viri, magno quidem animo calumnias in nos cudunt, ſed ineptè agunt, dum ita cudunt, vt ab omnibus videri, imò tangi poſſint. Si fingere & mentiri lubet, cur nõ fingunt & mentiuntur cũ aliqua veriſimilitudinis ſpecie? An non inſana quadam noſtri inſectandi libidine tenentur? Nonné corde & mente carent, dum per calumniam nobis hæc talia, & iſto modo imponunt? Quid nobis Gallis negotij cum Comite Mauricio? Quæ ratio ſpecialis ſuppetit, vt inimicitias cum ipſo ſuſcipiamus? An quia Regi Catholico aduerſatur & fidei noſtræ? Ergò contra Turcarum Regem arma nobis capienda erunt, mittendiq́ꝫ Conſtantinopolin, qui inſidias ſtruant. Item contra omnes Principes Ethnicos, quotquot ſol aſpicit. At num hoc facimus? Num facere poſſumus? Num vnquam fecimus? Probent hoc aduerſarij, ſi probare queũt. Nonné ſat

ne ſat multi in Hiſpania erant, qui mitterentur, quid opus erat ex Gallia aliquem ad hoc deligere? An adeò temerarij, truculenti, ſanguinis appetentes, Deiq; hominumq; obliti ſumus, vt bellum omnibus, etiam ſupremis orbis terrarũ Principibus, indixerimus, telaq; noſtra in omnes mortales exacuerimus? Anné eo conſilio mundo, iiſq; quæ in mundo ſunt, valediximus, vt omnium hominum ſceleſtiſsimi efficeremur, ſceleſtiores quoq; ipſis Turcis & Tartaris? An non calumniatores iſti digni ſunt, qui ſupplicium latronum ſubeant, cùm nos tam nefariè tanquam publicos latrones inſectari non erubeſcant?

At quid opus refellere hæc mendacia tã manifeſta, & tam inſcitè excogitata? Sufficiat dicere, eos nunquam facturos finem comminiſcendi & euulgandi quidquid maleſanum cerebrũ dictauerit, quamdiu perſuaſum habebunt, nos tuæ Maieſtati inuiſos eſſe, & vt eam in nos magis exaſperent & exulcerent, non deſiſtent intonare crimina, Reoſq; criminum; conſpirationes, & conſpirationum ſocios; inquiſitiones, informationes, & quidquid mendaciorum parens (quo præceptore vtuntur) ſuggeret, id totum largiter proment. Speramus tamen fore, *Rex*, vt tanquam legitimus Princeps, iuſtitiæq; Præſes, alteram aurem nobis ſerues; memor dicti cuiuſdã Lotharij Imperatoris. *Alteram partem audire oportet.*

CAPVT XIX.

Religioſos Societatis nec in Confeſſionibus audiendis, nec in templis, nec in ſcholis, nec alibi dehortari ſubditos ab obedientia Chriſtianiſſimo Regi præſtanda.

SVPRADICTAE criminationi addiderũt, nos confeſsionibus abuti; item nos priuatim & publicè dehortari homines, ne pro tua Maieſtate preces fundant, nouis impoſturis antiquas accuſationes firmare conati; videlicet, nos ſpeciales eſſe Maieſtatis tuæ hoſtes; malè obtemperantes, malè erga Rempublicam affectos. Quæ calumniæ, tam impudentes ſunt, & veritati tam euidenter repugnant, vt eas enumeraſſe ſit refutaſſe. Nihilominus vt maledici iſti erubeſcant (ſi tamen modicum quid ruboris ex vultibus tam perfrictis excuti poteſt) & vt Maieſtas tua totum rei ſtatum perfectius cognoſcat, prouocamus primùm generatim contra iſta mendacia, ad teſtimonium totius Aquitaniæ, & ciuitatis tuæ Burdegalenſis, tui ſtudioſiſsimæ, in cuius conſpectu viuimus, & quæ ſint actiones noſtræ quotidiè cominus intuetur. Nec appellamus tantum ad Catholicorum, ſed etiam ad eorum teſtimonium, qui Religione à nobis diſſentiunt; qui crebrò conciones noſtras audiunt, nobiſcũ loquuntur, & nobiſcum familiariter conuerſantur. Teſtentur Catholici, accuſent nos iſti publicè, ſi poſſunt, num quid vnquã in noſtris actionibus notauerint, quod Gallos,

Patriæ

Patriæ amantes, & tuæ Maieſtatis fideles ſubditos non deceret. Dicant,an vnquam vllum verbulum, quod ad ſeditionem aut rebellionem, quoquo modo pertineret,ex ore noſtro audiuerint. Exquiratur hoc à tot hominum millibus, qui ſacerdotibus noſtris peccata confeſsi ſunt. Inquiratur in admonitiones & exhortationes ad ſingulos pœnitentes inſtitutas.

Speciatim aduocamus teſtimonium Curiæ Burdegalenſis, quæ in obſequio Maieſtatis tuæ nulli cedit.Itē Domini Mareſchalci de Matignō, qui ab omnibus habitus eſt prudētiſsimus, & ab ineūte ætate rebus tuis fideliſsimè ſtuduit. Patri addimus filium Comitē à Torigny,qui nunc huic vrbi præſidet.Nec omittimus huius vrbis Iuratos,quibus nihil magis curę,quàm vt Maieſtati tuæ fideliter ſeruiant. Teſtes inſuper citamus & laudamus Capitulum & Clerum Burdegalenſem,& Eccleſiaſticos aliorum locorum,qui operam noſtram expetierunt, eaq; non inutiliter vſi ſunt;quod itidem factum ab aliis Prælatis & Dominis tàm huius Prouinciæ, quàm Aquitaniæ. Iſti omnes vno ore fatebuntur, Rex, nos ab aduerſariis noſtris immeritò calumniis inceſsi,eoſdemq; benignitate tua abuti.

Teſtabuntur modum agendi noſtrum alium non fuiſſe, quàm qui veros Religioſos, probos ſubditos,humillimos & fideliſsimos Maieſtatis tuæ ſeruos deceat,qui in noſtris concionibus, in audiendis confeſsionibus, & cæteris functionibus populum exhortamur, vt pro ſalute & proſperitate Maieſtatis tuæ Deo aſsiduè ſupplicet;

vt Magiſtratui debitam obedientiam præſtet; vt gratiâ Dei, pacificè & concorditer vitam agat, & nominatim, vt vitam fortunaſq; ſuas in ſubſidium Maieſtatis tuæ alacriter impendat, quod factum, cùm in obſidione vrbis Ambianenſis Gallia extremam quaſi fortunæ aleã ſubiret. Quod ſi quandoq; neceſſarium fuit hæreſes refutare; id fecimus debitâ modeſtiâ, nec pauci in his Aquitaniç partibus, auditis noſtrorum diſputationibus, ſaniorem mentem acceperunt, relictis prauis dogmatis; iamq; tibi longè ſunt addictiores & fideliores, quàm vnquam antea. Et hoc fortaſſe eſt, quod noſtros aduerſarios adeò aduerſus nos exſtimulat; vident videlicet nos, indefeſſo ſtudio eniti, vt ad Eccleſiam reducamus, qui ab eadem per varios errores abſtracti fuerant. At hæc noſtra profeſsio eſt, hæc noſtra negotiatio eſt, & hic noſter quæſtus, cuius gratia libenter vitam profundemus. Curia illa, quç in hac prouincia, ius dicit, gladiumq; Iuſtitiæ moderatur, Maieſtati tuæ litteris explicauit, actiones noſtras non eſſe alias, quàm hactenus dictum. Fierinè poteſt, Rex, vt oculus Curiæ illius tàm perſpicax, tamq; acutus, non penetraret ad ipſa quaſi actionum noſtrarum cubilia; & ſi intellexiſſet actiones noſtras, neq; Regno tuo, neq; Religioni Catholicæ, fructuoſas eſſe; an vel vno momento in præcipua totius Aquitaniç vrbe nos commorari permiſiſſet; & quidem ille Senatus, qui in officio erga te immotus perſtitit, tùm, cùm cæteri videbantur nutare; qui erga imperium tuum maxima amoris ſignificatione

fere-

ferebatur, quando plus oppugnabatur; qui rebus tuis tùm maximè proſpexit; quando maximè periclitabantur; qui bellum rerumq; penuriam,& vtriuſq; violentiam pertulit, vt tibi fidem ſuam probaret; ex quo nonnulli capti, in carcerem coniecti,ſuiq; redimendi cauſa ad ingentes ſumptus faciendos adacti ſunt. Hęc & id genus plurima alia fidem tibi facere poſſunt, *Rex*, vt tibi perſuadeas, Curiam hanc tui eſſe obſeruantiſsimam,ac proinde etiam teſtimonium eius veriſsimum eſſe.

Quod attinet ad Dominum Mareſchalcum de Matignon,piæ memoriæ,eximium illum Regum Anteceſſorum, & Maieſtatis tuę belli paciſq; tempore famulum, etiamſi iam voce nobis teſtimonium dare nequeat; at res ab eo geſtæ pro nobis loquuntur.Ipſe eſt, qui nos ſecedere iuſsit ad S. Macarium, locum in mediis illis belli turbis tuæ Maieſtati ſemper ſubiectum; data interim libera facultate Burdegalam eundi, & negotia domeſtica curandi;quod fecimus,ita vt nulli vnquam ſiniſtræ ſuſpicioni occaſionē prębêremus. Poſtquam Galliæ ea felicitas obuenit, vt te Eccleſiæ filium videret, mandauit, vt Burdegalam in noſtrum Collegium reuerteremur,& ſolita officia repeteremus, cōcionibusq; ad populum operam daremus, de quo etiam Maieſtatem tuam certiorē fecit; ſuamq; fidem, velut fidelitatis noſtræ pignus, tibi obligauit,vt ex ipſius ore intelleximus;quod item non ſemel Parlamento confirmauit. Iuſsi rediimus, ipſe quid ageremus, oculis ſuis aſpexit; Collegium

luſtrauit, concionum noſtrarum auditor fuit; cæteras actiones accuratè perpendit, & approbauit, iudicauitq́; non modò Catholicæ Eccleſiæ; ſed etiam Maieſtatis tuæ imperio, vrbis commodo, Regionis tranquillitati, animorum coniunctioni & mutuæ concordiæ, ſe Præfecto, & te Rege conducibiles. Annè præclarus iſte & prudentiſsimus gubernator, inſignis iſte eques & generoſus Dux militum, cùm iſta ageret, errabat penuria prudentiæ & ſolertiæ? Haud equidem. Hanc enim prouinciam ſapientiſsimè ſedecim annis aut circiter rexerat, idq; ea tẽpeſtate, quę tantis tempeſtatibus iactata, tantis difficultatibus obruta, tantis diſſenſionibus diſtracta fuerat, quantis vlla alia iam inde ab ipſis bellorum ciuilium primordiis. Multò minus errabat ille hæc agendo defectu voluntatis & ſtudij erga ſuũ Regem. Res quas pro tua Maieſtate tam ſtrenuè, perruptis omnibus difficultatibus effecit, abundè teſtantur, quo animo in hoc Regnum, & quàm fidelis in obſequio Maieſtatis tuæ fuerit. Si tam prudens, tam inuictus, tam tibi *Rex*, addictus famulus in actionibus noſtris vel minimam maculam deprehendiſſe, ex iis, quibus aduerſarij noſtri innocentiæ noſtræ veſtem inquinare conantur, reduxiſſetné nos Burdegalam? An vllo amore nos dignatus fuiſſet? Animumné ſolita miniſteria reſumendi & obeundi addidiſſet? An non opera noſtra ipſemet vſus, ex tot fidei noſtræ experimentis & effectis edoctus, planè ſibi perſuaſit; actiones noſtras Regno & Reipublicæ vtiles, imò neceſſarias eſſe?

Hoc

Hoc vnicum teſtimonium, *Rex*, ſat validum eſt diſsipandis & diſiiciendis omnibus contrariis aduerſariorum noſtrorum narrationibus. Nam teſtis, qui id dedit, tantis circumſtantiis prudentiæ, fidei, integritatis, & id genus aliis cõditionibus inſignitus eſt, vt nulla aduerſus eum exceptio locum habeat, nullaq; cauillatione auctoritas eius eludi vel eleuari queat. Si tamen Maieſtas tua certius & penitius totam hanc rem intelligere cupit; gratum nobis erit, ſi ſeligat ex ſuis, quos & fides in tuam Maieſtatem, & dignitas præ cæteris commendat; ex Prælatis & Capitulis, vel ex Parlamentis, ex Nobilibus, ex Officialibus, Gubernatoribus, & Præfectis ſui Regni, vel ex populo, cuius vox, vox DEI eſſe fertur, vel ex quocunq; demum Ordine libuerit, eorumq; fidei & narrationi fidem vt habeas nihil moramur; imo vltrò id optamus. Non ſubterfugimus, quò minus teſtimoniis eorum, apud tuum tribunal, ſtemus aut cadamus; nec vllum recuſamus; imò non abnuimus, vt Maieſtas tua teſtimonium vitæ & actionum noſtrarum accipiat, non modò à Catholicis, ſed etiam à non paucis aliis Aquitaniæ indigenis, diuerſæ quidem religionis; ſpectatæ tamen virtutis & dignitatis. Verba ex ſuperiore loco fecimus, & in pleriſq; locis, quorum gubernacula tenent, erudiendo populo operam dedimus; nec aliud vnquam præter Catholicæ Religionis dogmata explanauimus; multitudinem ad honorem Maieſtati tuæ debitum, ad obedientiam, & obſeruãtiam, & ad preces pro tua, Regniq; tui ſalute &

 proſpe-

proſperitate concipiendas cohortati ſumus. Teſtentur, quæ cognita habent; ſperamus nihil omnino dicturos, quod tibi, *Rex*, diſpliceat, aut cauſæ noſtrę officiat.

CAPVT XX.

Quis ſit Auctor calumniarum & quis finis.

ANTE autem quàm finem huic libello imponamus, breuiter exponamus, quænam ſint cauſæ tot calumniarum, quibus paſsim traducimur & laceramur. Nec abs re erit, ſi hac clauſula apologiam hanc terminemus. Meritò mirari potes, *Rex Chriſtianiſsime*, meritò mirabuntur alij quoq; , qui hæc cognouerint, cur tot criminationibus appetamur & proſcindamur, cum noſtra innocentia ſit tam manifeſta. Quò ſit, vt & locus & materia ipſa exigat, vt huius rei cauſas aperiamus, quæ cognitio cuiuis quidem Chriſtiano admodum vtilis eſt, vt ſeſe aduerſus Dæmonis technas & dolos muniat; præ cæteris tamen Regibus & Proceribus neceſſaria videtur, quorum munus, innocentes tueri & improbos ſuppliciis dignis mulctare, inprimis autem calumniatores, qui Principum aulas perturbant, & non rarò morbos immedicabiles in Rempublicam inuehunt. Prima calumniarum cauſa, *Rex Chriſtianiſsime*, ex pernicioſo planè fonte manat. Proficiſcitur enim ab eo, qui ex Angelo factus eſt Diabolus, hoc eſt, calumniator. Nomen enim *Diaboli* ſigni-

ſignificat *calumniatorem* aut impoſtorem, aut mendacem accuſatorem. Itaq; à S. Ioanne nominatur fratrũ & filiorũ DEI accuſator, hoc eſt, *calumniator.* Nam primum malitiæ ſpecimen, quod Angelus poſt lapſum dedit, aliud non fuit, quàm calumniari, & quidem non creaturam, ſed Creatorem. Nam cũ Eua ſermocinãs aiebat: *Nequaquam moriemini, ſcit enim* DEVS, *quod in quocunque die comederitis ex eo, eritis ſicut Dij.* Quib⁹ verbis innuebat, DEVM mentitum eſſe, quando primis parentibus mortem comminatus eſt, ſi fructum vetitum guſtarent, hocq; interdictum per inuidiam tuliſſe. Geneſ. 2.

Quæ certè grandis & blaſphema calumnia erat. Quid enim ab omni pietate magis abhorret, quàm primam & ſummam veritatem mendacij, ſummamq; bonitatem inuidiæ accuſare? Et tamen ille ipſe erat, qui in DEVM mendax erat, caſumq; miſerabilem homini per inuidiam ſtruebat. Ipſe lingua mentiebatur, & voluntate ſua improbum factum verſabat: DEVS autem & in verbis verax, & in operibus non niſi ſummè bonus permanebat. Ex hoc facto, lubricus ille & tortuoſus impoſtor, *Diaboli* cognomentum traxit, & in omne æuum calumniæ prototypum effinxit, duobus modis efformatũ; quorum alter, alterius virtutem accuſare per falſam vitij contrarij inſimulationem; Alter alienam virtutem ſibi vt propriam vendicare; idq; proprię malitiæ velandæ gratia. Ita tunc cœpit, & eo, quo cœpit pede, pergere porrò inſtitit; & ad-

huc

huc pergit calumniis inceſſere DEVM & cœlites, Dominum & ſeruos; eandemq́ artem docet, qui eam doceri cupiunt; & calumniatores efficit, vt calumnientur eo modo, quo ipſe calumniatur, & vt probos calumniis ſuo exemplo traducant. Nam improbi propriè non ſunt calumniis obnoxij, ſed legibus & iuſtitiæ; quippe qui ſemper ſecum ferant argumenta, quorum gratia iuſtè accuſari & puniri queant. At iuſti & innocentes meritò accuſari non poſſunt. Idcirco ſi accuſentur, calumniam & perſecutionem patiuntur ob ſermones aduerſus ſe confictos. E contrario quando improbus accuſatur, & debitis pœnis afficitur, tum id fit, quod & rei veritati, & ipſi iuſtitiæ conſentaneum eſt.

Hoc calumniæ flagello, ſemper generatim lacerata fuit Eccleſia in corpore ſuo, & ſpeciatim in membris; id quod ipſius Eccleſiæ caput iam olim prędixerat; cũ Apoſtolos & diſcipulos, & in his omnes fideles, ad huiuſmodi contumelias æquo animo ferendas, cohortatione ſua confir-

Matth. 5. maret. *Beati eſtis*, aiebat, *cùm male dixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne* malum aduerſum vos, mentientes, *& eiecerint nomen veſtrum tanqnam malum, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.*

Matth. 10 Et alibi; *Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrũ; ſi me perſecuti ſunt; & vos perſequentur.* Item: *ſi patremfamilias Beelzebub vocarunt, quanto magis domeſticos eius.* Hac cautione, & hoc ſuo exemplo præmuniebat Chriſtus Chriſtianos aduerſus calumnias, quibus ipſi præ cæteris mortalibus obnoxij

erant

erant futuri. Ipſemet ergò Dominus perſecutiones & calumnias varias prius ſubiit; ad cuius exemplum cõformati poſtea Martyres, & quotquot Eccleſię patrocinium aduerſus Hæreticos ſuſceperunt, in eodem ſtadio decertarunt, eundemq; curſum decurrerunt; & eandẽ notam, tãquam inſigne quoddam honoris, circũtulerunt.

Cæterùm inter omnes calumnias, quibus capitalis ille hoſtis Devm & ſanctos inſectatus eſt, aliiſq;, vt eos inſectarentur, perſuaſit; principem locum tenent illæ, quibus eos traduxit, vt hoſtes & proditores Regum; vt Religionis improbæ Auctores; vt moribus vitæq; inſtituto ſceleratos: Nam huiuſmodi calumniarũ materies admodum efficax eſt ad irritandum, & ad ictum lethalem infligendum idonea, & ad quæuis nocumenta inferenda perquam accommodata; quippe magni ponderis, & ex qua quàm plurima alia colligi ſoleant. Cùm Iudæos, qui ſub Aſſueri Regis Perſarum ditione captiui degebãt, perdere & funditus delere inſtituiſſet; ſtatim Amanem egregium & potentem Aulicum, infenſiſſimum Iudæorum hoſtem, ſibi delegit; quem in calumniarum ſchola erudiret, & hac tam pernicioſa diſciplina imbueret. Nec mora: Diſcipulus ille admodum docilis & calumniarum diſcendarum capax ad Regem adiit, hiſque verbis eundem aduerſus Iudæos irritauit: *Eſt populus per omnes prouincias Regni tui diſperſus, nouis vtens legibus, & cæremoniis, & quod deterius eſt, Regis ſcita contemnens, & optimè noſti, quod non expedi-* *Heſter. 3.*

pedi-

CAPVT XIX.

Religioſos Societatis nec in Confeßionibus audiendis, nec in templis, nec in ſcholis, nec alibi dehortari ſubditos ab obedientia Chriſtianißimo Regi præſtanda.

SVPRADICTAE criminationi addiderũt, nos confeſsionibus abuti; item nos priuatim & publicè dehortari homines, ne pro tua Maieſtate preces fundant, nouis impoſturis antiquas accuſationes firmare conati; videlicet, nos ſpeciales eſſe Maieſtatis tuæ hoſtes; malè obtemperantes, malè erga Rempublicam affectos. Quæ calumniæ, tam impudentes ſunt, & veritati tam euidenter repugnant, vt eas enumeraſſe ſit refutaſſe. Nihilominus vt maledici iſti erubeſcant (ſi tamen modicum quid ruboris ex vultibus tam perfrictis excuti poteſt) & vt Maieſtas tua totum rei ſtatum perfectius cognoſcat, prouocamus primùm generatim contra iſta mendacia, ad teſtimonium totius Aquitaniæ, & ciuitatis tuæ Burdegalenſis, tui ſtudioſiſsimæ, in cuius conſpectu viuimus, & quæ ſint actiones noſtrę quotidiè cominus intuetur. Nec appellamus tantum ad Catholicorum, ſed etiam ad eorum teſtimonium, qui Religione à nobis diſſentiunt; qui crebrò conciones noſtras audiũnt, nobiſcũ loquuntur, & nobiſcum familiariter conuerſantur. Teſtentur Catholici, accuſent nos iſti publicè, ſi poſſunt, num quid vnquã in noſtris actionibus notauerint, quod Gallos,

Patrię

Patriæ amantes, & tuæ Maieſtatis fideles ſubditos non deceret. Dicant,an vnquam vllum verbulum, quod ad ſeditionem aut rebellionem, quoquo modo pertineret,ex ore noſtro audiuerint. Exquiratur hoc à tot hominum millibus, qui ſacerdotibus noſtris peccata confeſsi ſunt. Inquiratur in admonitiones & exhortationes ad ſingulos pœnitentes inſtitutas.

Speciatim aduocamus teſtimonium Curiæ Burdegalenſis, quæ in obſequio Maieſtatis tuæ nulli cedit.Itē Domini Mareſchalci de Matignō, qui ab omnibus habitus eſt prudētiſsimus, & ab ineūte ætate rebus tuis fideliſsimè ſtuduit. Patri addimus filium Comitē à Torigny,qui nunc huic vrbi præſidet.Nec omittimus huius vrbis Iuratos,quibus nihil magis curę,quàm vt Maieſtati tuæ fideliter ſeruiant. Teſtes inſuper citamus & laudamus Capitulum & Clerum Burdegalenſem,& Eccleſiaſticos aliorum locorum,qui operam noſtram expetierunt, eaq; non inutiliter vſi ſunt;quod itidem factum ab aliis Prælatis & Dominis tàm huius Prouinciæ, quàm Aquitaniæ. Iſti omnes vno ore fatebuntur, Rex, nos ab aduerſariis noſtris immeritò calumniis inçeſsi,eoſdemq; benignitate tua abuti.

Teſtabuntur modum agendi noſtrum alium non fuiſſe, quàm qui veros Religioſos, probos ſubditos,humillimos & fideliſsimos Maieſtatis tuæ ſeruos deceat,qui in noſtris concionibus, in audiendis confeſsionibus, & cæteris functionibus populum exhortamur, vt pro ſalute & proſperitate Maieſtatis tuæ DEO aſsiduè ſupplicet;

vt Magiſtratui debitam obedientiam præſtet; vt gratiâ Dei, pacificè & concorditer vitam agat, & nominatim, vt vitam fortunaſq; ſuas in ſubſidium Maieſtatis tuæ alacriter impendat, quod factum, cùm in obſidione vrbis Ambianenſis Gallia extremam quaſi fortunæ aleâ ſubiret. Quod ſi quandoq; neceſſarium fuit hæréſes refutare; id fecimus debitâ modeſtiâ, nec pauci in his Aquitanię partibus, auditis noſtrorum diſputationibus, ſaniorem mentem acceperunt, relictis prauis dogmatis; iamq; tibi longè ſunt addictiores & fideliores, quàm vnquam antea. Et hoc fortaſſe eſt, quod noſtros aduerſarios adeò aduerſus nos exſtimulat; vident videlicet nos, indefeſſo ſtudio eniti, vt ad Eccleſiam reducamus, qui ab eadem per varios errores abſtracti fuerant. At hæc noſtra profeſsio eſt, hæc noſtra negotiatio eſt, & hic noſter quæſtus, cuius gratia libenter vitam profundemus. Curia illa, quę in hac prouincia, ius dicit, gladiumq; Iuſtitiæ moderatur, Maieſtati tuæ litteris explicauit, actiones noſtras non eſſe alias, quàm hactenus dictum. Fierinę poteſt, Rex, vt oculus Curiæ illius tàm perſpicax, tamq; acutus, non penetraret ad ipſa quaſi actionum noſtrarum cubilia; & ſi intellexiſſet actiones noſtras, neq; Regno tuo, neq; Religioni Catholicæ, fructuoſas eſſe; an vel vno momento in præcipua totius Aquitanię vrbe nos commorari permiſiſſet; & quidem ille Senatus, qui in officio erga te immotus perſtitit, tùm, cùm cæteri videbantur nutare; qui erga imperium tuum maxima amoris ſignificatione

fere-

ferebatur, quando plus oppugnabatur; qui rebus tuis tùm maximè proſpexit; quando maximè periclitabantur; qui bellum rerumq́ penuriam,& vtriuſq violentiam pertulit, vt tibi fidem ſuam probaret; ex quo nonnulli capti, in carcerem coniecti,ſuiq́ redimendi cauſa ad ingentes ſumptus faciendos adacti ſunt. Hęc & id genus plurima alia fidem tibi facere poſſunt, *Rex*, vt tibi perſuadeas, Curiam hanc tui eſſe obſeruantiſsimam,ac proinde etiam teſtimonium eius veriſsimum eſſe.

Quod attinet ad Dominum Mareſchalcum de Matignon,piæ memoriæ,eximium illum Regum Anteceſſorum, & Maieſtatis tuę belli paciſq́ tempore famulum, etiamſi iam voce nobis teſtimonium dare nequeat; at res ab eo geſtæ pro nobis loquuntur.Ipſe eſt, qui nos ſecedere iuſsit ad S. Macarium, locum in mediis illis belli turbis tuæ Maieſtati ſemper ſubiectum; data interim libera facultate Burdegalam eundi, & negotia domeſtica curandi;quod fecimus,ita vt nulli vnquam ſiniſtræ ſuſpicioni occaſionē prębèremus. Poſtquam Galliæ ea felicitas obuenit, vt te Eccleſiæ filium videret, mandauit, vt Burdegalam in noſtrum Collegium reuerteremur,& ſolita officia repeteremus, cōcionibusq́ ad populum operam daremus, de quo etiam Maieſtatem tuam certiorē fecit; ſuamq́ fidem, velut fidelitatis noſtræ pignus, tibi obligauit,vt ex ipſius ore intelleximus;quod item non ſemel Parlamento confirmauit. Iuſsi rediimus, ipſe quid ageremus, oculis ſuis aſpexit; Collegium

luſtrauit, concionum noſtrarum auditor fuit; cæteras actiones accuratè perpendit, & approbauit, iudicauitq́, non modò Catholicæ Eccleſiæ; ſed etiam Maieſtatis tuæ imperio, vrbis commodo, Regionis tranquillitati, animorum coniunctioni & mutuæ concordiæ, ſe Præfecto, & te Rege conducibiles. Anné præclarus iſte & prudentiſsimus gubernator, inſignis iſte eques & generoſus Dux militum, cùm iſta ageret, errabat penuria prudentiæ & ſolertiæ? Haud equidem. Hanc enim prouinciam ſapientiſsimè ſedecim annis aut circiter rexerat, idq́ ea tēpeſtate, quę tantis tempeſtatibus iactata, tantis difficultatibus obruta, tantis diſſenſionibus diſtracta fuerat, quantis vlla alia iam inde ab ipſis bellorum ciuilium primordiis. Multò minus errabat ille hæc agendo defectu voluntatis & ſtudij erga ſuū Regem. Res quas pro tua Maieſtate tam ſtrenuè, perruptis omnibus difficultatibus effecit, abundè teſtantur, quo animo in hoc Regnum, & quàm fidelis in obſequio Maieſtatis tuæ fuerit. Si tam prudens, tam inuictus, tam tibi *Rex*, addictus famulus in actionibus noſtris vel minimam maculam deprehendiſſe, ex iis, quibus aduerſarij noſtri innocentiæ noſtræ veſtem inquinare conantur, reduxiſſetné nos Burdegalam? An vllo amore nos dignatus fuiſſet? Animumné ſolita miniſteria reſumendi & obeundi addidiſſet? An non opera noſtra ipſemet vſus, ex tot fidei noſtræ experimentis & effectis edoctus, planè ſibi perſuaſit; actiones noſtras Regno & Reipublicæ vtiles, imò neceſſarias eſſe?

Hoc

Hoc vnicum teſtimonium, *Rex*, ſat validum eſt diſsipandis & diſiiciendis omnibus contrariis aduerſariorum noſtrorum narrationibus. Nam teſtis, qui id dedit, tantis circumſtantiis prudentiæ, fidei, integritatis, & id genus aliis cōditionibus inſignitus eſt, vt nulla aduerſus eum exceptio locum habeat, nullaq; cauillatione auctoritas eius eludi vel eleuari queat. Si tamen Maieſtas tua certius & penitius totam hanc rem intelligere cupit; gratum nobis erit, ſi ſeligat ex ſuis, quos & fides in tuam Maieſtatem, & dignitas præ cæteris commendat; ex Prælatis & Capitulis, vel ex Parlamentis, ex Nobilibus, ex Officialibus, Gubernatoribus, & Præfectis ſui Regni, vel ex populo, cuius vox, vox D E I eſſe fertur, vel ex quocunq; demum Ordine libuerit, eorumq; fidei & narrationi fidem vt habeas nihil moramur; imo vltrò id optamus. Non ſubterfugimus, quò minus teſtimoniis eorum, apud tuum tribunal, ſtemus aut cadamus; nec vllum recuſamus; imò non abnuimus, vt Maieſtas tua teſtimonium vitæ & actionum noſtrarum accipiat, non modò à Catholicis, ſed etiam à non paucis aliis Aquitaniȩ indigenis, diuerſæ quidem religionis; ſpectatæ tamen virtutis & dignitatis. Verba ex ſuperiore loco fecimus, & in pleriſq; locis, quorum gubernacula tenent, erudiendo populo operam dedimus; nec aliud vnquam præter Catholicȩ Religionis dogmata explanauimus; multitudinem ad honorem Maieſtati tuæ debitum, ad obedientiam, & obſeruātiam, & ad preces pro tua, Regniq; tui ſalute &

proſperitate concipiendas cohortati ſumus. Teſtentur, quæ cognita habent; ſperamus nihil omnino dicturos, quod tibi, *Rex*, diſpliceat, aut cauſæ noſtrę officiat.

CAPVT XX.

Quis ſit Auctor calumniarum & quis finis.

ANTE autem quàm finem huic libello imponamus, breuiter exponamus, quænam ſint cauſæ tot calumniarum, quibus paſsim traducimur & laceramur. Nec abs re erit, ſi hac clauſula apologiam hanc terminemus. Meritò mirari potes, *Rex Chriſtianiſſime*, meritò mirabuntur alij quoq;, qui hæc cognouerint, cur tot criminationibus appetamur & proſcindamur, cum noſtra innocentia ſit tam manifeſta. Quò fit, vt & locus & materia ipſa exigat, vt huius rei cauſas aperiamus, quæ cognitio cuiuis quidem Chriſtiano admodum vtilis eſt, vt ſeſe aduerſus Dæmonis technas & dolos muniat; præ cæteris tamen Regibus & Proceribus neceſſaria videtur, quorum munus, innocentes tueri & improbos ſuppliciis dignis mulctare, inprimis autem calumniatores, qui Principum aulas perturbant, & non rarò morbos immedicabiles in Rempublicam inuehunt. Prima calumniarum cauſa, *Rex Chriſtianiſſime*, ex pernicioſo planè fonte manat. Proficiſcitur enim ab eo, qui ex Angelo factus eſt Diabolus, hoc eſt, calumniator. Nomen enim *Diaboli* ſigni-

ſignificat *calumniatorem* aut impoſtorem, aut mendacem accuſatorem. Itaq; à S. Ioanne nominatur fratrũ & filiorũ DEI accuſator, hoc eſt, *calumniator.* Nam primum malitiæ ſpecimen, quod Angelus poſt lapſum dedit, aliud non fuit, quàm calumniari, & quidem non creaturam, ſed Creatorem. Nam cũ Eua ſermocinãs aiebat: *Nequaquam moriemini, ſcit enim* DEVS, *quod in quocunque die comederitis ex eo, eritis ſicut Dij.* Quib* verbis innuebat, DEVM mentitum eſſe, quando primis parentibus mortem comminatus eſt, ſi fructum vetitum guſtarent, hocq; interdictum per inuidiam tuliſſe. *Geneſ. 2.*

Quæ certè grandis & blaſphema calumnia erat. Quid enim ab omni pietate magis abhorret, quàm primam & ſummam veritatem mendacij, ſummamq; bonitatem inuidiæ accuſare? Et tamen ille ipſe erat, qui in DEVM mendax erat, caſumq; miſerabilem homini per inuidiam ſtruebat. Ipſe lingua mentiebatur, & voluntate ſua improbum factum verſabat: DEVS autem & in verbis verax, & in operibus non niſi ſummè bonus permanebat. Ex hoc facto, lubricus ille & tortuoſus impoſtor, *Diaboli* cognomentum traxit, & in omne æuum calumniæ prototypum effinxit, duobus modis efformatũ; quorum alter, alterius virtutem accuſare per falſam vitij contrarij inſimulationem; Alter alienam virtutem ſibi vt propriam vendicare; idq; propriẹ malitiæ velandæ gratia. Ita tunc cœpit, & eo, quo cœpit pede, pergere porrò inſtitit; & adhuc

erant futuri. Ipſemet ergò Dominus perſecutiones & calumnias varias prius ſubiit; ad cuius exemplum cõformati poſtea Martyres, & quotquot Eccleſię patrocinium aduerſus Hæreticos ſuſceperunt, in eodem ſtadio decertarunt, eundemq; curſum decurrerunt; & eãdẽ notam, tãquam inſigne quoddam honoris, circũtulerunt.

Cæterùm inter omnes calumnias, quibus capitalis ille hoſtis DEVM & ſanctos inſectatus eſt, aliiſq; vt eos inſectarentur, perſuaſit; principem locum tenent illæ, quibus eos traduxit, vt hoſtes & proditores Regum; vt Religionis improbæ Auctores; vt moribus vitæq; inſtituto ſceleratos: Nam huiuſmodi calumniarũ materies admodum efficax eſt ad irritandum, & ad ictum lethalem infligendum idonea, & ad quæuis nocumenta inferenda perquam accommodata; quippe magni ponderis, & ex qua quàm plurima alia colligi ſoleant. Cùm Iudæos, qui ſub Aſſueri Regis Perſarum ditione captiui degebãt, perdere & funditus delere inſtituiſſet; ſtatim Amanem egregium & potentem Aulicum, infenſiſſimum Iudæorum hoſtem, ſibi delegit; quem in calumniarum ſchola erudiret, & hac tam perniciosa diſciplina imbueret. Nec mora: Diſcipulus ille admodum docilis & calumniarum diſcendarum capax ad Regem adiit, hiſque verbis eundem aduerſus Iudæos irritauit: *Eſt populus per omnes prouincias Regni tui diſperſus, nouis vtens legibus, & cæremoniis, & quod deterius eſt, Regis ſcita contemnens, & optimè noſti, quod non expedi-* *Heſter. 3.*

pediat regno tuo, vt inſoleſcat per licentiam, & tali libertate fruatur, decerne, vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ. Hæc ille in Iudæos; quibus tamen nulla natio Regi fidelior erat, & maiorum emolumentorum cauſa. Nam ſoli Iudæi cũ fructu pro Rege preces fundebant. Mardochæus ex genere Iudæorum paulò ante hanc calumniam exortam, Regem ab exitio ſeruarat, patefacta coniuratione in Regis caput inita. Et tamen eximius iſte calumniator Mardochæum odio habebat, & propter Mardochæũ iſtud ipſum odium ad omnes Iudæos proferebat, ſoloſq; Iudęos inſimulabat, tamquã perfidos, Regiiſq; mãdatis obſecũdare neſcios; quę duo vitia planè oppoſita erãt iis virtutibus, quibus Iudæi vel maximè erga Regem clarebant.

Nec erubuit aliquot aureorum chiliadas polliceri, ſi Iudæi exterminarentur; hoc contractu inito, furibundus properabat ad internecionem tot millium omnis culpę & noxę expertium; imò & ad euerſionem totius Monarchię. Probabile enim eſt, DEVM, qui protector & ſalus infirmorum eſt, mox vltorem miſſurum fuiſſe, qui tantam cædem vindicaret, ſi Rex ex ſocordia & oſcitantia permiſiſſet, vt nefaria illa cogitata reipſa perficerentur. Verùm præclarus ille Rex præſtitit id, quod Regem iuris dicundi præſidem præſtare oportet. Agnita calumnia mucronem in calumniatorem vertit, iuſsitq; vt Aman, in eo ipſo patibulo penderet, quod Mardochæo parauerat, cuius famam & exiſti-

mati-

mationem falſis accuſationibus & delationibus traduxerat.

Daniel Propheta, quo non fidelior vllus in aula Regis Babylonici Nabuchodonoſor, nec Reipublicæ vtilior, in ſimile periculum incidit, iiſdem, quibus ante illum alij, calumniis in Babylonia laceſsitus; videlicet, quòd Regis eſſet hoſtis, & imperata facere detrectaret; Nec ceſſarunt calumniatores, veriſsimi inimici Regis, donec effecerunt, vt in lacum leonum deiiceretur, præda leonibus mox futurus, tãquam contemptor edictorum Principis. At DEVS opem tulit, & tam Regi quàm calumniatoribus planum teſtatumq; fecit, Danielis Dominum eſſe DEVM. Quocirca Rex non permiſit, vt calumniatores impuniti abirent, ſed leonibus, quos Danieli parauerant, deuorandos obiecit. *Daniel. 6.*

Cùm DEI filius, homo factus, & inter homines diuinis operibus & concionibus nobilitatus, ad ineffabile illud & tremendum Redemptionis noſtræ certamen appropinquaret, haud ſui diſsimilis vetùs calumniator fuit; ſolitas fraudes & artes exprompſit, oculumq; liuentem taboq; fluentem, ad præclariſsima Chriſti facta adiiciẽs, machinas calumniarum intorſit, & eò quidem validiores, quò magis innocentia Chriſti eluceſcebat. Veneno igitur ſuo & tartareo furore Iudęorum pectora afflans, linguaſq; blaſphemas, viperarum inſtar, ad ſpicula verborum emittenda exacuens; effecit vt *inimicus Cæſaris*, *Dæmoniorum amicus, ſeditioſus & ſeductor populi* appellaretur. Quæ accuſationes moribus & actionibus

bus Saluatoris noſtri ex diametro erant oppoſitæ, cùm nullus vnquam legum obſeruantior, nullus vehementior Dæmonum exagitator & exactor; nullus magis pacis amans, vtpote ipſa pax, nullusque tam fidus veritatis Magiſter extiterit.

Nihilominus licet his, & id genus aliis virtutibus, ſpectatiſsimus eſſet, attamen improbus ille, mundi odium in eum concitauit; tandemq; informi letho perimendum procurauit. Quo tempore omnes ſuas calumnias, quaſi in vnum agmen, collegit, iiſque, ſuorum adminiſtrorum ore, Dominum noſtrum validiſsimè appetiit. Quo in negotio Iudæi egregiam operam Diabolo nauarunt, maximè quod attinet ad illam de Cæſare calumniam, quæ cæteris potentior erat, & quæ Pilatum eò itidem adduxit; vt ſententiam damnationis in innocentem pronunciaret. Quod accidit, quando vociferati ſunt: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe Regē facit, contradicit Cæſari.* Quæ verba Iudicis conſtantiam ad id vſq; punctum immotam labefactarunt, permoueruntq; vt manus ablueret aqua, & conſcientiam, per tam iniuſtam ſententiam, grandi ſcelere contaminaret.

Ioan. 19.

Eadem, quæ Domino, Chriſtianis euenerunt ſub Chriſtianæ fidei primordia. Accuſabantur tanquam Imperatoribus rebelles & infeſti. Traducebantur vt ij, qui pro Imperatorum ſalute DEVM precari nollent; Audiebant *Magi, incātatores, impoſtores, ſeductores*, imò nomen Chri-

ſtiani

ſtiani toti mundo petra ſcandali erat. Cur Dæmon has aduerſus Chriſtum & Chriſtianos turbas concitauit? Quia Diabolus eſt, & calumniator. At quo fine? Vt ipſis bonam exiſtimationē adimeret & infamiæ macula aſpergeret. Cur infamabat eos? vt paſsim inuiſos & exoſos redderet. Cur exoſos efficiebat? vt interrumperet curſum, progreſſum, fructumq; piorum & laudabilium actionum; vt Eccleſiæ commodis obſtaret; vno verbo, vt Chriſtianos perderet, & ex hominum conſortio expelleret. At cur diuina prouidentia ſinit, vt tam ſæua bella aduerſus fideles exſuſcitet? videlicet, vt probentur, *tanquam aurum in fornace,* & vt ex arduo certamine nobilem victoriam, & ex victoria coronam vitæ, & honoris immortalis reportent: hoc conſilio permittit, vt probentur & tententur; quos in ipſo probationis articulo minimè deſerit, ſed dextra ſua ſuſtentat; quod nos etiam de ipſo non iniuria in his noſtris probationibus perſuadere nobis poſſumus.

Ecce, *Rex Chriſtianiſsime,* auctor, origo, parens, cauſa efficiens, finis, & ſcopus calumniarū & calumniatorum; quos meritò quis nominet generis humani hoſtes, Reipublicæ peſtes, flagellū proborum, quos DEVS deteſtatur, quos Reges & Principes inquirere & accuratè inueſtigare, repertoſque ſeuerisſimé mulctare debent. Quod ſi Diabolus à ſua natura nunquam deſciſcit, ſed perpetuò Diabolus, hoc eſt, calumniator permanet; cuius feris dentibus iuſti, exercitationis ſuę gratia, obiecti ſunt; neq; mirum neq;

G nouum

nouum videri debet, ſi nobis, qui rectè viuere contendimus, adeò ſit infeſtus: ſi inuidiam ſuam in nos effundat; ſi nos exagitet; ſi ſanguinem noſtrum ſitiat; ſi in famam & exiſtimationem noſtram vngues ſuos iniiciat; ſi nos, quos ſummos principum cultores eſſe cōſpicit, tanquā Regum & Reipublicæ hoſtes, calumnietur, tùm infamandi gratia, tùm vt procerum animos in nos exulceret; ſi nos, quos tuæ Maieſtati deditiſsimos & addictiſsimos eſſe non ignorat; tanquam ſpeciales perſonæ tuæ oſores proclamet, quo indignationem tuam in nos exſtimulet; ſi nos, quos iuuentutis & multitudinis inſtitutioni indefeſſam operam nauare conſpicatur, ſeductorum & impoſtorum probroſis appellationibus dedecoret; vt nobis bene de proximis merendi occaſionem præcidat; ſi nos, quos rerum omnium inopes intuetur; traducat, tanquā omnium opulentiſsimos; ſi nos, quos omnia dimiſiſſe cernit; criminetur omnia habere velle; ſi nos, qui Devm in nomine ſuo honorare inſtituimus, in nomen diuinum blaſphemos eſſe mentiatur: & vt rem in pauca conferamus, ſi quidquid in nobis laude dignum reperit, id totum obfuſcet, nobiſq; vitia, quæ in ipſis calumniatoribus inſunt, adſcribat; vt nomen noſtrum omnibus deteſtabile, noſq; ipſos paſsim inuiſos efficiat, mortaleſq; à nobis auertat, & vt his impedimentis obiectis, interrumpatur & intereat laborum noſtrorum curſus; & fructus, & meſſis ſpiritualis, quam tum ex ſcholis, tum ex aliis functionibus noſtris metere, & in horrea Domini

mini inuehere conſueuimus; cui etiam Dominus vſque ad vltimos terræ fines benedixit.

Hoc furore deſæuiit immanis ille hoſtis in eos, qui nos bonitate & vitæ integritate longè antecedunt. Hoc telo armatus, impetum fecit in caput noſtrum; & in huius capitis membra, in Apoſtolos, in Diſcipulos, generatim in omnes Chriſtianos; & ſpeciatim in omnes Religioſas, ſanctimonia ſpectabiles familias, potiſsimùm ſub initia & quaſi ſub natalem diem. Eodem modo in Societatem noſtram debacchatus eſt, & eò quidem furioſius, quò eam adhuc teneriorem, & vix ex incunabulis egreſſam videt. Qua in re mirificè etiam adiuuatur ipſa calumniatorum multitudine, quæ hac extrema mundi ſenecta copioſiſsimo prouentu exſtitit; in id vnũ intenta, vt piis interitum machinetur, tandemque re ipſa exitium afferat.

CAPVT XXI.

Epilogus totius Apologiæ ad Chriſtianiſſimum Regem.

ERGO partes tuæ ſunt, tua munera, Rex Chriſtianiſsime, vt his tàm pernicioſis conſiliis & machinationibus obuiã eas, & qua vales diuinitus tibi cõceſſa auctoritate & poteſtate; gladio nimirum, quem ſiniſtræ tuæ iuſtitia commiſit, calumniatores diſiicias & diſſipes; ſceptroque, quo dextera inſignitur, criminatorum verſipelles aſtus perſequaris. Ius dicere, & ſuum cuique pro meritis tribuere, propria laus

Regum eſt,qui legum cuſtodes ſunt, vt & illud imbecillos tueri;quia potentia valent;& improbitatem dignis ſuppliciis coërcere; quia imméſæ illius & infinitæ bonitatis imaginem gerunt.

Si innocentiam noſtram demonſtrauimus,& à vitiis quorum inſimulamur,nos legitimè purgauimus: ſi eos, qui nobis hæc talia imponunt, genuinos calumniatores eſſe docuimus; habes, *Rex Chriſtianiſſime*, pręclaram occaſionem&materiam, vt te erga ambas partes Regem eſſe oſtendas, & vnicuiq; id, quod ei competit,aſsignes; nobiſq; ius ſuppetit recurrendi ad tuam Maieſtatem,prout iam quoq; ad eandem ſupplices confugimus,vt fideliſsimi ſubditi ad Regem & Parentem. Nō cupimus, vt vindicta de hoſtibus noſtris ſumatur:nec eorum ,quæ amiſimus, compenſationem quærimus; tantum petimus, ne curſus laborum noſtrorum,&exercitationū, & miniſteriorum tam in ſcholis, quàm in templis,& alibi intercidatur; ſed vt maneat nobis integra poteſtas & libertas noſtras functiones obeundi, ad ſalutem plurimorum tam amicorum;quàm inimicorum; idq; ſub auſpiciis & tutela Maieſtatis tuæ. Quidquid ingenij, quidquid virium & facultatis nobis ſupereſt, id totū in emolumentum Regni tui inſumere ſummoperè deſideramus.

Et vt *Rex Chriſtianiſſime*, propius intuearis, quàm æqua ſit noſtra petitio, & quàm impetrabilis eſſe debeat apud Regem Chriſtianiſsimū, aliud non petimus, quàm vt ſicut Miniſtris liberè &

rè & pacificè licet in Gallia viuere, erroreſq; ſcriptis libris & concionibus publicè diſſeminare & tueri; ita quoq; nobis liceat pacificè & liberè tam libris editis, quàm concionibus in templis, & diſputationibus in ſcholis, operam noſtram nauare propagandæ & defendendę veritati Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ, quam Maieſtas tua tanto totius Chriſtiani orbis ſolatio profeſſa eſt. In huius ſtadij curſu viuere & mori, vitæ & quietis loco ducimus. Si Princeps, qui habenas iuſtitiæ moderatur, petitionem æquitatis tam plenam reiicere non poteſt: Si Rex, qui ſummæ poteſtatis ſceptrum gerit, ius iſtud denegare non debet: Si Monarcha, pater ſubiectæ multitudinis, tam duro & inexorabili animo non eſt, vt filios ſupplices repellat; quos magna benignitate audire ſolet; Per tuam iuſtitiam, potentiam, & benignitatem, in nomine eius, qui potentiſsimus ſapientiſsimus, & optimus eſt, qui te Rex, tot donis & tam lætis fortunæ ſucceſsibus cumulauit; Maieſtati tuæ humillimè ſupplicamus, vt nos voti noſtri compotes efficere digneris, aut vt Princeps, qui iuſtitiæ adminiſtrandæ præſidet; aut vt pater patriæ; aut vt Rex Chriſtianiſsimus, aut vt is, qui omnibus hiſce dotibus eximiè ornatus & nobilitatus eſt. Ne repudies, Rex Chriſtianiſsime, iuſtam & æquam egenorum petitionem, ſed eos tibi meritis tuis obliga, qui ſi ſoluendo non ſint, DEVM fideiuſſorem dabunt; qui nomina hæc diuino, vereq; regali & aureo fœlicitatis ſuæ, & ad imaginem ſuam expreſſo nu-

miſmate diſſoluet, ipſa æternitatis immenſitate in ore numiſmatis illius exarata.

Obſtringe & deuinci tibi cunctos Regni tui Catholicos, qui tibi magnis difficultatibus preſſo, & opibus ſuis & manu inuicta opem tulerũt, tot aditis periculis; qui ſibiipſis liberiſq; pretioſam Catholicæ fidei gemmam, ſaluam & intactam ſeruare deſiderant; In quem finem ſperant ſibi non infructuoſam fore operam noſtram, vt & aliorum Religioſorum & Eccleſiaſticorum Ordinum, qui libenter nobis ſeſe in hac ſupplicatione ſocios adiungerent, niſi metu Maieſtatis tuæ offendendæ abſterrerentur. Hoc beneficium, Rex, non ſine grandi fœnore conferes. Innumeras enim preces innumerabilium hominũ pro ſalute & incolumitate tua vota concipientium tibi conciliabit. Quod ſi Maieſtas tua petitioni noſtræ locum dare abnuat (quod aduerſarij noſtri tibi iam nunc perſuadere nituntur) nihilominus patriæ amorem nulla dies nobis eximet. Nec deſinemus, DEVM pro te, & pro tranquillo Regni tui ſtatu precari, in quacunq; demum Regione verſemur. Perpendat tamen Maieſtas tua, quænam gloria regiæ potentiæ inde ſit obuentura, ſi infirmis ſeſe tam duram prębeat; & quæ laus regali clementię, ſi ab humilibus ſe exorari non ſinat; cùm Regis propria laus ſit, opere præſtare id quod Symboli loco erat magno illi Monarchæ, qui primus inter Imperatores tuum, hoc eſt, Henrici nomen tulit: *Tardus iraſci & promptus benefacere.*

Coniicias aliquantulum oculos mentis tam prom-

promptæ, tam mitis, aciemq́ huius regiæ prudẽtiæ verte ad ventura ſecula, quæ hanc noſtram ætatem excipient. Conſidera, quænam ſit poſteritatis futura ſententia, poſt centum, ducentos, pluresq́ annos, cùm leget, hinc heroica facinora, victorias & trophæa Chriſtianiſsimi Regis Henrici quarti, ex altera verò parte, eundem beneuolentiam ſuam deriuare noluiſſe ad Religioſos, egenos, & afflictos, ſubditos ſuos, innocentes, ſupplices, qui nihil aliud niſi gratiam poſtulabant.

At quî D E V S hoc factum feret? *Rex Chriſtianiſsime*, D E V S, qui victoriarum tuarum, totiuſq́ fœlicitatis auctor fuit; tam liberalis erga te & benignus; quibus verbis te compellabit tunc, cùm poſt tranſactos multos fortunatoſq́ (ita enim optamus) regiæ adminiſtrationis annos, te ad regnum cœleſte vocauerit, vt miſericordiam tibi impertiat, iuſtitiæ coronam imponat, coronam boni certaminis, bonis meritis comparatam, coronam confecti curſus & ſeruatæ fidei: ſi viderit te ad lenitatem inflecti non potuiſſe, ab Ordine quodam Religioſorum hominũ, tot calamitatibus preſſo & exagitato. Rex es Chriſtianiſsimus, ergo quà talis meritò firma fide credis, tibi, vt & cæteris mortalibus, ſupremi illius hominum Angelorumq́ Iudicis clementiam neceſſariam fore. Vt igitur tempeſtiuè gratiam & miſericordiam iudicis illius promerearis, ſupplices obliga, vt eam tibi precibus obtineant; eius enim obtinendæ hæc vera ratio eſt, quam iudex ille, hunc in vſum, cùm omnibus,

tum præcipuè Regibus, tanquam benignitatis ſuæ expreſsioribus imaginibus commendauit. Quàm iucunda tibi erit *Rex*, in illo temporis & ſeueri examinis articulo memoria præſtitæ miſericordiæ, & clemẽtię, iis, qui ſuppliciter à te flagitarunt, id quod nos iam flagitamus, nimirum aut iure innocentiæ, benignitatis tuę fauorem; aut iuris noſtri recognitione & accuratiore diſquiſitione tuæ iuſtitiæ ſubſidium.

E contrario non modico dolore afficieris, ſi libellum noſtrum ſupplicem à deuotiſsimis tibi mentibus profectum, iuſtamq́ petitionem repellas; maximè cùm te nõ fugiat, omnia incommoda, quæ ex iſta indignatione exſiſtent, non tam nobis detrimentum allatura, quàm populo tibi credito, vſumfructum actionum noſtrarum percipere ſolito; qui eiectis nobis, laborum noſtrorum commodis priuabitur; noſtra non admodum grandi, ingenti autem ſua iactura. Nam quod ad nos attinet, *Rex Chriſtianiſsime*, cùm id quod officij noſtri ratio exigebat, expleuerimus, tuamq́ Maieſtatem iuris noſtri, cum omni ſubmiſsione cõmonuerimus, tum vt exiſtimationem noſtram integram conſeruaremus, tum vt Maieſtatis tuæ ſubſidium, iuſtamq́ dexteram imploraremus; in Regni tui, tuorumq́ ſubditorum non exiguum emolumentum; bona ſpe ſumus, fore, vt omne incommodum tandem in commodum abeat. Et ſi id, quod ſupereſt, amittere cogemur, non multum amittemus; quia non reſtat multum. Vita ſupereſt, quam ſi expendere, eâque debita contracta diſſoluere oporte-

portebit, ſemper, quoad vita ſuppetet, ſoluendo erimus. Felices nos, ſi vitam ſeu per partes, ſeu ſimul totam exponamus, amore illius, à quo eam accepimus: qui mortem pro nobis ſubiit, qui remunerationis loco vitam æternam largietur, qui, dum vita hæc mortalis durat, pro infinita ſua bonitate, non deſiſtet paterna ſua cura & prouidentia nos ſubleuare.

Totum pondus & animi mœror, *Rex Chriſtianiſſime*, ex iactura, quàm facimus, ad populum Catholicum redundabit; nemo inde voluptatem capiet. Soli Miniſtri, eorumque ſimiles, lætitia pleni incedent, ſed paruo fructu, imò non ſine damno. Nam plerique eorum, noſtra conſuetudine & ope adiuti, fortaſſe in viam ſalutis, à qua receſſerunt, reducti fuiſſent; ſicut viciſsim alij, nobis eiectis, plurium criminum perpetrandorum opportunitatem nanſciſcentur, vt damnationem ſuam atrocioribus ſuppliciis adaugeant. At ſatius eſt, *Rex Chriſtianiſſime*, vt horum malorum formidinem deponamus; Non enim futurum credimus, te, poſtquam pacem cum potentiſsimis hoſtibus iniiſti & firmaſti, arma ſumpturum aduerſus inualidos & egenos Religioſos, ſubditos tuos. Age igitur, *Rex Chriſtianiſſime*, in gratiam tuam, ſi lubet, nos recipe, noſque iam antea tibi addictos, hoc nouo beneficio in æternum obſtringe. Nos opera & obſequio noſtro, tibi præſto ſemper erimus, vt fideliſsimi ſubditi &

G 5 obſe-

obedientiſsimi ſerui, & vt obſequentiſsimi filij; & vt humillimi Religioſi, aſsiduè diuinam & ſupremam bonitatem rogabimus, vt quemadmodum te duorum Regnorum magnum Regem voluit eſſe in terris; ita tertij quoq; Regni, vitæ videlicet immortalis diademate aliquando coronet.

ARRESTVM DATVM A CHRISTIANISSIMO REGE IN SVO PRIVATO CONSILIO DE STATV SEV REPVBLICA IN gratiam Domini Turnonienſis. Ex Gallico.

SVPPLICATIONIS Regi à Domino Turnonienſi oblatæ ſumma hæc eſt. Duo aduerſum ſe Arreſta ſeu edicta contraria edita eſſe, alterum à Parlamento Pariſienſi primo die Octobris, anno 1597. quo mandatum ſit, vt præſtituto tempore, ſub pœna in eo edicto comprehenſa, iubeat Ieſuitas Turnonio diſcedere: alterum à Parlamento Toloſano, datum 5. die Nouembris, eodem anno, quo prohibitus ſit, decretum Curiæ Pariſienſis exequi, ſub decem millium aureorum pœna, aliisq; arbitrariis; ea de cauſa ad ſuam Maieſtatem ſe recurriſſe, decretumq; ab ipſius de Statu & Republica conſilio obtinuiſſe, quo ab executione Pariſienſis Arreſti liberatus fuerit. Cæterum Pariſienſe Parlamentum, cum vtrunq; ex his decre-

decretis ignoraret, ſuamque auctoritatem ſpretam exiſtimaret, in præiudicium vtriuſque, alterum Arreſtum proximè elapſo 18. die Auguſti publicaſſe: (nunquam audito, neque vocato Domino Turnonienſi) quo Dominum Turnonienſem pœnas in Arreſto nominatas incurriſſe, pronũciarit, bonis omnibus Fiſco adiudicatis, Receptoribuſque Dominij conſtitutis, vt quilibet pro muneris ſui ratione prouentus recipiat, rationemq́; ſicut de aliis omnibus, ſuo tempore reddat. At verò 23. die Septembris nuper præteriti Toloſanam Curiam, alio decreto imperaſſe ſub decem millium aureorum, aliaque arbitraria mulcta, ne Pariſienſi Arreſto pareat. Se igitur, quando nihil vnquam aliud ſibi propoſitum fuerit, quàm vt ſuæ Maieſtatis honorem curet, illiſque, qui eius loco ius dicunt, obtemperet, etiam atque etiam orare, vt à ſua Maieſtate ex tam perplexis nodis, quibus ob diuerſa Arreſta implicatus teneatur, exſoluatur, vtq́; tanquam vtriuſque Curiæ & iuſtitiæ caput conſueta clementia ſuccurrat: facultateſque & ſtatum conſeruet, quo iis in poſterum perfruens, non ſecus ac antea ſuæ Maieſtati inſeruire queat. Qua

Qua ſupplicatione à Rege, qui tum Conſilio intererat, viſa, & ſimul Arreſtis datis in Parlamento Pariſienſi primo Octobris 1597. & 18. Auguſti. 1598. & iis, quæ data fuerant in Parlamento Toloſano 5. Nouembris 1597. & 23. Septembris; atque etiam Arreſto in ſuo prædicto de Statu Conſilio 29. Nouembris anno 1597. auditaque relatione cuiuſdam ex numero Conſiliariorum de ſtatu, omnibuſque accuratè perpenſis & conſideratis; ſua Maieſtas nulla habita ratione omnium ſupradictorum Arreſtorum, Curiarum videlicet Pariſienſis & Toloſanæ, ſed tãtum ad Arreſtum in ſuo de Statu Conſilio 29. Nouembris 1597. datum, & teſtimonia, quæ ipſi de fidelitate & obedientia dicti Domini Turnonienſis allata fuerunt, reſpiciens, eum, auctoritate & poteſtate regia, priſtino ſtatui, in quo ante Pariſienſe decretum fuerat, reſtituit. Ad hæc plenam ei concedit recuperationem honorum, bonorum, ſtatuſque priſtini Senechalli de Auergne. Statuit præterea & decernit, vt in poſterum ſtatus prædicti, omniumque poſſeſſionum immunitate potiatur, non ſecus ac ſi prædictum Pariſienſe Ar-

ſe Arreſtum editum non fuiſſet. Quo facto Receptores Dominij & Officiales, quibus commiſſæ fuerunt poſſeſſiones Fiſco iam traditæ, aut certè vi Pariſienſis Arreſti tradendæ, & omnes alij hac cura liberos ſeſe arbitrentur, prout illos etiam liberat & eximit ſua Maieſtas à mandato & pœnis in eo comprehenſis. Inhibet inſuper prædictis Receptoribus & Officialibus ne pergant, aut aliquid aliud vi ſupradictorum Arreſtorum moliantur. Statuit nihilominus totam executionem prædictorum Parlamentorum ſuſpenſam eſſe debere, quoad accuratius res diſcutiatur, conuenienterque ſuper eiuſmodi Arreſtis ſibi contrariis deliberatum fuerit, prout ſua Maieſtas faciendum iudicauerit. Interim omnem cõſultationem, iuriſdictionem, & cognitionem totius negotij vtriq; Curiæ prohibet, impoſuitque & imponit, huius rei Regiis Procuratoribus generalibus in dictis Parlamentis, eorumq; ſubſtitutis ſilentium, conficienturque in hunc finem, litteræ, & omnia alia, quæ neceſſaria ſunt, curabuntur. Actum in Conſilio, Rege præſente. 19. Martij. 1599.

EDI-

EDICTVM REGIVM.

NOS HENRICVS DEI gratia Rex Galliæ & Nauarræ dilectis nobis & fidelibus Parlamentorum Pariſienſis & Toloſani Conſiliariis ſalutem. Cùm ob contrarietatem Arreſtorum ab vtroque Parlamento reſpectiuè aduerſus Dominũ Turnonienſem in cauſa Ieſuitarum editorum, nobis ſupplicaſſet idem Dominus, vti ſibi à nobis proſpiceretur, nos tali caſu eidem cupientes ſubuenire, Arreſto in noſtro Conſilio nobis præſentibus, dato, & propter rationes ibidem explicatas, eum in priſtinum ſtatum, in quo ante Decretum Parlamenti noſtri Pariſienſis fuerat, reſtituimus. Et his ſimul plenam ei & integrã omnium bonorum poſſeſſionem, ſtatuumque recuperationem concedimus, eumq; libertate & ſecuritate donamus, vt abſtinere poſſit ab executione Arreſtorum vtriuſq; Parlamenti, quoad melius prouiſum fuerit, & ſuper vtriuſq; Parlamenti Arreſtorum controuerſia, aliud ex iure conſtitutum. Interdicimus interea prædictis Parlamentis noſtris omnem cõſultationem, iuriſdictionem, & cognitionem

totius

totius negotij; ad hæc ſilentium imponimus noſtris in iiſdem Parlamētis Procuratoribus generalibus, quemadmodum fuſius continetur in Arreſto hic adiuncto ſub Sigillo noſtræ Cancellariæ. Quapropter volumus, mandamus, & expreſſè his vobis iniūgimus, vt iuxta ſententiam Arreſti deſiſtatis ab omni cognitione cauſæ, de qua modò controuerſia eſt, quoad à nobis aliud ſuper ea decretum fuerit, quodq; vobis interdiximus & prohibuimus, denuò interdicimus & prohibemus, & ne vllam ignorantiæ cauſam prætēdatis, vobis patefieri volumus, per primum noſtrum apparitorem ad id poſtulatum, quem deſignauimus, & deſignamus ad prædictum opus exequendum, curandumq;, vt præſens hoc noſtrū decretum effectum ſuum conſequatur. Præter omnem præterea petitionem vllius placet, viſa, *aut* pareatis, *quia hæc eſt noſtra voluntas. Non obſtantibus veſtris ſupradictis Arreſtis, aut quauis alia re huic noſtro mandato contraria. Datum Pariſiis. 19. Martij. anno 1599. Regni noſtri Decimo.*

APPEN-

APPENDIX AD PRÆCEDENTEM APOLOGIAM.

CVM Apologia iſta ſub prælo eſſet, incidi in librum Lutherani cuiuſdam Prędicantis, qui, vt animos Germanorum in Societatē IESV conciter, Gallicanas calumnias repetit, & vulgo imperito non ſine magna acceſsione vendit. Mirabitur fortè quis, cui Prædicantium mos minus notus, factum hoc, poſt tot refutationes, quibus criminationes illę diſcuſſæ & depulſæ ſunt. At nulla me admiratio tenet. Mirarer, *ſi iudicio hòc facerent, nō morbo*, aut potius natura. *Faciunt nō quod meretur* Societas, *ſed quod ſolent.* Vt *muſcæ mel ſequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ*: ita Miniſtri hæretici mendacia & calumnias. *κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία*, ait Cretenſis Epimenides, & ex hoc Apoſtolus. Elogiū hoc migrauit ex Creta ad noſtros Prædicantes. Teſtatur M. Tullius, eodem Epimenide Cretenſi ſuadente, Athenienſes condidiſſe templum, *contumeliæ & impudentiæ.* In hoc fano Flamines ſunt Prædicantes. Archiflamines Lutherus & Caluinus. Quid mirum igitur, ſi his ſuis duobus numinibus contumeliarū & mendaciorum hecatombas ſacrificent, aut ab aliis ſacrificatas, iterum atque iterū iterent. Non fugit eos, vnicuiq; ex diuis conſentaneam cędēdam hoſtiam, Baccho caprum, Cereri porcum,

Philipp. Heilbrunner.

Seneca de Remed fortuit.

Cic. lib. 2. de legibus.

Æſculapio gallum, impudentiæ impudentiam, contumeliæ contumelias & mendacia. Sed ad rem.

Ait Prædicans, Ieſuitas à Gallis vocari *perturbatores quietis publicæ, & corruptores iuuentutis: Non igitur dubitandum eſſe quin tales ſint.* Argutè profectò, *à dici* nimirum *ad eſſe.* Perinde ac ſi ita argumentarer: Germani Prædicantes Confeſsioniſtæ & Vbiquiſtæ appellantur à Gallicanis Miniſtris Caluinianis *ſeductores, indocti, mortalium improbiſsimi; Sycophantæ, impoſtores, animarum latrones, &c.* ergo ſunt tales. Quid reſpondebis ad hanc conſequentiam? Dices fortè, vobis non ineſſe illa vitia, à quibus tam probroſæ appellationes deſumptæ; Ieſuitas autem, id quod dicuntur, eſſe; *ab eſſe* autem *ad dici* validam formari argumentationem. At Ieſuitas non eſſe *Reipub. perturbatores, & iuuentutis corruptores,* clariſsimè demonſtrat hæc ipſa ad Chriſtianiſsimum Regem Apologia, vt & alia Franciſci Mōtani, triennium ab hinc Ingoſtadij publicata. Si arguměta, quibus in his duobus libris innocentia Ieſuitarum aſſeritur, ſolidè refutaueris, tum argumentum tuum fatebimur viribus & neruis non eſſe deſtitutum.

Vide refut. conſenſus Orthodox.

Mont. Apolo. cap. 46. 47. & ſeq.

Ais, *non à vulgo tantùm, ſed & à Curia Pariſienſi Ieſuitas perturbatores Reipub. & ſeductores iuuentutis nominari:* Vulgus, eoſq; qui vulgaribus conuitiis vulgo ſe reddūt pares, parum moror, quia Caluinum vel Machiauellum ſequuntur. Subit

mentem

mentem illud: *Malè de te loquuntur homines, ſed mali. Mouerer ſi de me M. Cato, ſi Lælius ſapiens, ſi alter Cato, ſi duo Scipiones iſta loquerentur. Nunc malis diſplicere, laudari eſt. Non poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnandus eſt damnat.* Et huic vulgo opponere licet innumerabiles alios tam ex vulgo, quàm ſupra vulgum; qui Ieſuitas pro pacis & publicę quietis amatoribus & pro eximiis inſtituendæ iuuentutis doctoribus habent. *Sen. de Remed. fortu.*

Magis me moueret decretum Curiæ Pariſienſis, quippe à tali & tanta, niſi ex Apologia ad Regem, & ex altera Montani perſpectum haberem, quo tempore, qua ue occaſione decretum illud conſcriptum ſit, & editum; tum videlicet, cùm ſalus Chriſtianiſsimi Regis in ſummum diſcrimen adducta; cumq́ tota Gallia ad facinus Sicarij illius concuſſa eſſet: quo tempore multa dici & fieri neceſſe erat; quæ extra tumultum, cõmunemq́; omnium trepidationẽ indicta infectaq́ remanſiſſent: alioquin quam vſq; ad illud ipſum momentũ Curia Pariſienſis, Ieſuitas in pacis perturbatorum & iuuentutis corruptorum numero non collocarit, vel inde liquet, quod benigniſsimo ſemper fuit in Societatẽ animo, eandemq́; eo ipſo anno M. D. XCIV. à criminationibus cauſidici Arnaldi, aliorumq́; ſilentio ſuo abſoluit. Nec dubites, mi Prædicans, fore, vt poſtquã iam ampliſsima Curia intellexit, Ieſuitas facinoris aduerſus Chriſtianiſsimũ Regẽ ſuſcepti planè ignaros fuiſſe, ſtylũ ali-

quãdo vertat;idq; quod non tam ex ſuo, quàm, vt ita dicam, ex temporis & circumſtantiarum ſenſu ſcripſit,in benedictum conuertat.

Quod autem hortaris Germanos,vt hoc Gallicano claſsico excitati filios ſuos Ieſuitis erudiendos non committant, quippe indoctis, & legum argumētandi neſciis,facis tu quidem quod præco ſolet, *exerces vocem, quam per viuis & colis. Nam, niſi clamabis, ſtatim te obrepet fames.* Non tamen populo facies audientiam,non perſuadebis, quia nec alij perſuaſerunt, qui ſimilia ante te Germanis occinuerunt. Ne quid tamen te celem, valde ambigo, num conuicium hoc ex animo,an dicis tantummodo gratia protuleris.

Epiſt. Enchir.ca.64 Monet Epictetus, vt cùm quiſpiam alteri *vel malefacit, vel maledicit,cogitet eum opinatum eſſe,id ex officio ſibi fuiſſe faciendum & dicendum: neque verò fieri poſſe, vt id ſequatur ille, quod tibi videtur, ſed quod ſibi, & ad ſingula conuicia dicendum eſſe, ita viſum eſſe illi,* hinc enim ſecuturum,*vt quis conuiciatorem æquo animo ferat.* Huic monito Epicteti ægrè pareo, quia vix in animum induco credere,Ieſuitas tibi videri indoctos, & argumentari ignaros. Si tamen ita perſuaſus es, per quintum Euangelium, per manes Lutheri, per quicquid tibi charum & amicum eſt, rogo te & obteſtor, vt quia à Ieſuitis,& à Ieſuitarum Academia Dilingana non procul abes,eos rectum differendi & diſputandi modum doceas. Breuis eſt via ab vrbe tua Dilingam. Miſerearis tantæ inſcitiæ di-

tiæ,diſputant quotannis ſæpius Theologi & Philoſophi, propoſitis theſibus, etiam typographi arte & induſtria excuſis. Aduola,& has tantas tenebras mentibus tam Profeſſorum,quàm ſtudioſæ iuuentutis eripe. Aut ſi graue tibi hoc quantulumcunque viæ ſuſcipere, inuita cùm tu in tua ſchola diſputas, aut Collegarum quiſpiam,Dilinganos Profeſſores, aut ſi hoc nimium, ſtudioſos aliquos Theologiæ aut Philoſophiæ, vt audiant te nouum *Iliarcham, in throno ſedentem aureo,de Tātali fonte potantem*,& de quinta,ſexta,ſeptima, & fortè octaua ſyllogiſmorum figura differentem. Eandem operam nauare poterit Ieſuitis, & ſtudioſis Ingolſtadienſibus frater tuus,ſi non ſanguine, certè cognomine & munere, qui licet longius abſit, bene tamen de aliis merendi cupidis, nulla via nimis eſt longa. Habet Danubium ſecundum, quo deſcendat, Comitabuntur euntem, *& ſenior Glauci chorus,Inouſq; Palæmon. Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis.* vel ſi,vt Prędicans.mauult;*Thetis & Melite,Panopeaq; virgo.* Habebit publico Academiæ ſumptu vehiculum, quo reuchatur domum,præter multas grates gratias,imò immortales,quid vultis amplius? Pergis.

In edicto Pariſienſi appellantur Ieſuitæ *hoſtes Regis eiuſque Imperij: nihil ergò emolumenti iuuentus ab illis capere poterit.* Vocantur tales,at non ſunt,aliud eſt vocari, aliud eſſe, vt iam antea dixi. Ieſuitas non eſſe hoſtes Regis Chriſtianiſsimi eiuſque Regni, etiam iniquo rerum

æſtimatori hęc Apologia planum teſtatumq́; faciet: Olim quoque Chriſtiani nominabantur hoſtes Imperatorum, at non erant. Nec vel hilum proficis, cùm decretum Pariſienſe obiicis, iam enim oſtendimus, quando, quoúe caſu ſit promulgatum. Sed probas Ieſuitas meritò dici hoſtes Regis, *quia tractant in ſcholis illam quæſtionem, vtrum priuato liceat interficere Tyrannum.* Teſtem huius rei laudas auctorem Apologiæ pro vita Ignatij Loiolæ, qui fatetur hanc quæſtionem in ſcholis poni & diſcuti. Verba illius auctoris hæc ſunt. *In curſu philoſophico nuſquam docetur ius faſq́; eſſe trucidare Reges, multo minus Reges Chriſtianiſſimos. Si Ioannes Gueretus Præceptor Schatelij alicubi in curſu hoc aſſeruiſſet, vtique laqueum & rogum non effugiſſet, cum Ioannes Guinardus Profeſſor Theologiæ ſanguine ſuo quæſtionem illam ſoluere debuerit: Vtrùm priuato liceat interficere Tyrannum, quam hactenus impunè Theologicæ & Iuridicæ ſcholæ omnes, variis argumentis in vtramque partem propoſitis poſuerunt & diſcuſſerunt, & in poſterum quoque ponent, & diſcutient, ſine cuiuſquam iniuria cū quæſtio verſetur in theſi, non in hypotheſi.* Hæc ille, ex quibus tu hoc argumentum extruis. *Quidā auctor ex Ieſuitarū Ordine, aſſerit ſcholas Theologicas & Iuriditas poſuiſſe, et diſcuſsiſſe, & in poſterū quoque poſituras & diſcuſſuras, quæſtionē illam, vtrū priuato liceat interficere Tyrannum: ergò Ieſuitæ ſunt hoſtes Regis Galliæ & Regni eius, vel generalius, omnium*

Vide Tertull. in Apologetico.

Apolog. pro Vita B. M. P. Ignatij. pag. 6.

nium

nium Regum & Regnorum. Vt videas quanti momenti ſit hoc tuum argumentum,& quā aptum, adiicere licebit hoc alterum tuo ad omnia gemellum. S. Thomas,Caietanus,Silueſter,Ioan. Tabienſis,Dominicus Sotus,Bartholomæus Salon, Couaruuias;qui Fabrum & Angelum citat, Lipſius,Bucchananus,Auctor,qui ſe Stephanum Iunium Brutum vocat, Melanchton, Bodinus, qui citat Andream Iſerniam,Martinum Laudunenſem,Angelum de Clauaſia, S. Antoninum, quid multis?Theologi,Iuriſconſulti,& Philoſophi morales,ponunt hanc quæſtionem. *Vtrum priuatis liceat interſicere Tyrannum*:ergo ſunt hoſtes Regis Galliæ & regni eius, vel generalius, Regum & Regnorum: Quanti roboris eſt argumentum hoc poſterius,tanti eſt & prius. Quæſo quis vnquam quæſtionem de Tyranno propoſitam tranſtulit ad Reges legitimos,cōmuni populi conſenſu receptos, ad Reges Catholicos & Chriſtianiſsimos? Quis vnquam Auctoribus prædictis vitio vertit, quod quæſtionem illam in ſcholis proponerent? Quis turbarum & ſeditionis eos ob hanc cauſam condēnauit?Ipſa quæſtionis propoſitio nec laudem, nec vituperationem per ſe meretur, ſed aſſertio. Quærimus, *an ſit* DEVS. *An incarnatio fuerit poßibilis, an facta in natura, an in perſona: an ita, vt natura permāſerint impermixtæ.* Quærimus, *an Chriſtus præſens ſit in Euchariſtia, an remaneat ſubſtantia panis,* & centena talia. Nemo damnat, nemo improbat has quæſtiones,ſed aſſertiones,ſi quis ſcilicet

S. Thom. 2. d. 64. q. 2. a. 2. & 22. q. 42. a. 2. & li. de Regim. princip. cap. 6. Caiet. 22. q. 64. a. 3. Syl. Tabieſ. V. Tyrannus Sot⁹ lib. 5. de iuſt. q. 1. a. 3. Salon. 22. q. 64. a. 3. Couar. 2. p. Epitom. §. 4. num. 13 Lipſ. lib. 6. Polit. capit. 5. Bucchan. dial. de iure Regni. Brutus lib. qui Vindicia cōtra Tyran. inſcribitur. Melanch. li. 2. Moral Philoſoph. Bodin. li. 2. de Repub. cap. 5.

aliquid affirmet aut neget ſacræ ſcripturæ, traditioni & definitioni Eccleſiaſticę, ſanctorumque Patrum decretis contrarium. Et vt ad practicas quæſtiones veniam. Quęritur, in ſcholis, *Vtrum liceat occidere innocentem, vtrum maritus vxorem in adulterio deprehenſam licitè interficiat, vtrum quis ſibiipſe manus ſine culpa afferre poſſit, vtrum ſit licitum occidere peccatores, vtrum occidere hominem peccatorem liceat priuata perſona, &c.* Quid, oro, criminis in his quæſtionibus? quid ſeditionis? quid publicæ quieti & paci aduerſum? Certè ſi quæſtio; *Vtrum liceat occidere Tyrannum,* ſeditioſa eſt, multo magis ſeditioſa erit illa quæſtio; *Vtrum liceat occidere innocentem,* vel, *vtrum liceat occidere peccatores,* quia plures ſunt innocentes, & plures peccatores, quàm Tyranni. Quæſtio, ſi neſcis, Prædicans, nec affirmat, nec negat, ſed quærit. Quærere non pertinet ad ſeditiones, ſed affirmare, vel negare, & affirmatione aut negatione pernicioſa poſita, claſsicum canere, edicere & imperare. Hæretici miniſtri non excitarunt bella in Gallia & vtraque Germania quærendo, ſed affirmando, & negando, & iubendo.

Concil. Cõſtant. ſeſſ. 15. Nec prohibita eſt in Concilio Conſtãtienſi hęc quæſtio, *vtrum liceat priuato occidere Tyrannum.* ſed reſponſio quædam ad hanc quęſtionẽ condemnata eſt, de qua poſtea. In conciliis non damnantur quæſtiones, ſed aſſertiones & ſententiæ. Sicut ergò non obſtante, quod in Concilio Trident. damnata eſt ſententia, quæ dicit, nos eſſe iu-

ſe iuſtos per ipſam Chriſti iuſtitiam nobis impu- *Seſſ. 6. Ca-*
tatam;licitè nihilominus in ſcholis quæritur; *no.* 10. 11.
Vtrum iuſtificemur per imputatam nobis Chriſti iuſtitiam; Ita licet in Concilio Cōnſtantienſi, dānata ſit ſententia quædam, de hac, quam tractamus quæſtione, nefas tamen non eſt, ipſam quæſtionem proponere, & ad eam verum & ſolidum reſponſum reddere, omni errore, quem Synodus damnauit,damnato,firmiſq; argumētis refutato.

Sed fortè Prędicans offenditur,quod quęſtio hæc in vtramq; partem diſputetur.Meritò offenderetur, ſi vera pars ſubiceretur, aut falſa veræ loco ſequēda proponeretur;Sed quia argumenta pro parte falſa non alio fine adferuntur, quā vt vera quæſtionis pars clarius eluceſcat, firmiuſq; corroboretur; ſolutis & profligatis omnib' in contrarium argumētis, idcirco nulla iuſta offenſionis cauſa relinquitur. Quærit S. Thomas, vtrum ſit DEVS,&;vtrum liceat ſeipſum occidere:In priore quæſtione argumenta adducit pro parte negatiua;in poſteriore pro parte affirmatiua;& tamen vtraq; falſa eſt. At non adducit ea argumenta falſitatis, ſed veritatis confirmandæ gratia; Eadē enim mox refellit,veritatēq; multo ſolidius propriis argumentis munit & ſtabilit,quàm ſi nihil in contrarium adduxiſſet: nam veritas confirmatur non modò ſuis argumentis,ſed & refutatione cōtrariorum. Idem in hac, de qua agimus quęſtione,euenire puta.Sed tu,vt video,ita comparatus es, ſicut concluſio in ſyllogiſmis. Nihil te audiēte in vtrāq; partē diſcu-

tere licet. Sēper enim deteriorem partem ſequeris. Quocirca ſi hanc quæſtionem, vtrum ſit DEVS; & argumenta pro negatiua parte audires; ſtatim, vt ille inſipiens, non modò corde tuo, ſed & ore exclamares: *Non eſt* DEVS. Concluſum hoc ſit cum Diagora & Theodoro.

Addit Prædicans; *Ieſuitas in hac quæſtione potius ad partem affirmantem, quàm ad negantem inclinare, ſatis indicant illorum ſcripta.* Non modò inclinamus ad illam partem, ſed illam partem libentiſsimè amplectimur, quam amplectitur S. Thomas, Caietanus, Sotus, Couaruuias, Salon & alij, qui ad hanc quæſtionem reſpondent cū diſtinctione. Ex quorū doctrina hunc in modum ſcribit quidam magni nominis, & vobis Prædicantibus non ignotus Ieſuita: *Vel eſt Tyrannus non per arrogatam ſibi iniuſtè poteſtatē, ſed ſolùm per prauum legitimæ alioquin auctoritatis vſum in gubernando: vel eſt Tyrannus, per arrogatam poteſtatem, quam vi obtineat. Si eſt Tyrannus primo modo, nulli particulari licet eū occidere, nam id pertinet ad Rempub. quæ poſſet iure oppugnare illum, & vocare in ſubſidium ciues. Si autem eſſet Tyrannus ſecundo modo, quilibet poſſet eū occidere. Nam tota Reſpub. cenſetur gerere iuſtum bellum contra ipſum, & ita ciuis quilibet, vt miles quidam Reipub. poſſet eum occidere, &c. Vnde quando in Concilio Conſtant. prohibentur particulares occidere Tyrannum: intelligendum eſt de Tyranno primo modo, de hoc enim eadem eſt ratio, atque de aliis*

Gregor. de Valentia Tom. 3. diſput. 5. q. 8. p. 3.

de aliis malefactoribus, qui ſolùm per publicam poteſtatem puniri poſſunt. Hæc ille.

Ex cuius etiam verbis habes, quidnam Concilium Conſtant. damnauerit. Cuius Concilij decretum eodem modo explicat Caietanus, Solus, & Alphonſus à Caſtro, & ſatis liquet ex ipſis Concilij verbis, quæ talia. *Nuper accepit, quod nõnulla aſſertiones erroneæ in fide & bonis moribus multipliciter ſcandaloſæ, Reipub. ſtatum & ordinem ſubuertere molientes dogmatizata ſunt, inter quas hac aſſertio delata eſt. Quilibet Tyrannus poteſt & debet, licitè & meritoriè occidi, per quemcunq; Vaſallum ſuum, & ſubditum, etiã per clanculares inſidias, & ſubtiles blanditias, vel adulationes, non obſtante quocũq; præſtito iuramento, ſeu confœderatione factis cum eo, non expectata ſententia, vel mandato Iudicis cuiuſcunq;. Aduerſus hunc errorem ſatagens hæc ſancta Synodus inſurgere & ipsũ funditus tollere, præhabita deliberatione matura declarat, decernit, definit huiusmodi doctrinam, erroneam eſſe in fide, & in moribus, &c. & quod pertinaciter hanc doctrinam perniciosiſſimam aſſerentes, ſunt hæretici, &c.* Huc vſque Concilium. Ecce, Prędicans, Concilium damnat *aſſertiones*, non *quæſtiones*. Quod ſi quis ex damnata illa aſſertione formet quæſtionem hunc in modum: *Vtrum quilibet Tyrannus poſſit & debeat occidi per quemcunq; Vaſallum ſuum et ſubditum, &c.* & ad eam negatiuè reſpondeat, reſponſumq́; iis rationibus confirmet, quibus id Alphonſus à Caſtro confirmat, quid culpæ admittet?

Caiet. Sotus loc. cit. Alphon. contra hæreſ. V. Tyrannus.

mittet? Nec eſt quod putes vllum fore Ieſuitam, qui reſponſurus ſit affirmatiuè, ſi quæſtionem formet ex aſſertione illa damnata à Concilio Conſtantienſi. Sicut nullus vnquam affirmatiuè reſpondebit ad hanc quæſtionem, *Vtrum ſola fides iuſtificet, excluſis aliis*; eo quod Cōcilium Tridentinum anathemate percuſſerit hāc propoſitionem; *Sola fides iuſtificat impium, ita vt nihil aliud requiratur, quod ad iuſtificationis gratiam cōſequendam cooperetur.*

Seſſ. 6. Can. 9.

1. Pet. 2. Ais, *quæſtionē & doctrinam hanc aduerſari illi* D. *Petri præcepto*, DEVM *timete, Regē honorificate.* Vbiq; tui ſimilis es, hoc eſt, ineptus Prædicans, & quiduis per quoduis & quouis modo probare ſolit9. S. Petrus nō ait, *Tyrannum honorificate*, ſed, *Regem.* Rex non eſt Tyrannus, maximè ſi Tyranni vocabulum, ſecunda notione vſurpemus, nec Tyrannus eſt Rex. Quod ſi Regum quiſpiam, qui verè Rex eſt, declinet ad Tyrannidem, atq; adeò Tyrannus prima notionē huius nominis fiat; tum iam ex ſententia S. Thomæ & aliorum audiuiſti, priuato nihil in eum poteſtatis eſſe: eſſe autem toti Reipublicæ: vel priuato eatenus, quatenus ei à Repub. conceditur, ſicuti priuato in quemlibet alium malefactorem ius eſſe poteſt, ſi id concedatur à Repub. De morte Ioannis Guinardi, ne tu ſollicitus fueris; temporis fuit, non culpę. Tu nunquam tam innocens penſilis fies.

Quæſtio illa, *Vtrum quis priuatus ſuum vel alterius Dominum, iudicio ſuo priuato Tyrannum aut hæreticum trucidare queat*, non eſt Ieſuitarum, ſed

à te

à te impudenter conficta, & Ieſuitis à te Lutherano impoſtore impoſita. Aliud eſt, quærere; *Vtrum priuatus licitè poßit occidere Tyrannum*, notum videlicet & manifeſtum: & aliud, *Vtrum priuatus Dominum ſuum vel alienum, quem ſuo priuato iudicio pro Tyranno vel hæretico habet, poßit occidere.* Ad priorem quæſtionem, quid ex grauiſſimorum Doctorum ſententia reſpondendum ſit, ſuprà te docui. Ad hanc poſteriorem quiſquis reſponſum dabit, is diſertis verbis negatiuum dabit, nocentiſsima enim hæreſis eſſet, affirmare; & definitioni Conſtantienſis Concilij ex diametro repugnans. Cæterùm nomina, ſi potes, Ieſuitam, qui quęſtionem hanc propoſuerit, propoſitæque partem affirmantem defenderit. Tu inprimis dicis eſſe eandem cum priore quæſtionem. Priorem proponi à Ieſuitis, ergo & hanc. At cæcum eſſe oportet, qui inter duas iſtas quæſtiones nullum diſcrimen videat. Deinde nominas Bellarminum, citaſquę caput VII. lib. V. de Romano Pontifice. Calumniatorum frontibus inurebantur olim ſtigmata, teſtis Plinius. Hanc pœnam te hoc loco commeruiſſe, perſpicuè lector intelliget, ſi prædictum Bellarmini locum percurrat. Nullum in toto capite verbum de priuato homine, priuatoq́ue iudicio, nulla vllius Tyranni mentio, nulla occiſionis aut trucidationis; multò minus continetur in illo capite: *Cuilibet priuato ius faſq́ eſſe, trucidare ſuum Dominum, quem de Religione ſuſpectum habeat.* Hoc ſolum ibi docet Bellarminus, poſſe

Plin. in panegyr.

poſſe Summum Pontificem, tanquam Eccleſiaſticæ monarchiæ ſupremum principem, deponere & amouere Reges infideles & hæreticos, ſi ſubditos ad ſuam infidelitatem pertrahere conentur. Et tamen tā effrons eſt iſte Prædicans, vt ſcribat, Bellarminū ſcribere, priuato permiſſum eſſe, vt ſuum Dominum tollat, ſi de hæreſi aut Tyrannide ſuſpectum habeat.

Huic monſtroſo in Bellarminum mendacio aliud adiungit Prædicans, in vniuerſum Ieſuitarum Ordinem. Vociferatur *quoſdam ex Ieſuitarum tribu & ordine violentas manus Domino ſuo attuliſſe.* Hic non mereris tantummodo quod antea, ſed aliquid amplius. Scire cupis quid illud? Linguarium, quo mendacem quendam Rex Artaxerxes cohoneſtauit, cū linguam eius tribus clauis affixit & confixit. Quis ille ex Ieſuitarum tribu & ordine, qui Domino ſuo cædem machinatus eſt? Ede nomen eius, qui facinus hoc deſignauit, locum & tempus, quo deſignauit. Niſi cuncta diſtinctè notaueris, vaniſsimus criminator habeberis. Fortè produces Schatelium. Sed iſte non fuit Ieſuita, neq; vnquam Ieſuitas tanquam parricidij conſcios aut ſuaſores accuſauit, imò ad extremum vſq; ſpiritum Ieſuitas teſtimonio ſuo innocētes pronunciauit, vt hæc Apologia te docebit, docereq; potuiſſet iamdudum Franciſcus Montanus, niſi tu calumniarum auidus, veritatis curam & amorem in poſtremis duceres. Sed tibi nihil aliud propoſitum eſt, quàm calumniari, calumniaſq; iam contritas & profligatas repetere, idq; ex inexſaturabili in Ieſuitas odio, quo ſolo nomine,

vtc æ-

vt cętera deeſſent, malus es & improbus. Verum enim eſt illud: *Bonos quod oderint mali, ſunt mali.*

Sed quis iſte furor, ô Prædicantes, *quæ iſta inimica* DEO, *hominibusq́; natura, infamare virtutes, & malignis ſermonibus ſancta violare? Si poteſtis, bonos laudate: ſin minus, tranſite. Quod ſi vobis exercere tetram iſtam licentiam placet, alter in alterum incurſate, nam cùm in cœlum inſanitis, non dico ſacrilegiũ facitis, ſed operam perditis. Illuſtratur* Societas IESV *per ea ipſa, per quæ petitur, nec vlli magis intelligunt quanta ſit, quàm qui vires eius laceſſendo ſenſerunt. Duricies ſilicis nulli magis, quàm ferientibus nota eſt. Aſſilite, facite impetũ, ferendo vos vincet. In ea quæ firma & inſuperabilia sũt, quidquid incurrit, malo ſuo vim ſuam exercet.* Et hæc hactenus, nam eas tantum huius Prædicantis criminationes refellere inſtitui, quas ex Gallia accerſiuit. Interim quiuis Ieſuita cum S. Hieronymo dicere poteſt: *Maleficum me garriunt.* (Prædicantes) *titulum fidei ſeruus agnoſco. Magum vocant & Iudæi Dominum meum. Seductor & Apoſtolus dictus eſt. Tentatio me non apprehẽdat, niſi humana. Quotam partem anguſtiarum perpeſſus ſum, qui cruci milito? Infamiam falſi criminis imputarunt; ſed ſcio per bonam & malam famam peruenire ad regna cœlorum.*

Sen. de vita beata.

S. Hieron. Epiſt. 99.

BIBLIOTH. ... VITT. EM. ...

ERRATA.

In fine præfat. lege: altis. *fol.* 9. expromendi. 46. capeſſendas. 63. *lætatur.* 81. *deprehendiſſet.*

Digitized by Google

by Google

Scheda riassuntiva del restauro

Progetto n. **53/06**
Colloc. **13. 17. A. 6**

Interventi:
Documentazione fotografica dei danni.
Spolveratura a secco con pennello morbido.
Rammendo alla piega dove necessario.
Nuova coperta in pelle di capra ocra, piatti in cartone Canson da gr. 800, indorsatura e nuove carte di guardia con carta Ingres.
La coperta recuperata è conservata allegata al progetto.
Collanti utilizzati: tylose - Vinavil

Laboratorio: BNC Roma
Progetto: G. Rak
Intervento eseguito da : R. Estevinhos – I. Di Santo – L. Bartolini
Data: Gennaio 2009

Digitized by Google